MONUMENTA HISTORICA

CIVITATIS ZAGRABIAE

PROTOCOLLA RESTAURATIONUM, PROTESTATIONUM,
STATUTORUM 1743—1834.

POVIJESNI SPOMENICI
GRADA
ZAGREBA

IZDAO
POVIJESNI MUZEJ HRVATSKE

GRAĐU PRIPREMILA
LELJA DOBRONIĆ

SVEZAK DVADESET PRVI

ZAPISNICI SJEDNICA, PROSVJEDI I ODLUKE
1743—1834.

ZAGREB
TISKOM MEDICINSKE NAKLADE
1975.

POVIJESNI SPOMENICI

GRADA

ZAGREBA

IZDAO
POVIJESNI MUZEJ HRVATSKE

GRAĐU PRIPREMILA
LELJA DOBRONIĆ

SVEZAK DVADESET PRVI

ZAPISNICI SJEDNICA, PROSVJEDI I ODLUKE
1743—1834.

ZAGREB
TISKOM MEDICINSKE NAKLADE
1975.

MONUMENTA HISTORICA

CIVITATIS

ZAGRABIAE

EDIDIT
MUSEUM CROATIAE HISTORICUM

MATERIAM APPARAVIT
LELJA DOBRONIĆ

VOLUMEN VICESIMUM PRIMUM

PROTOCOLLA RESTAURATIONUM, CONTRADICTIONUM,
STATUTORUM 1743—1834.

ZAGRABIAE
TYPIS INSTITUTI LIBRARII MEDICI
1975.

SADRŽAJ

Predgovor

1743. godina 1
1744. 10
1745. 15
1746. 19
1747. 26
1748. 31
1749. 34
1750. 39
1751. 43
1752. 48
1753. 53
1754. 60
1755. 65
1759. 70
1760. 81
1761. 84
1762. 93
1763. 103
1764. 113
1767. 124
1768. 130
1769. 139
1770. 148
1771. 155
1772. 164
1773. 172
1774. 186
1775. 194
1776. 202
1777. 210
1778. 220
1779. 222
1780. 232
1781. 245
1782. 256
1784. 264
1785. 271
1790. 277
1792. 283
1794. 292
1796. 296
1799. 310
1801. 317
1805. 329
1808. 337
1812. 344
1813. 385
1821. 389
1831. 406
1834. 417
Index personarum 425
Index rerum 438
Errata corrige 452



Prothocollum restaurationum ab anno 1743.
(Historijski arhiv u Zagrebu)

P r e d g o v o r

U svescima XVIII (1949) i XX (1971) ove zbirke povijesnih izvora, koja izlazi od 1889. godine pod zajedničkim naslovom »Povijesni spomenici grada Zagreba« (Monumenta historica civitatis Zagrabiae), objavljeni su zapisnici sastanaka gradske uprave od 1616. do 1743. godine. Osim prvih godišta (1604, 1609, 1611) svi su ostali upisani u jednoj jedinoj debeloj knjizi »Protocollum restaurationum, contradictionum et statutorum civitatis Zagrabiae« (Historijski arhiv u Zagrebu, Prot. 1).

Ovim se sveskom nastavlja objavljivanje takvih zapisnika za razdoblje od 1743. do 1834. godine. I oni se čuvaju u Historijskom arhivu u Zagrebu, također u jednoj omašnoj knjizi (signatura: Prot. 72, kasnije pretvoreno u Prot. 2; vidi sliku!). Knjiga nema naslovne stranice ni natpisa na koricama, ali je na hrptu kožnog uveza zapisano: Prothocollum Restaurationum ab anno 1743, i nešto niže na oštećenoj i istrošenoj cedulji: Prothocollum Restauratorium item Contradiction. 1743—1834.

Prepisivanje građe za ovaj svezak vršilo se na isti način kao za prethodne. Kratice su razrješavane, pravopisne, pa i gramatičke nedosljednosti zadržavane. To naročito vrijedi za pisanje prezimena. Zato su razni oblici jednog istog imena navedeni u popisu osoba (Index personarum). Osim njega knjizi je dodan popis predmeta, pojmova i lokaliteta (Index rerum).

Sadržaj ovih zapisnika dragocjen je za povijest Zagreba, jer se u radu gradskih upravnih tijela vjerno odražavaju životne prilike i problemi grada. Knjiga obuhvaća među ostalim razdoblje vladavine Marije Terezije i Josipa II, pa se u zapisnicima očituje njihovo uplitanje u autonomiju grada. Naziru se i teške ekonomske prilike grada i građana, naročito u vrijeme velike krize u doba napoleonskih ratova, kao i mnoštvo drugih činjenica. Istraživači prošlosti Zagreba kao i svi povjesničari koji proučavaju hrvatsku povijest naći će u ovom svesku obilje građe za poznavanje XVIII i početka XIX stoljeća.

U prepisivanju arhivske građe pomagale su mi kustosi Povijesnog muzeja Hrvatske **Maja Škiljan i Anđelka Đukat,** *pa im na uloženom trudu toplo zahvaljujem.*

Izdavanje ovog sveska omogućio je Povijesnom muzeju Hrvatske Republički fond za naučni rad SR Hrvatske svojim financijskim sredstvima.

L. D.

Anno Domini 1743. die tertia mensis februarii ipso videlicet divi Blasii episcopi et martyris festo in domo praetorea senatorea liberae regiaeque civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis loco utpote et termino solitae annualis magistratualis restaurationis convenientibus insimul domino judice caeterisque juratis senatoribus ac communitate ejusdem civitatis prae primis et ante omnia pro antiquo more in praesentia etiam et confluxu plurium civium attactae civitatis regia authoritate firmatae, et his perlectis subnexa nova et respective priorum annorum antiqua confirmata ac conclusa sunt unanimibus votis statuta.

1mo. Connativa statui civili in eo etiam praerogativa, ut quemadmodum practicatum esset, ipsi cives (praelatione tamen officialium stante) bonorum civilium praeemptione ante extraneos polleant imo exolutione quoque gaudeant, rati habetur et denuo publicatur.

2do. Antiquis et recentioribus constitutionibus et publice affixis hactenus edictis ex coherentis adeo contiguitatis et vicinae ratione ad avertendam jurisdictionis convulsionem illabentiaque praejudicia providum est ne vicinorum dominorum homines et incolae bonorum in civitatis hujus teritorio possessionis (tam quam privilegiis civilibus aliunde non gaudentes) capaces sint, sed quia ipsi constitutae ammissionis talium bonorum praevia dissimulatione cum valore intrinseco multum inproportionata solutione ademptionem et aliis sub praetextibus ad ipsam possessionem bonorum civilium semet ingererent, ut pro hac vice dumtaxat favorem potius quam vigorem experiantur, ideo statutum est ut intra a dato praesente trimestre ejusmodi tenuta civibus et inhabitatoribus hujus civitatis vendere studeant, alioquin civitatis fiscus vel alter conscientiosa mediante ad valorem intrinsecum aestimatione exolvendi eo tam jus habeat.

3tio. Observaretur porro grave in eo etiam praejudicium quod domini magnates, nobiles et religiosae personae (quae quidem ex diaetali etiam anni 1715. art. 16 possessionis et retentionis bonorum secularium aliunde forent incapaces) terras et foenilia in jurisdictione hujus civitatis acquisita, habita et possessa colonis suis a civitatis jurisdictione plane extraneis et alioquin etiam bonorum civilium possessionis et usus incapacibus, ex certorum dierum sibi administranda robota vel aliis diversis sub obligationibus dare assoliti per longum tandem jobagionale possessorium ejusmodi tenuta sorti et condicioni rurali obnoxiare et propterea libertati civili subservientes et destinatos fundos alterare consu-

evissent; cujusmodi tenutorum civilium ruralibus modo praevio traditio et asignatio quanto gravius jam irrepsisset ut tanto acuratius inquiratur domino civitatis capitaneo cum uno de gremio magistratus assumendo eatenus hoc facto exmissis et deputatis incumbet: quinam ?, quot coloni ?, ubi, quantum et de quali terra aut foenili sub quali obligatione possideant, investigare et sub officiorum juramentis scriptam magistratui facere relationem ut eo facto contra praejudicium hoc disponi exactius queat.

4to. Relato etiam in praesente congressu publico eo quod postquam nonullae ecclesiae et hospitalis hujus civitatis terrae, silvae et aliaque tenuta ex censu aliquando elocata (iis quibus concredita fuissent censualem solutionem etiam utcumque negligentibus et jam demortuis) ad manus in praemortuorum bona succedentium devenissent, non tantum congruus census abinde haud administraretur vel pro haereditariis ejusmodi tenuta adstruerentur et possidentur, dominis proinde ecclesiae et hospitalis curam gerentibus injugitur ut sedule tam neglectos census quam et tenuta praemissa obtinere amice in primis conentur, expost autem si necessum fuerit juris etiam via exigant et revindicent.

5to. Siquidem in fluvio Czirkveniak a parte incolarum Venerabilis Capituli Zagrabiensis non abseque jurisdictionali convulsionis praejudicii destinatione et periculo asseres et alia transtra jam hactenus saepius dejecta et ablata ad partem Capitularis ripae et ibidem positum murum cum hujus quoque sensibili detrimento aplicari ad hoc adverterentur, statutum idcirco est ut quilibet hujus civitatis civis talem aplicationem fieri vel factam ubi primum observaverit mox accipi aut derui inde faciat vel saltem civitatis castellano, cui sub amissione salarii et servitii ad deponenda et tollenda ejusmodi transtra satrapas illico exmittere incumbet confestim motu facto, quorum alteruter facere intermissis pro boni hujus peculi publici contra juratam obligationem suam proditore et legitimae superioritatis et constitutionisque praesentis contemptore reputans eatenus peremptoria citandus, si exculpare non poterit, pro primo quidem vice serio arbitrarie puniendus, pro secundo tam hic quam et alter civis et inhabitator hujus aplicationem praeviam procurans scienter permittens aut dissimulans ad instantiam fisci in domus et fundi vel totius substantiae qualem in civitate hac habuerit amissione punietur, et pro tertio ultra praemissam amissionem etiam ex statu civili et tereno civitatis publice eliminandus determinatur.

6to. Quantumvis Tripartiti parte 3ia titulo 13 de tenutis civilibus instrumenta et fassiones quasvis coram civitatis judice fieri debere clare innueretur, non desunt tamen plures et nonulli cives qui domus et bona civilia praetextibus sub diversis cum privatis instrumentis vel alias utcunque ingressi jus quoque perenalitatis imbuendo et sibi vendicando in alios transfundere et fateri attolerent, taliterque jura fisci civilis involverent, praetio incompetenti gravarent denique quo modo bona civilia adivissent plane ignoraretur et ita praemissa legi et juri civitatis hujus undiquaque praejudicaretur, conclusum proinde est ut hactenus modo praevio illegalia facta per eorum authores legitimam anno labente curam fidedignitate praevia competenti debeant quo evoluto termino tam hi quam et omnes ac singuli praemissae legi amodo semet conformare intermissuri in rei paenes illegitimas scripturas obtentae amissionem

incidant et bona paenes extranea instrumenta aquisita fisco civitatis aplicentur.

7mo. Prima siquidem bene ordinatarum civitatum in eo etiam esset cura ut quies et securitas nocturna quoque procuretur et conservetur, et in hunc finem statutis huis portarum civitatis clausurae haberentur, sed quia hactenus circa hujus civitatis portas et earum curam habentes plures attentatae fuissent inconventiae, ut huic malo publico tempestive ocuratur, statutum est ut extra tempus generalium Regni hic celebrandarum congregationum vel circumstantiarum necessitatis publicae post hyemalem et vernalem horam vespertinam nonam ita et post authumnalem et aestivam horam noctis decimam nulli portae civitatis aperiantur, et si qui propterea contra aliquem excedere animadverteretur, contra tales velut quietis publicae turbatores tam in instanti quam et via juris si necessum foret procedatur.

8vo. Statuto illi anni 1696. quo pro restaurationis s. Blasii die a congressu publico absentes voto privandi innuuntur, aditur ut domini senatores (frequentia siquidem hujus miserae civitatis essent negotia et necessariae desuper consultationes fiendae ocurerent) ad consessus magistratuales et judicia pro jurata obligatione adesse studeant, et si qui duas ad minus anni partes a potiori huic obligationi non impenderent Zagrabiae manentes privatis intenti vel alias ex negligentia semet absentare a domo praetorea non curantes propter ejusmodi sui substractionem exigua illa sed totali portione senatoriali paenitus careant.

Porro priorum annorum statuta confirmata sunt nempe:

Anni 1682. ut juvenes et senes servitia nulla habentes ex civitate sub incaptivatione pelleantur.

Item ne bona civilia caehis et religiosis sub eorum amissione vendi possint.

Anni 1679 ne caehae ingremiandos ultra privilegia taxent.

Anni 1699 ut caehae non alios quam qui trienio in diversis extraneis locis autem practicando et experiendo et peragrando rediverint in graemium caehale sub poena hung. 25 recipere ausint.

Anni 1647 ut cives in Mandusevecz habitantes litus fluvii sub flor. hung. 12 mulcta firmare teneantur.

Anni 1694 ut judex et notarius etiam absentes de birsagiis et aliis participent.

Annorum 1669 et 1670 ne judex solus sed cum magistratu labores et laboratores dirigat.

Annorum 1611 quod porci in terris et foenilibus alienis eruentes impune mactentur, et 1699 ac 1719 ne pecora et porci per civitatem sub eorum amissione vagentur, ita et 1666, 1667, 1678, 1679, 1692, 1719 ne sub muris quevis animalia sub poena hung. 12 pascantur.

Anni 1653 canalium occlusio secretorum demoliendorum demolitio propter imundiciem et aliae mundiciam indigitantes tot praesentorum annorum constitutiones renovantur.

Anni 1697 ne pupilaria bona per inscriptiones conjugum onerentur et ut ideo genitores talia bona conscribi curent ratione suo tempore reddituri.

Anni 1616 et aliorum ut cives a portis claves habituri sub solita restauratione ponantur.

Descensum deinde est ad publicationem expeditarum et ad obsigilandum majori civitatis sigillo praesentatarum fassionum.

Quarum occasione fassioni pro Petro Benya super terra Andreas Krisan contradixit.

Fassioni pro domina Helena Zaverski super horto Thomas Sztoianich contradixit.

Fassioni pro provido Petro Pantelovich super terra civitatis fiscus contradixit.

Fassioni Petri Zibenik super domo olim Deffoniana in primis fiscus civitatis et ex parte filii Deffoniani ac ejusdem vitrici Joannes Koller. Item alteri fassioni super eadem domo per creditores Deffonianos factae Nicolaus Prigorecz ex fundamento sibi non depositorum flor. 60. contradixerunt.

Fassioni per Franciscum Aver super domo a Zibenik empta fiscus civitatis contradixit.

Fassioni pro domino Francisco Saloczy super allodio Franciscus Schmid contradixit.

Petrus Jalxich, textor, in fassione suam contradixionem pro Klaffurich ibidem factam cassat.

Fassioni pro Joanne Czaitler fiscus, ex parte prolium Deffonianorum Joannes Koller et civitatis notarius.

Demum contradictio fisci civitatis scripto uti sub A tenor sequens est. Anno Domini 1743 die tertia mensis februarii seu ipso die solitae magistratualis restaurationis Zagrabiae in domo praetorea senatorea liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis et Comitatu nominis ejusdem existente habitae coram magistratu et tota communitate modo fatae civitatis egregius Antonius Bedekovich, ejusdem civitatis juratus assessor et fiscus, personaliter constitutus per modum et formam solenissimae protestationis, reclamationis, inhibitionis et contradictionis detexit et significavit, detegique et significari curavit eo modo qualiter nimirum quantumvis idem protestans certe sciret quod quidquid intra metas ac limites hujus liberae ac regiae civitatis concluderetur, id totum jurisdictioni ejusdem civitatis subsit ac subesse omnino debeat, quia tamen ex recenter interventis processibus negotiis observasset, quod tenuta quaedam alias indubitate intra metas atque limites hujus civitatis existentia ac per illustrissimum dominum comitem Joannem Franciscum Chikulini (cum titulo) et homines ac subditos suos taliter qualiter possessa sub nomine pertinentiarum castri Medvedvar sumere et vocare idem dominus comes et homines sui coeperint taliterque gravissima jurisdictioni hujus civitatis praejudicia destruentur, sed et non ambigeret donationi quoque regiae pro parte Chikuliniana super domo, fundis ac aliis pertinentiis in tereno hujus civitatis habitis de anno 1685 emanatae contradictum fuisse. Ideo idem protestans juribus privilegiis ac jurisdictioni antelatae liberae ac regiae civitatis prospectum in cupiens praedeclarata destinata praejudicia ac praeinsinuatam donationem continuis de anno in annum interponi fiscalibus generalibus contradictionibus inclusit et inclusis declaravit, per consequens contra eadem praejudicia et donationem ne juribus, privilegiis atque jurisdictioni praefatae civitatis quoquo modo nunc praejudicetur vel in futurum praejudicari valeat coram antelatis magistratu et tota comunitate solennem

interposuit protestationem, reclamationem, inhibitionem et contradictionem quemadmodum contradixit, inhibuit, reclamavit et protestatus est palam, publice et manifeste reservando omni meliori modo jure et forma juribus et jurisdictioni antelatae civitatis invigilandi et prospiciendi potestatis facultatem petendoque eatenus solitas litteras testimoniales quasi publicatas extitit.

Idem fiscus civitatis Antonius Bedekovich priores fiscales protestationes et contradictiones de anno in annum generaliter semper factas pro iteratis declarans universis et quibusvis praejudiciis ubicumque, quandocunque, qualitercunque hactenus intercessis generaliter contradixit et ad omnem casum omnia legalia reservat.

Demum per mortem Laurentii olim Fugyak vacante assessoratu ad votizationem processum est et pro electione in locum ejusdem demortui candidati sunt

D. Georgius Jellachich
D. Matthias Markovich
Josephus Benak
Fellicianus Bellich
Andreas Palchich
Benedictus Kraiachich
Georgius Pool
Thomas Sztoianich
Andreas Delach
Georgius Chunchich
Michael Sottner

Ex quibus electus est dominus Matthias Markovich et super inde juramentum quoque deposuit.

Post haec litterae domini Illiasich pro praesenti termino non comparitionis excusatoriae et domini Magdich honoratae valedictoriae publice perlectae sunt.

Domini autem Dergh hactenus facta acceptata est valedictio.

Et dominus vicecomes Gudich personaliter honorate se declaravit quod locum senatoralem pro sua persona vacantem relinqui non desideret.

Quo in merito siquidem ex parte civitatis hactenus respectu duorum subiectorum dispensondorum instantia ad clamentissimam regiam Majestatem missa haberetur, utrum in locum praemissorum trium valedicentium et respective locum sibi relinqui depraecandi alii senatores eligi aut vero ad praemissam instantiam resolutio expectari debeat, pro et contra sermones fuissent in magistratu et comunitate et ideo utrum expectari aut non votizatum est modo sequenti:

An expectanda sit?

An expectanda non sit?

Et potioritate votorum praemissorum valedicentium vacantes sedes relictae sunt usque ad festa Paschalia, usque quo praemissam instantiam denuo scribatur et eadem verteretur ita conclusum est, quod si ad praemissa festa Paschalia venerit sive non venerit resolutio; extunc si resolutio supervenerit per eosdem duos pro quibus destinatae habentur

realiter ocupabuntur sedes; si vero resolutio non venerit ut eotum in locum omnium praemissorum eadem fidelia senatores constitui possint ipsa Dominica in albis.

Quibus taliter conclusis praevia S. Spiritus invocatione valedicente domino judice processum est in electione ejusdem officii, pro quo officio actuales domini senatores candidandi ubi fuissent mox unanimiter acclamatum est ut idem dominus judex ultro in hoc officio maneat, qui omnino et confirmatur; in reliquo residua restauratione in crastinum reiecta dato campanae sonno more solito veniendo in ecclesiam et post ibidem decantatum Te Deum laudamus solitum praefatus dominus judex deposuit jurametum.

Ladislaus Szale, juratus civitatis
notarius m. p.

Die imediate sequenti continuata existente magistratuali restauratione dominus Ladislaus Szale, notarius, quemadmodum heri ante domini judicis valedictionem se declarasset, hodie quoque se expectorando valedixit notariatu, qui unanimibus votis cum habenda etiam erga laborem uberioris mercedis reflexione confirmatus est in notariatu.

Deinde dominus civitatis capitaneus Nicolaus Cheh valedixit officio capitaneatus, sed facta eidem declaratione quod in frumento decimali interim vertices habiturus a domesticae culturae frumento nunquam praetendere possit, unanimi voce confirmatus est.

Fiscus civitatis dominus Antonius Bedekovich aeque fiscalatu valedixit, qui et confirmatur.

Dominus Josephus Hohneber gesto tricesimatoris senioris officio cum juniore Adamo Pozvinszky valedixerunt, in locum quorum candidantur ex senatoratu:

Domini notarius
Christophorus Baptista
Adamus Ballogh
idem Josephus Hohnebner
Pro juniore:
Adamus Pozvinszky
Joannes Koller
Dominus Joannes Jursich
Franciscus Schmid

Ex quibus pluralitate votorum dominus notarius pro seniore, pro juniore vero Joannes Koller electi sunt qui etiam juramenta deposuerunt.

Decanatus officium paenes judicatum relictum est.

Spanus quoque valedicens denuo confirmatus est.

Domino Matthia Sztrossich seniore et juniore Michaele Thomaszovich hospitalis praefectis valedicentibus in eorum locum candidati sunt pro seniore:

idem dominus Mathias Sztrossich
dominus Christophorus Baptista
dominus Adamus Ballogh

dominus Josephus Hohnebner
dominus Josephus Behtan

In juniore:

Michael Thomaszovich
Adamus Pozvinszky
Franciscus Vitesz
Nicolaus Prigorecz
Paulus Igerchich

Ex quibus pro seniore Josephus Behtan, pro juniore prior Michael Tomaszovich electi sunt, quibus seniori in toto una cum proventu piscium florenorum 18, juniori aeque in toto florenorum Rhenensium 12 pro salario deputati sunt.

Perceptor civitatis Franciscus Fabianecz officio valedixit et confirmatur, pro quo perceptoratus officio deputati sunt flor. 30 pro hoc dumtaxat anno absque consequentia et hoc ex ea ratione quod tribus jam annis pro florenis 15 serviverit.

Tellonium civitatis facta licitatione exarendavit Franciscus Schmid pro florenis 330 qui eandem erga talem uti priores arendatores contractum assumat. et si contrabandaverit aliquid erga denunciationem, una denuncianti, alia ipsi et tertia magistratui cedet pars, si vero ipse absque denunciatore contrabandum deprehenderit (ante siquidem ejusdem distractionem per judicium magistratuale: an sit? vel non sit? contrabandum discerni debebit) tunc magistratui media, media vero pars ipsi arendatori cedet.

Apreciatores rerum venalium et victualium Petrus Rudich et Joannes Barle valedixerunt et candidantur:

Franciscus Vitesz
Joannes Barle
Petrus Rudich
Franciscus Schmid
Thomas Vuzdar
Paulus Igerchich

Ex quibus electi sunt Franciscus Schmid et Paulus Igerchich quibus seria cura tam circa forum, panem et alia venalia quam et circa laniones et lanienas comissa est; et accesito in praesentiam magistratus et tocius consessus Joannes Vodopivecz ipse et medio ejusdem Joannes Sevsel caeterique laniones in eo serio comoniti:

1mo ne pelles quasvis et saevum quemadmodum etiam per inclytum Regnum sancitum est in externas provincias educere audeant, verum pelles in foro domestico singulis hebdomadalibus consuetis nundinis venales proponant.

2do ut nobilitatis, dominorum senatorum, domesticarum personarum ecclesiasticarum, comunitatis et civium competenti respectu habiti carnes pro parata pecunia prompte dare obligentur.

3tio. Mactatos vitulos et alias carnes ab extraneis rusticis coemere et dilaniare non audeant.

4to. Domi nullius generis carnes servare minus vendere aut mactare aliqua animalia attenttent.

5to. Intestina non cum carnibus ponderare, verum separatim vendere, ita etiam vitulina capita aut pedes etiam bovinos pro superpondio

addere nequeant, et si quidpiam ex praemissis praevaricati fuerint, in amissione rei illius quaead caesum venerit, puniendi determinantur.

Aeditui ecclesiae s. Marci senior dominus Christophorus Baptista, junior Franciscus Hoosz valedixerunt et confirmantur, quorum siquidem singulus hactenus habuisset terrae jugera 2 et hae jam venditae essent, ideo deputatis a parte ecclesiae pro seniore hungaricis 4, pro juniore hungaricis 3, ideo quia terrae huic officio annexae divenditae habentur ex dispositione magistratuali.

Aedituus capellae idem dominus Christophorus Baptista confirmatur.

S. Rochi aedituus Joannes Barle, S. Spiritus Matthias Mihalinchich, sanctae Margaretae Nicolaus Prigorecz confirmatur.

Visitatores caminorum Franciscus Schmid, Paulus Szmolko, Thomas Vuzdar et Paulus Turek valedixerunt; loco Francisci Schmid Stephanus Dianich electus, reliqui confirmati sunt, quibus comissum est ut non tantum quatuor temporibus sed et frequentius necessitate exposcente caminos visitent, pro mercede per hungaricum 1 singuli habituri.

Campanatores s. Marci Mathias Mulih et Josephus Turchich confirmati sunt, quibus a parte ecclesiae in vicem terrarum quas possidebant et jam ex dispositione magistratuali divenditarum destinati sunt hungarici duo.

Campanator S. Margaretae Ignatius Petrussich cum admonitione ut se melius gerat confirmatus est.

Organista Fellicianus Bellich cum salario priori et choralistae anni praeteriti aeque cum salario priori confirmati sunt.

Pro castellanatu candidati sunt:

Balthasar Puskarich
Petrus Guzanich
Thomas Sztoianich

Ex quibus pluralitate votorum electus est Thomas Sztoianich.

Ladislav Szale, juratus civitatis notarius

Anno 1743. die 21 aprilis sive ipsa Dominica in albis in quam nempe ex recenter praeterita in liberae regiaeque civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis domo praetorea senatorea omnino intra muros et moenia ejusdem civitatis inque Comitatu Zagrabiensi existente habito magistratuali restauratorio dominorum senatorum ac comunitatis anni praeinserti die 3ia februarii sive ipso festo divi Blasii episcopi et martyris congressu trium eotum vacantium senatorum electio reiecta et publice destinata fuerat. In praelibata domo praetorea congregatisque dominis senatoribus et assessoribus antequam praemissa reiecta et destinata senatorum electio incoata fuisset praemissa s. Spiritus invocatione.

Siquidem certum anni praeinserti 4. mensis martii emanatum Suae Majestatis sacratissimae super praeteritae restaurationis magistratualis submittendae relacionis humillimae merito indeque subiecta dispensanda conperienda necessitate benignissimum rescriptum, et proxime praeteritis diebus non sine expresso civium condolio decedenti domino hujus civitatis judici Andreae Szale exhibitum hactenus ad publicum non venisset, adeoque eodem clarissimo rescripto in praesentiam cum humillima subditali veneratione publice perlecto et congregatis respective interpraetato existente, quoniam fide digne relatum respective fuisset, ipsos pro quibus instantia facta fuerat ad evitandos disgustus officia senatoralia ingredi neque desiderare, ideo respectu modo praevio benignissime demandatae proxime submittendae omnino humillimae relacionis determinacione praehabita ut juxta praeattactam disposicionem die hodierna in destinata electione procedatur votizantium omnium (assessoris domini Raffay excepto) votis publicis conclusum est more proinde consueto assessoribus:

Antonio Bedekovich
Paulo Igerchich
Petro Rudich
Michaele Tomaszovich
Nicolao Prigorecz
Matthia Mihalinchich
Francisco Vitesz
Joanne Barlle
Paulo Szmolko
Francisco Hoosz
Stephano Dianich
Joanne Koller
domino Balthasare Magdalenich
Petro Krajachich
Francisco Schmid
Adamo Pozvinszky
domino Stephano Gudich
Francisco Fabianecz
Joanne Mikulich
Paolo Turek
Thoma Vuzdar
Josepho Raffay
Joanne Jurssich
domino Matthia Markovich

Ex quibus pluralitate votorum electi sunt Franciscus Schmid, Antonius Bedekovich et Joannes Jurssich qui solita juramenta etiam deposuerunt.

Quo facto siquidem tria assessoralia loca vacarent, pro assessoribus candidati sunt:

Benedictus Krajachich
Ladislaus Kyralli
Fellicianus Bellich
Andreas Palchich
Thomas Sztoianich
Michael Sottner
Georgius Chunchich

Georgius Pool
Franciscus Makovecz
Josephus Spoliarich
Georgius Hoosz

Ex quibus pluralitate votorum electi sunt Benedictus Kraiachich, Ladislaus Kyralli et Michael Sottner qui solitum deposuerunt juramentum.

Et quia per die 29 martii anno praeinserto interventam nobilis Andreae Szale judicis mortem officium idem judicatus vacaret, pro eodem substitorio seu provisorio titulo gerendo officio dominis (exceptis dominis notario Ladislao Szale, Nicolao Cheh capitaneo et Josepho Behtan xenodochii praefecte) senatoribus candidatis existentibus, nempe

Josepho Hochnebner
Christophoro Baptista
Matthia Sztrossich
Adamo Ballogh
Francisco Schmid
Antonio Bedekovich
Joanne Jurssich

pluralitate votorum dominus Christophorus Baptista denominatus est.

Porro per promocionem fisci praefati Antonii Bedekovich eodem officio fiscali vacante, ut etiam de eodem provideatur, pro substituto fisco candidati sunt

Benedictus Kraiachich
Ladislaus Kyralli
Adamus Pozvinszki
Joannes Koller

Ex his pluralitate votorum electus est Adamus Pozvinsky qui et juramentum deposuit.

Vacante item per promocionem Francisci Schmid officio apreciatoris substituitur Petrus Rudich publicis votis.

Ladislaus Szale, juratus praefatae
civitatis notarius

1744.

Anno domini 1744. die vero 3tia mensis februarii ipso videlicet sancti Blasii episcopi et confessoris festo, tempore videlicet solitae restaurationis magistratualis in domo praetorea sentorea liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis dominis ejusdem civitatis senatoribus, domino utpote Christophoro Baptista per mortem generosi olim Andreae Szalle jam fatae civitatis substituto judice, Josepho Hohnebner, Matthia Sztrossich, Josepho Behtan, Adamo Ballogh, Nicolao Cheh capitaneo, Francisco Smith et Joanne Jurssich, reliquis utpote spectabilibus et generosis Adamo Illiassich aegre decumbente et Antonio Bedekovich,

uti ex litteris ejusdem domino capitaneo scriptis apparet legitime impedito, prout et Ladislao Szalle virtute certi processus anno proxime evoluto contra eundem celebrati ab officio suspenso, absentibus itaque autem dominis juratis assessoribus Adamo Pozvinszki, fisco, Paulo Igerchich, Petro Radich, Michaele Tomaszovich, Nicolao Prigorecz, Mathia Mihalinchich, Francisco Vitez, Joanne Barle, Paulo Szmolko, Francisco Hosz, Stephano Dianich, Joanne Koller, Petro Krajachich, Francisco Fabianecz, Joanne Mikulich, Paulo Turek, Thoma Vuzdar, perillustribus et generosis Josepho Raffay et Benedicto Krajachich, Michaele Sottner, convenientibus reliquis dominis assessoribus item et generosis dominis Stephano Gudich et Balthasare Magdalenich, sic et Ladislao Kyraly et Mathia Markovich absentibus, igitur postquam praelibati domini senatores et jurati assessores convenissent, antequam in magistratuali restauratione praecedenti illud praeprimis occurebat quod cum praelibatus Ladislaus Szalle ab officio suspensus haberetur, ad eundem domini Josephus Behtan senator, Joannes Koller, Stephanus Dianich et Michael Sotner jurati assessores ad praelibatum Ladislaum Szalle fuerant amissi fine eo, quatenus protocolla abinde referent magistratui et communitati pro restauratione deservientia, qui inde reducti retulerunt ipsum domi suae haud reperisse. Quo audito denuo dominus Petrus Krajachich, qua judex nobilium Comitatus Zagrabiensis, cum antefatis dominis assessoribus jam praevie ad praefatum Szalle exmissis destinati fuerant, ut idem Ladislaus Szalle admoneatur de extradandis prothocollis civitatis aliisque actis, qui iterum reversi illum domi, uti retulissent, non reperierunt. Ideoque magistratus propius restaurationem accedere volendo pro more solito constitutiones civitatis hujus hactenus etiam legi consuetae in publico in concursu etiam conplurium civium perlectae sunt, qua perlectione finita ad publicationem fassionum erat descensum, quatenus majori civitatis sigillo obsignari valeant.

Qua occasione fassioni Andreae Krisan domino Christophoro Baptista super certa terra arabili celebrata Stephanus Krisan contradixit ita etiam.

2do. Fassioni Francisci Hoosz reverendo Joanni Chernko super domo celebrata prealibatus fiscus civitatis contradixit.

3tio. Fassioni pro Fratrichio super terra celebrata idem fiscus contradixit prout et Jacobus Szokachich.

Qua publicatione finita fiscus civitatis omnibus fassionibus, contractibus, tractatibus, universisque actis et factis sibi vel suis successoribus quoquo modo praejudiciosis contradixit, denuo publicata sunt statuta anterioribus annis facta, unum quidem ne cives et incolae civitatis ulla tenuta extra jurisdistionem civitatis constitutis vendere audeant, alioquin in casum contrarium tenuta ejusmodi per cives remi erga aestimationem quibunt; aliud vero ne mechanici ulli ad caechas admittantur, antequam experientiae causa extra Regnum triennio labores suos continuaverint.

Quibus ita peractis processum est ad invocationem sancti Spiritus praelegente reverendissimo Georgio Juraich, parocho civitatis et prothonotario apostolico, qua subsecuta et peracta siquidem ex communitate a tempore peractae anno evoluto restaurationis magistratualis Dei

omnipotentis auxilio nemo e vivis decessisset, nemo item officio suo valedixisset, sic etiam ex dominis senatoribus nemo praeter dominum Andream olim Szalle fatis cessisset, ob hoc antequam ad judicis electionem descendatur, vacans senatorale officium per aliud honoratum virum suppleri deberet; quamvis vero prudens et circumspectus Michael Sotner juratus assessor retulisset, quod dominus spectabilis Adamus Illiassich senator hujus civitatis senatorale officium deprecatus sit idemque ad manus et potestatem magistratualem resignet ac eidem valedicat, quo audito, cum magistratus et communitas antelatum dominum Illiassich omnibus desideriis in gremio sui habere exoptet, ad praefatum dominum Illiassich dominus Christophorus Baptista, Nicolaus Cheh senatores, ex comunitate item domini Benedictus Krajachich et Joannes Koller eo fine sunt exmissi quatenus eundem dominum Illiassich disponant ut ulterius officio suo fungi dignetur, qui abinde reversi retulerunt eundem dominum Illiassich se dispositionibus magistratualibus conformare velle, atque ob id magistratus et comunitas valedictionem ejusdem neutiquam acceptavit ac proinde unius tantum senatoris vacans officium cum suppleri debeat, pro more abhinc observato omnes domini assessores pro officio senatorali ad praesens vacanti candidati sunt; ex quibus potioritate vel maxima votorum perillustris et generosus dominus Josephus Raffay praeclaris ejusdem virtutibus et meritis in hanc civitatem testatis electus est solitumque deposuit juramentum; et cum ex promotione ejusdem officium quoque assessorale pro eodem officio[1]

dominus Georgius Jellachich
dominus Josephus Spoliarich
dominus Josephus Zibenegh
Fellicianus Bellich
Mathias Pavun
Thomas Sztojanich
Paulus Bogovich
dominus Lucas Novoszell
dominus Josephus Jellachich
dominus Andreas Hener
Georgius Chunchich
dominus Josephus Benak

Ex quibus pluralitate votorum electus est Felicianus Bellich super quo officio etiam juramentum solitum deposuit.

Quibus praemissis cum dominus Christophorus Baptista hactenus a morte defuncti judicis Andreae Szalle cum honore, maturitate prout et cum emolumento civitatis gerens in judicem comunibus votis electus est et denominatus, quem signo majori campana in ecclesia parochiali dato domini senatores potioresque ex comunitate ad ecclesiam parochialem s. Marci pro audiendo hymno Te Deum laudamus atque excipiendo ab eodem domino judice in dicta ecclesia deponi solito juramento comitati sunt; qui hymnus postquam decantatus fuisset, praelibatus dominus judex solitum deposuit juramentum.

Joannes Jurssich, senator et pro hoc
actu substitutus civitatis notarius

[1] Ultro non inscriptum.

Die immediate sequenti occasione continuationis dictae restaurationis magistratualis, quandoquidem dominus Ladislaus Szalle occasione proxime praeteritae restaurationis in notarium electus processu mediante ab officio suspensus foret, atque ideo ad praesens usque vices notarii tum magistratus quam communitas domino Joanni Jurssich senatori obeundas concrediderat, qui temporis sui decursu compillata acta et processus ad manus magistratuales resignavit ac pro confidentia in se facto antelato testata reposuit grates, cuius fatigia et labores utiliter impensos magistratus et comunitas recognoscens eundem dominum Joannem Jurssich absque ulla votizatione communi acclamatione in notarium est electus et denominatus(!), qui etiam solitum deposuit juramentum eoque facto.

Dominus capitaneus Nicolaus Cheh aeque officio suo gesto valedixit illudque ad manus magistratuales resignavit, cuius valedictione neutiquam acceptata idem dominus capitaneus aeque comunibus votis in eodem officio confirmatus est, qui etiam solitum deposuit juramentum; post quae

dominus Adamus Pozvinszky fiscus aeque officio suo valedixit; pro quo officio idem dominus fiscus, dominus Benedictus Krajachich, dominus Koller et dominaus Kiraly candidati sunt.

Ex quibus dominus Joannes Koller electus est qui etiam solitum deposuit juramentum.

Dominus Adamus Ballogh a tempore quo contra dominum Ladislaum Szalle fuerat causa suscitata hucusque munia tricesimatoris supplens valedixit, quod alioquin officium eidem Ladislao Szalle collatum fuerat; pro quo

idem dominus Adamus Ballogh, dominus Josephus Hohnebner et Franciscus Smith,

pro subalterno autem tricesimatore dominus Joannes Koller, dominus Benedictus Krajachich et dominus Petrus Krajachich.

Ex quibus pro seniori tricesimatore dominus Franciscus Smith, pro subalterno vero dominus Benedictus Krajachich electi sunt, a quibus in sacristia dominus capitaneus pro more observato juramentum excipiet.

Officium decanatus cum pro compendio salariorum solitum fuerit, ut idem officium penes judicem maneat absque tamen salario, hocque ipsum statuto sit expressum, nihilominus domini judicis laborum habebitur reflexio.

Joannes Mikulich civitatis spanus valedicens demum confirmatus est.

Xenodochii civitatis senior praefectus Josephus Behtan confirmatus est.

Pro juniori vero Michael Sotner electus est.

Civitatis perceptor Franciscus Fabianecz confirmatur.

Arendatio tellonii postquam in publico licitationi exposita fuisset, per magistratum et comunitatem Paulo Igerchich usque ad anni spatium in et pro florenis Rhenensibus 370 tellonium exarendatum est, priori arendatore domino Francisco Smith pactatam summam Rhenensium 330 pro exarendatione appromissam deponente et persolvente super quo eidem quoque quietantia sub sigillo civitatis extradanda decreta est.

Aeditui sancti Marci dominus Christophorus Baptista judex et Franciscus Hoosz confirmati sunt.

Item aedituus s. Ursulae idem dominus judex confirmatus est.

Pro aedituis sancti Rochi Joannes Barle et Felicianus Bellich et Thomas Vuzdarecz candidati sunt; ex quibus Felicianus Bellich electus est.

Pro aedituo vero s. Spiritus Nicolaus Prigorecz, ac deinde s. Margarethae Paulus Turek denominati sunt.

Pro appreciatoribus fori, et quidem pro superattendente dominus Petrus Krajachich, pro realibus vero Franciscus Fabianecz et Petrus Rudich ordinati sunt.

Caminorum visitatores tum intra civitatem quam extra eandem hactenus constituti confirmati sunt, prout nempe intra moenia Bellich et Sotner, extra muros Szmolko et Vuzdarecz.

Campanatores tum sancti Marci quam et sanctae Margarethae ac Ursulae confirmati sunt.

Organista confirmatur, quemadmodum et choralistae confirmantur, et quia unus choralista deesset, ubi se aliquis insinuaverit, resolvetur.

Castellanus Thomas Sztojanich confirmatur.

Dein vero dominus Adamus Zdenchay in civem est receptus.

Ita pariter dominus Joannes Markovich.

Item Georgius Delach nodifex

Joannes Pihler

Andreas Sepuss

Nicolaus Petrajevich

Joannes Gorup

Martinus Videkovich

Joannes Chare

Martinus Lits

Joannes Jurssich, juratus civitatis
notarius m. p.

Anno eodem die immediate sequenti in statum civilem assumi petierunt

Michael Sztroszer

Antonius Kaminalli

qui etiam recepti sunt.

Dominus Markovich aeque juravit.

Deinde quoniam contra laniones hujus civitatis diversae audirentur querimoniae quod videlicet carnes civibus incolisque civitatis ita et ipsis dominis senatoribus in quantitate illa qua sibi vendi desiderant, dare nolint, quin potius eosdem ad maiorem emendam quantitatem stringere praesumant, imo vero pedes, flecones ginginasque et alia ejusmodi, quae alioquin per se et seorsive veluti carnes ordinariae pretium adaequantia vendi hactenus consueta bonae ordinariae carni adjungere, atque eo modo sub pretio bonae ordinariae carnis vendere consueverint, aliosque in eo excessus facere attentaverint, quibus excessibus ut via praecludatur magistratui visum fuit, sequentes strincte observandas dispositiones instituere.

Primo ut carnis bubulinae bonae et pingvis libra a denariis croaticis tribus, deterioris vero et siccioris a crucigeris duobus vendatur; carnis vero vitulinae pingvioris libra a denariis croaticis sex, macilentae vero a denariis itidem quinque per laniones habere volentibus detur; quae dispositio inclusive usque ad ferias Bachanalisticas est durativa, post ferias autem Bachanalisticas ante videlicet festa Paschalia superinde nova fiet dispositio, quo pretio post eadem festa sacri Paschalis caro vendetur.

Secundo ipsi laniones sub poena contrabandi carnis in macello reperiendae non audebunt peramplius ullo tempore bonae ordinariae carni pedes, ginginas, flecones adjungere et sic sub pretio carnis bonae ordinariae vendere, sed ejusmodi res prout et pedes ac caput vitulinum atque omnia intestina seorsive sub solito et justo pretio habere volentibus dare obligabuntur. Caput nihilominus bovinum, pulmones et jecora proporcionate adjungere ipsi bonae carni poterunt, quo in passu si rei comperti fuerint, destinati eum in finem fori appretiatores promissam contrabandam sub poena arbitraria per magistratum in se dictanda deponere, cujus rata tertia ipsis fori appretiatoribus, duae autem ratae tertiae xenodochio civitatis cedent; saevum nihilominus denariis sex pro tempore praesenti vendere poterunt.

Dominus Novoszell cum anno currente 1744to 30. mensis januarii sit in civem assumptus atque juramentum deposuit; liber nihilominus hic non esset in quem cives inseri solerent, eapropter fine securitatis illius hoc ipsum isthic declaratur et expost libro inseretur.

Joannes Jurssich, juratus civitatis
notarius m. p.

1745.

Anno domini 1745. die vero 3tia mensis februarii ipso videlicet divi Blasii episcopi et confessoris festo tempore videlicet magistratualis restaurationis in domo praetorea senatorea liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis omnino intra muros et moenia ejusdem civitatis ac Comitatu Zagrabiensi existente habita domino civitatis judice ac coeteris dominis senatoribus, excepto Ladislao Szalle anno evoluto processu mediante ab officio suspenso, sic et dominis juratis assessoribus praeter dominos spectabilem Magdalenich Balthasarem inclytae tabulae judiciariae praesidem, et Stephanum Gudich excelsae tabula banalis assessorem, dominum item Mathiam Markovich, Adamum Pozvinszky et Franciscum Hoosz fine peragendae ejusmodi magistratualis restaurationis una convenientibus, antequam dicta magistratualis restauratio coepta fuisset, pro primis juxta usuatam praxim et consuetudinem constitutiones civitatis in concursu civium et aliorum, qui adesse voluerunt, pubice perlectae sunt; quibus perlectis

fiscus antelatae civitatis dominus utpote Joannes Koller ne per quempiam in jurisdictione civitatis ullo sub praetextu et formalitate ipsi et suis in officio successoribus praejudicari quoquo modo possit et valeat omnibus et singulis contractibus, testamentis, obligationibus,

fassionibus, conclusionibus, tractatibusque sive evoluto a restauratione ultima anno qualitercumque interventis sive anno currenti usque alteram magistratualem restaurationem interveniendis, denique omnibus iis quae quoquo modo in praejudicium jurium modo fatae civitatis fiscalium vergerent, contradixit et protestatus est palam, publice et manifeste petendo hanc contradictionem et protestationem prothocollo civitatis inseri qua subsecuta

fassiones more consveto publicatae sunt, qua occasione

Michael Szinger fassioni illi quam ille super certa particula fundi Antonio Skaria celebravit contradictionis velamine obviavit, sic et Anna Martinchevich fassioni praeviae, quam illa super certa domo Marco Sztipan et Helenae Thomassich celebravit, contradixit; ita etiam

Michael Szuhar fassioni illi quam praefatus civitatis fiscus super domo ejusdem Szuhar Osvaldo Dettoni et consorti ejusdem celebravit, contradixit, et demum

dominus spectabilis Adamus Illiassich, sacrae regiae Majestatis supremus vigiliarum praefectus et jam fatae civitatis senator, fassioni illi quam Franciscus Gerbanyo Francisco Hoosz super domo sua celebravit, pariter contradixit.

Postremo fiscus civitatis omnibus fassionibus modo praevio publicatis in tantum in quantum eidem ne fors aut suis in officio successoribus praejudicare possent contradixit. Finaliter vero

circumspectus Nicolaus Prigorecz fassionibus illis quae anno evoluto sub minori civitatis sigillo expeditae sunt super terris capellae sancti Spiritus contradixit. His igitur praemissis et fassionibus majori civitatis sigillo obsignatis existentibus

quandoquidem Dei omnipotentis misericordia nullus e dominis senatoribus aut dominis assessoribus vita functus extitisset, nemo item officio suo valedixisset, adeoque nulla vacantia fuisset praeter Ladislaum Szalle nondum officio privatum, ideo

ad invocationem s. Spiritus hymnum praelegente reverendissimo domino Georgio Juraich, prothonotario apostolico et ecclesiae s. Marci parocho, eoque absoluto dominus judex civitatis Christoporus Baptista cum honore et industria ac speciali apud omnes commendatione exacto anno gesto judicatus officio valedixit, cujus dexteritate in rebus gerendis non minus industria quam civitati procurata utilitate laudata comunibus votis et acclamatione in officio judiciali confirmatus est atque adeo cum comitiva complurium dominorum senatorum et assessorum pro dicendo super officio suo sacramento more consueto ad ecclesiam sancti Marci idem dominus judex processit.

Joannes Jurssich, dictae
civitatis juratus notarius m. p.

Die immediate sequenti dominus civitatis notarius Joannes Jurssich officio suo valedixit rationesque deduxit quod peramplius servire non possit, interea tamen communibus omnium votis denuo in eodem officio confirmatus est cum ea per ipsum facta declaratione quod, si Sua regia Majestas ipsum peramplius tolerare non vellet, officium statim resignaturus sit et desuper consuetum deposuit juramentum.

Dominus civitatis capitaneus Nicolaus Cheh suum officium resignavit, interea ille comunibus omnium votis confirmatus est et desuper juramentum consuetum deposuit.

Deinde fiscus civitatis Joannes Koller aeque officio suo valedixit qui pariter comunibus votis confirmatus est et juramentum consuetum deposuit.

Post hoc domini tricesimatores, dominus utpote Franciscus Smith senator et dominus Benedictus Krajachich assessor, tricesimalibus suis officiis valedixerunt qui etiam in iisdem comunibus omnium votis ultro confirmati sunt a quibus dominus civitatis capitaneus in ecclesia solitum excipiet juramentum.

Spanus civitatis Joannes Mikulich officio suo valedixit qui etiam confirmatus est et juramentum deposuit.

Dominus Josephus Behtan, xenodochii civitatis praefectus, et Michael Sotner, vicepraefectus, denuo confirmati sunt et more consueto juramentum deponent.

Civitatis perceptor Franciscus Fabianecz in officio confirmatus est.

Dominus Franciscus Smith tellonium civitatis exarendavit pro eodemque florenos 371 promisit qui etiam solitum contractum celebrare erit obstrictus et juxta instructiones et non aliter tellonium desumet. Contrabandarum vero tertia pars cedet ipsi arendatori, alia denuncianti et tertia magistratui.

Appretiatores rerum venalium et victualium Franciscus Fabianecz et Petrus Rudich confirmati sunt, quibus et instructio elaborabitur.

Aeditui sancti Marci dominus Christophorus Baptista et Franciscus Hoosz confirmantur.

Aedituus sanctae Ursulae dominus judex itidem est confirmatus.

Pro aedituo sancti Rochi Joannes Barle et Felicianus Bellich confirmati sunt.

Pro aedituo sancti Spiritus Nicolaus Prigorecz cum conditione ut meliores habeat subalternos; ac demum sanctae Margaretae Fellicianus Bellich erga recompensationem fatigiorum in florenis 10 in locum Pauli Turek denominatus est.

Caminorum visitatores intra civitatem Felicianus Bellich et Michael Sotner, extra autem muros Paulus Szmolko et Vuzdarecz confirmantur.

Organista prout et choralistae confirmantur.

Campanatores tam sancti Marci quam sanctae Margarethae confirmantur.

Castellanus civitatis Thomas Sztojanich confirmatur.

Admodum reverendus dominus Emericus Petkovich, parochus Vrabchensis

dominus Joannes Hainovich
Gasparus Ratkovich
Georgius Kitthonich
Joannes Gregurecz
Georgius Porednich
Antonius Ignatius Perger
Nicolaus Benich
Martinus Szever
Joannes Hortenstein
dominus Michael Sztrossich

dominus Ignatius Benia
dominus Josephus Antonius Vitesz
dominus Joannes Gerlechich
dominus Sigismundus Mikulich
dominus Mathias Plovanich

petierunt pro civibus assumi, qui etiam assumpti sunt; et quidem praefatus dominus Emericus Petkovich et dominus Hajnovich solitum deposuerunt juramentum, reliqui autem cras deposituri.

Dominus capitaneus pro arenda census a vinis rusticanis et quidem quolibet vase in galones 5 civitati cedens hactenus solvit 66 et revelavit se lucratum fuisse florenos 12; pro hoc itaque anno pro arenda sponte promisit florenos 70, cui etiam proventus ipse pro eodem anno pro dictis florenis 70 exarendatus est.

Dominus civitatis capitaneus pro arenda educilli pro hoc anno idque dumtaxat in pagis civitatis servando a festo s. Georgii usque festum sancti Martini promisit fiorenos 10, cui quidem datum est ea conditione ne ullus praescripto tempore alter quam attactus dominus capitaneus educillare audeat.

Joannes Jurssich, ejusdem civitatis
juratus notarius m. p.

Anno Domini 1745. die 15. mensis februarii in domo praetorea senatorea dictae civitatis consessu magistratuali termino videlicet pro diluenda contradictione per Nicolaum Prigorecz quoad terras s. Spiritus subditis civitatis venditas et super inde expeditias sub minori civitatis sigillo fassionis

praefatus Nicolaus Prigorecz qua aedituus praefatae s. Spiritus capellae exposuit quod tales terrae antehac ejusdem capellae super quibus sub minori sigillo fassiones extradatae essent cum praejudicio capellae sint venditae, nam longe majori pretio actu vendi possent, ideo petiit illas licitationi exponi et subditis civitatis, nominatim vero Andrea Blasekovich, Michaele Andrassevich, Mathia Domjanich, Mathia Ternchevich aliter Sekula et Joanne Szudar sibi redimendas admitti.

Praefati subditi et inquisiti reponunt terras ante emptionem fuisse licitationi expositas et cum iisdem inquisiti ex concurrentibus plurimum promisissent, uti ex fassionibus coram jure exhibitis iisdem inquisitis restitutis patuisset, et insuper meliorationes per errectionem fossatorum fecissent fassionumque expeditiones solvissent, ideo patierunt se in ulteriori possessione relinqui.

Quo viso praelibatus Nicolaus Prigorecz et contradictor contradictioni suae cessit.

Joannes Jurssich, civitatis
juratus notarius m. p.

Anno Domini 1746. die tertia mensis februarii id est festo divi Blassii episcopi et confessoris solito nempe magistratualis restaurationis termino in domo praetorea senatorea liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis et comitatu similiter Zagrabiensi existente habita tam dominis senatoribus, excepto domino spectabili Adamo Illiassich et Ladislao Szalle ab officio suspenso, quam dominis juratis assessoribus, exceptis spectabili domino Balthasare Magdalenich, Petro Krajachich, Mathia Markovich et Adamo Pozvinszky, domino demum spectabili et generoso olim vicecomite Stephano Gudich e gremio comunitatis post ultimam restaurationem vita functo, convenientibus et considentibus pro primis et ante omnia consuetae constitutiones perlectae sunt eisque perlectis fassiones publicatae extiterunt;

quarum publicationis tempore fassioni Fabianeczianae admodum reverendo domino Xaverio Vitrich super certa vinea celebratae dominus fiscus civitatis et idem dominus Fabianecz contradixere; dein

fassioni reverendissimi domini Adami Ztepanich super foenili Pozuinszkiano celebratae dominus Joannes Jurssich notarius et dominus Josephus Raffay tamquam senator nomine etiam dominae conthoralis suae Annae Skerlecz pariter contradixerunt.

Tandem fiscus civitatis dominus Joannes Koller omnibus fassionibus, tractatibus, contractibus, inscriptionibus in quantumcunque sibi praejudicare possent nunc vel in futurum sic et quibuscunque sibi fors qualitercunque attentatis praejudiciis contradictionis velamine obviavit, prouti contradixit, reclamavit et protestatus est palam, publice et manifeste; finita fassionum publicatione et interpositis modo praevio contradictionibus magistratui et comunitati propius ad restaurationem accedere visum fuit;

et hinc quoniam spectabilis et generosus dominus vicecomes et tabulae banalis assessor Stephanus Gudich, hujus civitatis juratus assessor, ab ultima abhinc restauratione vita functus esset, ideo prae primis pro assessoratu candidati sunt:

dominus Georgius Jellachich
dominus Josephus Spoliarich
dominus Josephus Zibenegh
Mathias Pavun
Thomas Sztojanich
Paulus Bogovich
dominus Lucas Novoszel
dominus Josephus Jellachich
dominus Andreas Hener
Georgius Chunchich
dominus Josephus Benak
dominus Josephus Ponekovich
Franciscus Makovecz
Antonius Rainer
Georgius Poöl.

Qua candidatione finita secuta est invocatio s. Spiritus praelegente reverendissimo domino Georgio Juraich, parocho ecclesiae sancti Marci

et prothonotario apostolico, qua promissa potioritate votorum electus est in assessorem dominus Lucas Novoszel, super quo etiam juramentum deposuit.

Valedicente domino judice civitatis pro eodem officio candidati sunt:
idem dominus judex Christophorus Baptista
dominus Joannes Jurssich
dominus Adamus Illiassich
dominus Josephus Raffay
dominus Josephus Hohnebner
dominus Mathias Sztrossich
dominus Josephus Behtan
dominus Adamus Ballogh
dominus Nicolaus Cheh
dominus Franciscus Smith
dominus Antonius Bedekovich

Itaque potioritate votorum dominus Christophorus Baptista prior judex confirmatus est, et cum comitiva tam dominorum senatorum quam etiam plurium ex comunitate ad ecclesiam sancti Marci deductus post decantationem hymni Te Deum laudamus sacramentum dixit.

Joannes Jurssich, civitatis juratus notarius

Die immediate sequenti in eadem domo praetorea senatorea dominus Joannes Jurssich, dictae civitatis juratus notarius, tam officio notariali quam senatorali valedixit et non nisi cum declaratione anno evoluto per se facta, denuo reiterata, officium utrumque potioritate et quasi communi votorum suffragio retinuit et solitum notariale juramentum deposuit.

Post hoc valedicente domino civitatis capitaneo Nicolao utpote Cheh aliter Babochay officio suo capitaneali qui tamen comunibus votis in eodem ultro confirmatus est et juramentum deposuit.

Dein dominus Joannes Koller jam fatae civitatis fiscus officium suum resignavit qui ob solicitorum in officio suo gestorum curam confirmatus est et juramentum superinde deposuit.

Tricesimatores domini utpote Franciscus Smith senior et Benedictus Krajachich junior officiis suis valedixerunt, pro quibus officiis, et quidem seniori
idem dominus Franciscus Smith
dominus Josephus Hohnebner
dominus Adamus Ballogh
dominus Antonius Bedekovich
Pro juniori autem
idem dominus Benedictus Krajachich
dominus Joannes Koller
dominus Franciscus Fabianecz
dominus Ladislaus Kirali candidati sunt.

Ex quibus pro seniori dominus Franciscus Smith, pro juniori autem Joannes Koller potioritate votorum electi sunt et solitum juramentum coram domino civitatis capitaneo deponent.

Siquidem dominus judex civitatis Christophorus Baptista duobus ab hinc annis officium quoque decani absque ulla bonificatione fideliter et utiliter administrasset ejusdemque fatigiorum anno 1744. tempore restaurationis magistratus congruam reflexionem semet habiturum policitus esset, ob hoc eidem domino judici pro praeteritis fatigiis resolvuntur ex aerario civitatis dandi floreni Hungaricales triginta; deinceps vero quemadmodum et prioribus annis decanus civititatis habebat annue florenos Hungaricales triginta, sic et dominus judex pro tali electus habiturus est. Et quia ob deffectum urbarii magnae confusiones et deffectus comperirentur, sic et conveniens ac summe necessarium judicaretur, ut bonum et exactum urbarium omnium bonorum civitatis et proventuum conficiatur, idque per authenticam personam Comitatus adhibitis e gremio magistratus duobus senatoribus ac spano civitatis aliisque qui adesse voluerint, quo fine dominus spectabilis vicecomes Comitatus Zagrabiensis Sigismundus Bussich requirendus erit, ad latus cujus deputantur domini senatores Adamus Ballogh et Nicolaus Cheh capitaneus et spanus civitatis, pro quibus prout et domino vicecomite viso labore et fatigiis congruens quantum magistratualiter ordinabitur.

Spanus civitatis Joannes Mikulich officio suo valedicens propter industriam et sedulitatem suam denuo confirmatus est, qui coram domino capitaneo in loco consueto deponet juramentum.

Praefecti xenodochii valedicentes, hinc pro seniori candidantur:
idem qui fuit dominus Josephus Behtan
dominus Mathias Sztrossich
Pro juniori:
dominus Michael Sottner
Michael Thomassovich

Ex quibus pro seniori potioritate votorum dominus Josephus Behtan, pro juniori vero dominus Michael Thomassovich electi sunt, aeque in ecclesia juramentum deposituri.

Perceptor civitatis dominus Franciscus Fabianecz officio valedicens denuoque confirmatus in ecclesia juramentum deponet.

Dominus Franciscus Smith tellonium civitatis ad triennium exarendavit, pro qua exarendatione quolibet anno florenos 320, id est trecentos viginti, civitati effective absque quavis deffalcatione solvere promisit semetque obligavit, hoc tamen declarato, quod idem dominus arendator peramplius a Capitularibus personis, quae hactenus panem in foro civitatis vendere consueverant, veluti modalitate infrascripta ejusmodi panis venditione abrogata, itaque

quoniam ex indultu pure et libera voluntate magistratus hactenus ad tempus pistricibus erga census in foro civitatis quotidie vendere indultum fuisset, illae vero exorbitare et gratiam magistratualem vilipendere coepissent, ideo concluditur, ut non nisi diebus sabatinis et nundinarum tempore pistricibus Capitularibus in jurisdictione civitatis panem vendere liceat.

Appretiatores rerum venalium et victualium Franciscus Fabianecz et Petrus Rudich confirmati sunt.

Aeditui s. Marci dominus Christophorus Baptista et Franciscus Hoosz confirmati sunt.

Aedituus s Ursulae idem dominus Christophorus Baptista confirmatus est.

Aedituus s. Rochi dominus Felicianus Bellich confirmatus est.

Pro aedituo s. Spiritus valedicente Nicolao Prigorecz Stephanus Dianich electus est.

Aedituus s. Margarethae Felicianus Bellich confirmatus est.

Caminorum visitatores intra civitatem Felicianus Bellich et Michael Sottner, extra autem muros Paulus Szmolko et Vuzdarecz confirmantur.

Organista prout et choralistae confirmantur; et quia quatuor choralistae prioribus temporibus servabantur, modo autem non nisi tres essent, adeoque organista quartum suppleret, ob hoc eidem organistae, quamdiu choralistam suppleverit, resolvuntur floreni Hungaricales decem.

Campanatores s. Marci Mathias Mulih et Andreas Purgarich confirmantur.

Sanctae Margaretae Balthasar Puskarich pariter confirmatur.

Castellanus Thomas Sztojanich confirmatus est.

Quamvis anno evoluto 1745. tertia februarii tempore videlicet publicationis fassionum spectabilis dominus Adamus Illiassich fassioni pro Francisco Hoosz super domo Francisci filii olim Caroli Gerbanio celebratae contradixisset, post illam tamen contradictionem hucusque jam annus evolutus esset, quod contradictio renovata non sit, exindeque praescriptio evenisset, ideoque eidem Francisco Hoosz fassio super domo celebrata extradanda decernitur.

Ita pariter referente domino judice civitatis quod controversia inter Michaelem Szinger et Antonium Skaria vigens per eundem dominum judicem complanata sit; quare contradictio quoque ob eam anno evoluto per Szingerium interposita evanuit, fassioque eidem Skaria extradanda decernitur.

Nec secus Anna Martinchich in praesentiam nostri veniens contradictioni, quam anno evoluto in festo s. Blasii contra fassionem Marco Sztipan et Helenae Thomassich celebratam interposuerat, cessit, ob hoc fassio extradanda decernitur.

Quandoquidem permulti in numerum civium assumi desiderarent et ex accrescentia proborum civium bonum commune crescere indubium esset, hinc etiam qui merita de civitate hac compararunt sibi ante alios magistratus assumendos et ordinario civium prothocollo inserendos censuit.

Quia vero assumptio et cooptatio in numerun civium apud nonullos ditescere incoepisset, adeo ut praerogativam hanc quandoanterius spernere et eadem abuti consueverint, ideo statuitur ut deinceps nemo plane in numerum civium assumatur nisi ad minimum erga taxam florenorum quindecim, id est 15.

Dominus civitatis capitaneus censum a vasis vinorum rusticanorum in civitatem induci solitorum et a quolibet stertin in galones quinque civitati pendi consuetum, jam hactenus decreto mediante ad triennium erga annuos florenos 70 in arendam accepit, idque ab hodierna die computandum qui ad praesens quoque sine difficultate eosdem florenos septuaginta se quovis anno decursu jam fati triennis persoluturum obstrinxit.

Idem dominus capitaneus arendam educillorum anno praeterito in florenis decem pactatam non deposuit ex eo quod vinum ecclesiae in educilliis civitatis fuerit educillatum, exindeque dominus quoque capitaneus ab eadem exarendatione recessit.

Idem notarius Joannes Jurssich m. p.

Anno Domini 1746. die 12. mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis Comitatuque nominis ejusdem existente, considente domino judice et potiori numero dominis senatoribus ac comunitate praefatae civitatis, posteaquam idem dominus judex, magistratus item et comunitas observassent, quod postquam dominus Joannes Jurssich antehac hujus civitatis juratus senator et notarius, et occasione publici isthic in domo praetorea formati magistratualis consessus et coram domino civitatis capitaneo eo fine ad eundem dominum Joannem Jurssich magistratualiter exmisso, ut se finaliter declaret, utrum praemissa officia ultro nec gerere velit? nec ne?, iisdem officiis valedixisset seseque declarasset quod dicta senatorale et notariale officia nulatenus gerere velit; negotia autem civitatis omni modo praerequirerent, ut una certa persona constituatur quae notariale officium (senatorali constitutione aliunde ad festum divi Blasii restricta existente) gereret, adeoque usque ad solitum magistratualis restaurationis tempus notarius substituatur; pro eodem itaque substituto notario dominis Josepho Raffay, Adamo Balogh, alioquin absentibus, et Antonio Bedekovich candidatis existentibus potioritate votorum ellectus est dominus Adamus Balogh qui etiam coram dominis civitatis capitaneo et Francisco Smith senatoribus et eatenus ad eundem exmissis solene in domo sua deposuit juramentum, et de rata salarii notarialis abhinc usque ad festum Blasii exscindenda hoc facto assecuratur.

Superveniente porro benignissimo mandato caesareo-regio clementissimaque in eo contenta resolutione ut dominus Ladislaus Szalle in gremium magistratuale rursum assumatur, quia autem idem dominus Szalle ad praesens Zagrabia abesset, ideo resolutum est ut dum Zagrabiam comparuenit magistratualisque consessus formatus fuerit, idem dominus Szalle ad talismodi consessum more solito et in conformitate ejusdem benigne resolutionis caesareo regiae vocetur senatoralemque fedem capiat, qua occasione admonitio quoque erga eundem pro praescripto praementionati mandati instituetur.

Et quia relatum esset magistratui et comunitati quod taxa decretorum magistratualium ultra prioribus temporibus consuetum per expedientes a miseris instantibus praetendatur, ideo comuni voto decisum est, quod nec domino substituto notario nec expost eligendis notariis ultra prioribus temporibus exigi solitam grossorum quinque decretorum taxam ab instantibus exigere et protendere licitum erit.

Antonius Bedekovich, praefatae civitatis
juratus senator manu propria

1746. die 23. mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea et consessu magistratuali in praesentia quoque egregii Ladislai Szalle ad mentem magistratualis decisionis in anno praescripto 1746. die vero 12. mensis mai certo benigno Suae Majestatis sacratissimae mandato regio ad repraesentationem nostram magistratualem de dato Vienna Austriae die 2, mai anno praescripto 1746. emanato et magistratui praeceptorie sonanti et dirrecto, indorsatae, denuo idem benignum Suae Majestatis sacratissimae caesareo-regiae mandatum, cum procedente alio ejusdem altefatae Suae majestatis sacratissimae de dato Viennae Austriae die 21. mensis januarii anno suprascripto 1746. ad magistratum clementer emmanati, ad quod nimirum hoc posterius altefatae Suae Majestatis sacratissimae mandatum semet referretur, publice uti praemissum est, in praesentia quoque supramemorati domini Ladislai Szalle perlectis existentis ac simul etiam continentiis ejusdem benigni mandati regii magistratualiter eidem domino Szalle, esto litterato, ex superabundanti tamen eidem pro futura cautella sua interpraetatis existentibus pro finali eidem domino Ladislao Szalle ad mentem benignae resolutionis caesareo-regiae prior sedes sua magistratualiter data et consignata est, modalitate in praefato benigno mandato regio expraestata, ut a modo in posterum cum omni eo jure et proventibus magistratualibus, quo perprius utebatur, uti, frui et gaudere possit, declarato per expressum existente, ac ut pramissa quoque actis magistratualibus una cum benignis mandatis regiis eatenus emmanatis inarctentur, decisum extitit.

Adamus Balogh, substitutus notarius
manu propria

Benignorum vero mandatorum regiorum eatenus emmanatorum, et quidem prioris tenor sequitur hunc in modum.

Maria Theresia, Dei gratia Romanorum imperatrix ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque regina, archidux Austriae etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Demisse relata sunt nobis ea, quae contra egregium Ladislaum Szalle, civitatis istius nostrae Zagrabiensis notarium, ratione excessus in eo quod Barbarae Jurkovich corpus nudum praetextuose investigaverit et ab eadem florenos centum titulo discretionis acceperit, demmissi, hactenus in via juris acta fuere, ex quibus cum pateat quod idem Ladislaus Szalle pro excessu hoc poenis in via juris eidem dictatis et in sede quoque tavernicali approbatis, jam condigne punitus sit, et neque factum ejus praeexpositum de lege Regni infamiam juris inserat consequenterque actio fiscalis vestri eo, ut idem Ladislaus Szalle ab omnibus officiis civilibus et ipsa quoque concivitate excludatur, et imposterum pro inhabili ad gerenda quaevis officia civilia declaretur, directa, legali fundamento careat. Idcirco ad proscindendos ulteriores in materia hac illegales processus suprema authoritate nostra regia id, quod suspensio ab officio notariali eidem Ladislao Szalle ex antecedaneo benigno mandato nostro promanans, non pro nota quapiam infamiae, verum pro poena civili cum reliquis eidem dictatis poenis reputanda sit, benigne declaramus ac taliter eundem ab omni, si quae eidem objici posset, infamiae macula clemente absolvimus, ita tamen ut idem Ladislaus Szalle officium

notariale, in quo excessit, suo modo cum actis omnibus eo spectantibus et prae manibus ejus existentibus, resignare teneatur. Cui benignae resolutioni nostrae regiae vosmet per omnia conformare et ab ulteriore eidem Ladislao Szalle ratione praeexpositi excessus intentando qualicunque processu simpliciter supersedere debeatis et teneamini. In reliquo gratia nostra caesareo-regia vobis benigne propensae manemus. Datum in archiducali civitate nostra Vienna Austriae die 21. mensis januarii anno Domini, 1746.

Maria Theresia manu propria. Comes Nicolaus Palffy manu propria. Michael Bobok manu propria. Indorsato: prudentibus et circumspectis N. N. judici, caeterisque juratis civibus et senatoribus ac toti comunitati liberae regiaeque civitatis nostrae Zagrebiensis Montis Graecensis et fidelibus nobis dilectis. Locus sigilli regii.

Alterius porro itidem benigni mandati regii tenor sequitur in haec verba.

Maria Theresia, Dei gratia Romanorum imperatrix ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque etc. regina, archidux Austriae. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Demissam repraesentationem vestram super eo ut nobilis Ladislaus Szalle, notarius et senator vester, ob praescitum excessum suum non tantum ad officii notarialis, sed etiam ad alterius officii senatoralis resignationem stringatur, sub die 26ta praeteriti mensis martii nobis submissam, benigne percepimus. Quia vero tenore benigni mandati nostri ad iam antea expediti eundem Ladislaum Szalle ab omni si quae ne fors eidem obiiceretur infamiae nota (quae aliunde eidem de jure Regni infligi non potuisset) benigne absolverimus et ultra poenas eidem in Sede Thavernicali dictatas, id unice adhuc benigne resolverimus ut officium notariale, a quo jam antea ex benigna dispositione nostra regia suspensus fuerat, resignare teneatur; qua benigna resolutio nostra regia quemadmodum ad officium senatoriale veluti ab officio notariali distinctum nullatenus extendi valeret, ita vobis pro homagiali obligatione vestra eidem debitum morem gerere incubuisset, praecipue cum nos suprema potestate nostra regia gratiam hanc eidem Ladislao Szalle sub spe emandationis quod ipse imposterum quiete et modeste semet gerere, magistratui suo debitum honorem tribuere et ab omni excessu abstinere debeat, clementer concesserimus. Proinde vobis beigne committimus et mandamus, quatenus vosmet praedeclaratae priori benignae resolutioni et dispositioni nostrae regiae per omnia conformare et eundem Ladislaum Szalle in officio senatoriali relinquere, super eo tamen ut semet honeste et modeste gerat, magistratui suo civili debitum respectum et honorem exhibeat, obligationi suae senatoriali adaequate satisfaciat ac ab omnibus excessibus abstineat, serio et districtim eundem monere; vicissim vero vos eundem qua comembrum suum omnimodo fovere et deffectibus ex fragilitate humana promanantibus compati. Si porro in aliquo excesserit, eundem suo modo corrigere noveritis. Caeterum quoad quaestionem intuitu salarii notarialis et obventionum senatoralium motam, siquidem idem Ladislaus Szalle ab officio notariali suspensus fuerit et medio tempore nec qua senator quodpiam servitium (uti scribit) civitati praestiterit, et aliunde etiam ex demissa repraesentatione vestra pateat id quod talismodi salarium notariale substituto

per vos notario solutum sit, ideo benigne resolvimus, ne eidem Ladislao Szalle salarium notariale a tempore illo, quo alter notarius per vos eidem substitutus fuerat, solvatur, cum illud jam substituto ejus solutum sit; usque autem tempus substitutionis alterius notarii, si quod restans salarium idem Szalle haberet, illud ipsi exolvatur. Sportulas vero, et obventiones senatoribus salario anno (uti supponimus) destitutis, competentes, idem Szalle pro praeterito praetendere non poterit. In reliquo gratia nostra caesareo-regia vobis benigne propensae manemus. Datum in civitate nostra Vienna Austriae die 2. mensis mai anno Domini 1746.

Maria Theresia manu propria. Comes Nicolaus Palffy manu propria. Michael Bobok manu propria. Indorsationis vero tenor sequens est: Prudentibus ac circumspectis N. N. judici caeterisque juratis civibus et senatoribus ac toti comunitati liberae regiaeque civitatis nostrae Zagrabiensis Montis Graecensis fidelibus nobis dilectis Zagrabiae ex officio. Locus sigilli regii. Exhibitae vero tenor talis est. Anno Domini 1746. die 12. mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea considente domino judice et magistratu praesentique benignissimo Suae Majestatis sacratissimae mandato pro homagiali submissione percepto existente, siquidem dominus Ladislaus Szalle ad praesens Zagrabia abesset, ideo dum isthuc comparuerit magistratusque consederit idem in gremium suum pro conformitate introsertae benignae resolutionis caesareae regiae ad consessum vocetur sedemque senatoralem capiat, resolutum est. Antonius Bedekovich, praefatae civitatis senator, manu propria.

Lectum comportatum per eundem Adamum Balogh, juratum substitutum notarium, idem m. p.

1747.

Anno Domini 1747. die 3tia mensis februarii ipso videlicet divi Blasii episcopi et martyris festo in domo praetorea senatorea liberae regiaeque civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis, loco utpote et termino solitae annualis magistratualis restaurationis, convenientibus insimul domino judice caeterisque juratis senatoribus dempto spectabili domino Adamo Illiassich, Suae Majestatis sacratissimae Campi supremo vigiliarum praefecto, velut absente et hic Zagrabiae non existente, perillustri item domino Joanne Jurssich, inclytae Tabulae judiciariae Regni jurato notario et adhuc in anno proxime praeterito 1746. mense aprili officio senatorali valedicente adeoque sede ejusdem vacante, tota denique jurata comunitate exceptis dominis Petro et Benedicto Krajachich, priori quidem hujusce Comitatus Zagrabiensis judice nobilium, posteriori vero inclyti Comitatus Posegiensis jurato notario, prae primis quidem et ante omnia pro antiquo more in praesentia etiam et confluxu plurium civium attactae civitatis perlectae sunt publice constitutiones ejusdem praelibatae civitatis regia authoritate confirmatae. Quibus perlectis deventum est ad publicationem fassionum.

Fassioni Annae Benkovich pro parte Joannis Gerssetich factae respectu certae terrae arrabilis contradixit dominus Franciscus Schmitt.

Fassioni fiscali pro domino Josepho Punekovich ratione certae domus profugi debitoris factae contradixit Antonius Skaria, civis et faber serarius.

His peractis fiscus civitatis dominus Joannes Koller omnibus et singulis fassionibus, tractatibus, contractibus, inscriptionibus in quantumcumque sibi qua fisco civitatis et per consequens toti civitati praejudicare possent, nunc vel in futurum sic et quibuscunque sibi fors qualitercunque attentatis praejudiciis contradictionis velamine obviavit, prouti contradixit, reclamavit et protestatus est palam, publice et manifeste; ac tandem finita praemissa fassionum publicatione et interpositis modo praevio contradictionibus magistratui et comunitati propius ad restaurationem accedere visum fuit, et hinc quoniam perillustris ac generosus dominus Joannes Jurssich, inclytae Tabulae judiciariae Regni juratus notarius, in anno proxime preaterito officio senatorali valedixisset, consequenter officium ejusdem senatorale vaccaret, ideo antequam in ellectione alterius in locum ejusdem domini progressum fuisset, secuta est invocatio sancti Spiritus praelegente reverendissimo domino Georgio Juraich, parocho ecclesiae sancti Marci et prothonotario apostolico, qua praemissa, existentibus candidatis in genere omnibus dominis assessoribus, inter quos quia dominus perillustris Mathias Markovich, suae excellentiae domini comitis Georgii Erdödy, excelsae Camerae Hungaricae praesidis tit., etc bonorum Croaticorum praefectus et plenipotentiarius, etiam conumeratus scientia aliisque meritis dotatus adeoque ad adipiscendum officium senatorale inter reliquos assessores dignus omnino omnium voto adveniret, ideo cum idem dominus Mathias Markovich ob valetudinarium statum suum ad praesentem congressum venire non poterat, visum erat tum magistratui, cum et comunitati, ut ad eundem dominum Markovich duo ex gremio magistratus et ex gremio comunitatis, et quidem ex gremio magistratus dominus capitaneus civitatis et dominus Antonius Bedekovich, ex parte autem comunitatis Stephanus Dianich, Thomas Vuzdar et Franciscus Fabianecz exmittantur fine eo, ut coram iisdem idem dominus sese declaret utrum nam dictum officium senatorale omnium voto sibi oblatum acceptare velit vel non; qui inde reversi retulerunt, quod idem dominus Markovich dixisset, se licet quidem senio et aegritudine admodum affectum esse, nihilominus tamen ut et in hoc inclyto magistratui et comunitati complacere et pro posse etiam suo inclyto magistratui servire possit, illud omnino acceptat cum hac declaratione, quod si huic officio ejusdem sua excellentia Camerae praeses quoquo modo contradixerit, ut eidem in tali casu semper praemissum officium senatorale magistratui resignare liceat, quo facto et per dictum dominum Mathiam Markovich juramento senatorali coram eisdem exmissis deposito, in locum praefati domini Markovich qua assessoris deventum est ad candidationem officii assessoratus, in cujus locum candidati sunt sequentes:

dominus Franciscus Hadrovich
dominus Emericus Gradechki
dominus Franciscus Thadeus Sztruchich

Josephus Dragovich
dominus Georgius Dragovanich
dominus Matthias Pavun
Thomas Sztojanich
Paulus Bogovich
dominus Josephus Jellachich
dominus Andreas Hener
Georgius Chunchich
dominus Josephus Punekovich
Franciscus Makovecz
Antonius Rainer
Georgius Poll
Mathias Muli
Andreas Radich
Joannes Czar

inter quos pluralitate votorum in assessorem ellectus est Georgius Pooll, qui et adjuratus est.

His praemissis valedicente domino judice civitatis deventum est ad ellectionem ejusdem domini judicis civitatis qui, postea quam valedixisset et eatenus rationes scripto comprehensas notario civitatis publice perlegendans admanuasset, e domo praetorea abivit; tandem relectis ejusdem pro valedictione aductis rationibus, quia magistratus et comunitas existimabat hanc restaurationis diem pro deffiniendis inter eundem ac nonullos e gremio magistratuali et juratae communitatis hactenus subortis differentiis congruam non esse, partes eatenus interessatas ad ordinariam viam juris relegando duos e gremio juratae comunitatis dominos, quipe Ladiszlaum Kirali et Lucam Novoszel pro invitando ad domum praetoream attacto domino judice exmiserat; quibus reducibus atque dictum dominum judicem domi neutiquam repertum referrentibus processum est ad ellectionem judicis, pro quo officio candidati fuere omnes domini senatores.

Ex quibus potioritate votorum dominus Adamus Balogh electus est, qui comitantibus eundem complurimis dominis senatoribus ac juratis assessoribus ad ecclesiam parochialem decantato solemni Te Deum laudamus coram majori ara ad Evangelium consuetum deposuit juramentum.

Josephus Raffay, juratus senator et pro
hoc actu substitutus notarius manu propria
Lectum per juratum notarium m. p.

Die immediate sequenti in praefata domo praetorea senatorea considente magistratu et comunitate processum est ultro in solita ad mentem constitutionum civitatis restauratione, uti prae primis et ante omnia dominus Adamus Balogh in praesentia usque ejusdem civitatis substitutus juratus notarius officio suo valedixit, in locum cujus pro officio notariali candidati sunt sequentes:

dominus perillustris Josephus Raffay
dominus Antonius Bedekovich
dominus Nicolaus Chech

Ex quibus attactus dominus Josephus Raffay, quantumvis semet multum ex certis rationibus excusasset et se exemptum ab hoc onere haberi petiisset, potioritate votorum in notarium electus, denominatus et adjuratus est.

Tandem dominus Nicolaus Chech capitaneatus officio vadedixit, qui praeclaris ipsius meritis exigentibus, praescito praevie juramento, in eodem officio confirmatus est.

Fisco itidem civitatis officio suo valedicente candidati sunt pro eodem fisci officio

prior fiscus dominus Joannes Koller
dominus Ladislaus Kirali
dominus Lucas Novoszel.

Ex quibus dominus Joannes Koller prior fiscus confirmatus est et consuetum deposuit juramentum.

Post haec domino Francisco Smidt et Joanne Koller officiis tricesimalibus valedicentibus deventum fuit ad candidationem, pro quo officio sequentes candidati fuere:

Ex gremio magistratuali
dominus Franciscus Schmitt
dominus Christophorus Baptista
dominus Ladislaus Szalle
dominus Antonius Bedekovich

Ex jurata comunitate
dominus Joannes Koller
dominus Ladislaus Kirali
dominus Adamus Pozvinszki
Franciscus Fabianecz

Ex quibus potioritate votorum domini Franciscus Smidt et Joannes Koller confirmati sunt.

Decani officium penes judicem civitatis cum salario et declaratione ad praecedentem restaurationem facta remansit.

Spanus civitatis Joannes Mikulich propter suam habilitatem et fidelitatem ultro confirmatus est.

Xenodochii praefecti dominus Josephus Behtan et Michael Tomaszovich cofirmati sunt.

Deinde braxatorii inspectione per dominum Franciscum Smidt administrata, siquidem dictum fuisset ut duo ex dominis magistratualibus accomondentur et salarium florenos 60 intra se dividant, domino autem Smidt ad id accedere nollente sed officio potius suo valedicente, domini Christophorus Baptista et Mathias Sztrossich declararunt se velle idem officium cum salario pro ambobus insimul florenis 60 acceptare; qui etiam pro ejusdem braxatorii inspectione cum onere dandarum rationum electi et denominati sunt, eo solum hic adito quod Franciscus Hosz, braxator, cum suo salario florenis 60 ultro permanebit ad dies vitae, cum idem beneficium braxatorii civitati huic et patefecerit et detulerit; eo vero fatis functo cessabit inspectoratus ex numero juratae communitatis.

Pro perceptoratu valedicente priori perceptore Francisco Fabianecz candidati sunt:

Franciscus Fabianecz
Felicianus Bellich
dominus Adamus Pozvinszki
Georgius Pooll

Ex quibus comunibus votis perceptor ellectus est Felicianus Bellich.

Telloniator dominus Franciscus Smidt cum priori arenda ultro confirmatur.

Apretiatores rerum venalium et victualium electi sunt Franciscus Fabianecz et Stephanus Dianich.

Aeditui s. Marci dominus Christophorus Baptista et Franciscus Hosz confirmantur.

Aedituus s. Ursulae confirmatur dominus Christophorus Baptista.

Aedituus s. Rochi et sanctae Margarethae confirmatur Felicianus Bellich.

Aedituus s. Spiritus confirmatur Stephanus Dianich.

Caminorum visitatores intra muros civitatis Michael Sottner et Georgius Pool, extra muros vero Paulus Szmolko et Thomas Vuzdarecz eliguntur.

Organista et choralistae confirmantur.

Campanatores s. Marci Matthias Mulih et Andreas Purgarich confirmantur, ac s. Margaretae Balthasar Puskarich pariter confirmatur.

Castellanus Thomas Sztojanich etiam confirmatur.

Josephus Raffay, juratus civitatis
notarius, per quem correctum. Idem manu
propria.

Anno Domini 1747. die vero 8va mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea et considente magistratu et convocata jurata comunitate facta fuit propositio per actualem dominum notarium Josephum Raffay, quod idem multis causalibus et officiorum suorum negotiis ac oeconomia in disitis bonis suis multum occupatur atque his de motivis etiam occasione restaurationis magistratualis assumendum notariale officium multum et instanter deprecabatur, sed nec acceptasset nisi afffidatus fuisset, quod unus de gremio magistratus juratus senator eidem substituetur, qui in absentia vel aliis actualis notarii occupationibus eundem supplere posset et habita cum actuali notario cointelligentia calamum civitatis gerere valeat, ideoque praefatus dominus actualis notarius de praesenti institit, ut cum interventu dominorum senatorum et juratae comunitatis haec substitutio institui valeat. Quibus auditis et propositis attenta habilitate et experientia juridica domini Antonii Bedekovich, jurati senatoris, qui civitati huic adeo utilis est et utilior successive redatur, idem dominus Antonius Bedekovich pro substiuto notario civitatis comunibus votis electus et donominatus est.

Christophorus Baptista, in praemissis
substitutus notarius manu propria
Josephus Raffay, juratus civitatis notarius m. p.

1748.

Anno Domini 1748. die 3tia mensis februarii ipso videlicet festo divi Blasii episcopi et martyris in domo praetorea senatorea liberae regiaeque civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis loco utpote et termino solitae annualis magistratualis restaurationis convenientibus insimul domino judice, juratis senatoribus, demptis spectabili domino Adamo Illiassich, Suae Majestatis sacratissimae campi supremo vigiliarum praefecto, velut absente, perillustri item et generoso domino Mathia olim Markovich pie in Domino et cum bona erga civitatem hanc ecclesiamque memoria fatis functo, et reliqua jurata communitate, demptis spectabili et generosis dominis Balthasare Magdalenich, Tabulae Regni judiciariae preside, et Benedicto Krajachich, Comitatus Posegiensis notario, velut absentibus, Adamo autem Pozuinszki, hic quidem Zagrabiae sed infirmo existente, prae primis quidem et ante omnia pro antiquo more in praesentia etiam et confluxu plurium civium attactae civitatis perlectae sunt publice constitutiones ejudem civitatis regia authoritate confirmatae; quibus perlectis deventum est ad publicationem fassionum.

Stanislaus Chunko contradixit fassioni Michaelis Zdessich super certa domo extra civitatem a Vargovichiana empta hactenus sub minori sigillo expeditae respectu certi adjacentis hortuli, qui contradictor pro danda contradictionis ratione ad 15tum diem in praesentiam magistratualem evocatus est.

His peractis fiscus civitatis dominus Joannes Koller omnibus et singulis fassionibus, tractatibus, contractibus, inscriptionibus in quantumcunque sibi qua fisco et per consequens toti civitati praejuridicare possent nunc vel in futurum sic et quibuscunque sibi fors qualitercunque attentatis praejudiciis contradictionis velamine obviavit, prouti contradixit, reclamavit et protestatus est palam, publice et manifeste; ac tandem his peractis ad vacans per mortem et ex hac luce decessum perillustris et generosi olim domini Mathiae Markovich senatoratus officium candidatis omnibus dominis assessoribus pluralitate votorum ad senatoralem sedem evectus est dominus Joannes Koller, prius fiscus civitatis, qui etiam consuetum deposuit juramentum et sedem suam cepit.

Porro domino actuali notario Josepho Raffay officio senatorali ex sibi notis rationibus valedicente in locum ejusdem dominus judex nobilium Petrus Krajachich deposito consueto juramento sedem senatoralem cepit.

Et quia per promotionem duorum dominorum assessorum in gremium magistratuale duo officia assessoratus vacabant, pro quo candidati erant sequentes:

dominus Franciscus Hadrovich
dominus Emericus Gradechki
dominus Franciscus Thadaeus Struchich
dominus Josephus Hohnebner
dominus Georgius Dragovanich
Thomas Sztojanich
Paulus Bogovich
dominus Josephus Jellachich
dominus Andreas Henner

Georgius Chunchich
dominus Josephus Ponekovich
Franciscus Makovecz
Antonius Rainer
Andreas Radich
dominus Joannes Czar
dominus Adamus Szitarek
dominus Ladislaus Lukavszki
dominus Paulus Galliuff
Mathias Lenhort
Josephus Beilich

Ex quibus dominus Franciscus Hadrovich et dominus Josephus Ponekovich pluralitate votorum in assessores electi et denominati sunt, qui etiam consuetum deposuerunt juramentum.

Tandem dominus actualis judex Adamus Balogh officio suo judicatus valedixit, qui propter sua hoc anno impensa utilia civitati servitia communibus votis confirmatus est et in ecclesia parochiali consuetum deposuit juramentum.

Josephus Raffay, juratus civitatis
notarius, manu propria

Die immediate sequenti in eadem domo praetorea per resignationem modo praevio per dominum Josephum Raffay tam senatoralis, quam notarialis officii factam ennata ejusdem etiam notarialis officii vacantia, et pro eodem officio candidatis existentibus dominis

Nicolao Babochay aliter Cheh
Antonio Bedekovich et
Petro Krajachich.

Potioritate votorum in notarium electus est dominus Antonius Bedekovich qui solitum etiam deposuit juramentum.

Prior dein dominus capitaneus Nicolaus Babochay aliter Cheh communibus omnium votis confirmatus est.

Ex promotione deinde domini Joannis Koller antehac fisci civitatis in senatorale officium ejusdem fiscalis officii ennata vacantia pro eodem officio candidati fuerunt domini

Lucas Novoszel
Ladislaus Kirali
Franciscus Fabianecz et
Michael Schottner.

Ex quibus potioritate votorum electus est dominus Ladislaus Kirali.

Domino Francisco Smith officio tricesimali valedicente, subalterno vero tricesimatore Joanne Koller promoto existente, pro iisdem officiis pro primario quidem tricesimatore prior dominus tricesimator ac domini Christophorus Baptista et Ladislaus Szale, pro secundario vero Franciscus Fabianecz, Felicianus Belich et Michael Schottner candidati fuerunt; ex quibus pro primario quidem dominus Franciscus Smith confirmatus pro secundario vero tricesimatore Franciscus Fabianecz electus est.

Decanali officio ultronee penes officium judicatus relicto.

Prior spanus Joannes Mikulich valedicens ultro confirmatus est.

Uterque xenodochii praefectus valedicens ultro confirmatus est.

Perceptor prior Felicianus Belich ultro confirmatus est.

Telonii exarendatio usque ad pactatum tempus relinquitur sub arenda.

Appretiatores rerum venalium et victualium Stephanus quidem Dianich ultro confirmatus, Joannes vero Warle noviter electus est.

Aeditui s. Marci dominus Christophorus Baptista et Franciscus Hoosz confirmati sunt.

Capellae s. Ursulae aedituus idem dominus Baptista confirmatur.

Aedituus s. Rochi et s. MargarethaeFelicianus Belich confirmatur.

Stephanus Dianich in aedituatu s. Spiritus capellae confirmatur.

Visitatores caminorum intra quidem civitatem Michael Schottner et Georgius Pool, extra vero civitatem Thomas Vuzdarich confirmati sunt; noviter vero electus est Franciscus Vitesz.

Organista et choralistae confirmantur.

Campanator s. Marci Andreas Purgarich confirmatur, Martinus vero Mesnar in locum demortui Mathiae Mulih constitutus est. Sanctae autem Margarethae companator Balthasar Puskarich confirmatur.

Thomas Sztojanich castellanus confirmatur.

Antonius Bedekovich, praefatae
civitatis juratus notarius m. p.

Anno Domini 1748. die IIma februarii domenica videlicet proxima post festum divi Blasii episcopi et martyris Zagrabiae in domo praetorea senatorea conclusum magistratualiterque decisum est, quod cum infinita fere damna inferantur tam in campo hujus civitatis apud segetes et fossas, quam et sub muris et moeniis hujus civitatis per pascuationem animalium signanter talium civium qui etsi nulla tenuta apud civitatem haberent, tamen animalia cum damno et jactura boni publici et privatorum intertenerent, ideo communi omnium dominorum senatorum voto statutum est, ut homines tales qui curam et invigilantiam ejusmodi damnorum habere voluerint, exquirantur, qui intuitu ejusmodi curae et invigilantiae a singulo jugere in jurisdictione hujus civitatis existente a possessore grossum 1 habituri sunt; tenebuntur autem pecora damna inferentia invagiare et possessori terreni tradere, exinde etiam tertialitatem birsagii habituri; quod ipsum tam intra quam extra moenia civitatis in foro Mandussevecz more solito publicandum, cum Venerabili capitulo autem communicandum veniet.

Antonius Bedekovich, civitatis juratus
notarius manu propria
Lectum per eundem notarium m. p.

Anno Domini 1748. die 12. mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis respectu domus braxatoriae ejusdem civitatis inspectorisque et curam ejus habentis magistratualiter conclusa et decisa sunt sequentia:

Imo. Siquidem omnes hujusce civitatis officiales praeter senatorale respective assessorale juramentum alio etiam officio suo congruenti obstricti essent juramento, ideo inspector etiam braxae juxta for-

mulam eatenus elaboratam et libro cui allia juramenta inscripta sunt inserendam jurare debebit.

2do. Ne ex incertitudine temporis quo idem braxae inspector constitui respective vel confirmari rationesque suas dare deberet, confusio quaepiam exoreatur, idcirco inspector etiam braxae ab hinc secuturis temporibus occasione solitae magistratualis restaurationis constituetur vel confirmabitur, rationesque suas praesentabit. Et quia pro

3tio. Absque prescitu quantitatis tam frumenti quam cervisiae rationes debitae dari et exigi nequirent; eapropter occasione dandarum ejusmodi rationum frumentum et cervisia tali tempore in natura existens mensuranda veniet. Quia porro

4to. Nullus officialium hujus civitatis ut ut graves labores annexos habens tam amplum sexaginta utpote florenorum salarium haberet, hinc inspector etiam braxae florenis dumtaxat 50 ab hinc contentabitur; hocce nihilominus statutum ad circumspectum Franciscum Hosz, qui videlicet beneficium hoc civitati procuravit, non extenditur, verum idem magistratualiter resolutum Raniensium sexaginta annuale salarium ad dies vitae est habiturus. Et hinc

5to. Quia tam idem Franciscus Hosz quam alii servitores in domo braxae existentes inspectori adjutorio essent, ideo abhinc unus dumtaxat inspector erit.

Antonius Bedekovich, civitatis juratus
notarius manu propria
Lectum per eundem juratum notarium m. p.

1749.

Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo nono die tertia mensis februarii seu ipso festo divi Blasii episcopi et martyris Zagrabiae in domo praetorea et senatorea liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis Comitatu nominis ejusdem existente et habitia, loco quippe et termino solitae annualis magistratualis restaurationis, convenientibus domino judice Adamo Ballogh, Antonio Bedekovich notario, Josepho Hohnebner, Matthia Sztruchich, Josepho Behtan, Ladislao Szalle, Nicolao Babochay aliter Cheh capitaneo, Francisco Schmitt, Joanne Koller et Petro Krajachich senatoribus, domino vero Christophoro Baptista infirmo existente, Adamo autem Nicolao Illiassich ex hac mortali vita ad aeternitatem transeunte, ellecta praeterea communitate, praeter dominos Balthasarem Magdalenich, Lucam Novoszell, Paulum Szmolko et Joannem Mikulich, qui partim ad praesens Zagrabia abessent, partim aegre valerent, Paulo vero Turek vita functo existente, primo et ante omnia juxta veterem et approbatam civitatis hujus consvetudinem in praesentia etiam et confluxu plurium civium lectae fuerunt constitutiones hujus civitatis regia authoritate confirmatae.

Post quam perlectionem deventum est ad publicationem fassionum pro hodierna die expeditarum et pro majoris civitatis sigilli impraessione praesentatarum; qua occasione

Fassioni per dominum parochum Sesztinensem Antonium Susak pro sororeis suis factae dominus civitatis judex et fiscus etiam civitatis intuitu domus Kalmanianae in eadem fassione etiam compraehensae contradictionis velamine obviarunt.

Fassioni vero fisci civitatis pro Barbara Koren, vidua Perkiana, emmanata ex parte domini spectabilis vicecomitis Josephi Magdich dominus Carolus Levachich contradixit.

Fassioni Georgii Habsich pro Matthia Radochai et consorte ejusdem Helena Martinchich super medietate horti confectae Thomas Klasznich ex parte consortis suae Catharinae filiae praefati Georgii Habsich cotradixit.

Qui contradictores et praefatus etiam dominus vicecomes medio praefati domini Levachich ad 15tum diem abhinc computando contradictionis suae rationem redituri in praesentiam inclyti magistratus citati et certificati sunt.

Quibus absolutis fiscus civitatis egregius Ladislaus Kirali universis fassionibus, contractibus, emptionibus quae ipsi successoribusque suis nunc vel in futurum quocunque modo praejudicare possent, specialiter vero acquisitionalibus litteris domus Gotthalianae per patres Societatis Jesu comparatae et possessae, ac alteri fassioni per colonum civitatis Stephanum filium Nicolai Szischan pro Jacobo olim Illiassich in anno 1703. super 1oco suo sessionali et horto confectae, universis denique praejudiciis per quemcunque et qualitercunque civitati huic intentatis contradixit et protestatus est palam, publice et manifeste.

Quia vero post mortem et ex hac luce decessum praefati Pauli Turek unum assessorale officium vacaret, ideo visum fuit ante ellectionem novi senatoris elligere et constituere unum assessorem taliterque numerum assessoralem replere; pro quo candidati fuerunt sequentes:

dominus Emericus Gradechki
dominus Franciscus Thadaeus Struchich
dominus Josephus Hohnebner
dominus Georgius Dragovanich
dominus Josephus Jellachich
dominus Adamus Szitarek
dominus Ladislaus Lukauszki
dominus Carolus Georgius Levachich
Thomas Sztojanich
Georgius Chunchich
Franciscus Makovecz
Andreas Radich
Matthias Lenhorth
Paulus Bogovich
Josephus Bellich

Ex quibus invocato praevie sancti Spiritus lumine potioritate votorum ellectus est dominus Franciscus Thadaeus Struchich qui etiam solitum assessorale deposuit juramentum.

Qua ellectione subsecuta existente descensum est eo, ut sedes senatoralis per mortem antelati Adami Nicolai Illiassich vacans repleatur, pro quo officio omnes assessores (praeter Franciscum Fabianecz qui videlicet transactione mediante cum dominis notario et capitaneo anno praeterito ratione et praetextu gravis et injuriosae erga eosdem commis-

sae dehonestationis innitae beneficio hujusmodi tam pro senatorali quam et fiscali officiis candidationis sponte et benevole inque perpetuum cessisset) candidati fuerunt utpote

dominus Ladislaus Kirali, fiscus
Paulus Igerchich
Petrus Rudich
Michael Thomassovich
Nicolaus Prigorecz
Mathias Mihalinchich
Franciscus Vitez
Joannes Warle
Franciscus Hoosz
Stephanus Dianich
dominus Balthasar Magdalenich
dominus Adamus Pozuinszki
Thomas Vuzdar
dominus Benedictus Krajachich
dominus Lucas Novoszell
Michael Sottner
Felicianus Bellich
Georgius Pooll
dominus Franciscus Hadrovich
dominus Josephus Punekovich
dominus Franciscus Thadaeus Struchich
Joannes Mikulich
Paulus Szmolko

Ex quibus potioritate votorum ellectus est dominus Ladislaus Kirali qui etiam consuetum senatorale deposuit juramentum; post cujus promotionem sede una assessorali vacante pro eadem complenda candidati sunt iidem qui prius, excepto praefato Struchich modo praevio jam promoto, ex quibus potioritate votorum ellectus est dominus Emericus Gradechki qui etiam solitum deposuit juramentum.

Taliter itaque numero et sedibus tam senatoralibus quam et ellectae comunitatis repletis priorique domino civitatis judice Adamo Ballogh pro more hactenus observato eidem judicatus officio suo valedicente idem dominus judex praeclaris ejusdem meritis ita exponentibus communibus omnium votis ultro confirmatus est. Cujus confirmatione subsecuta gratiisque Domino Deo pro speciali sua occasione praesentis restaurationis quiete et pacifice interventae gratia actis datoque majori civitatis campana signo idem dominus judex quamplurimis dominis senatoribus et assessoribus comitatus processit ad parochialem civitatis ecclesiam, ubi solenniter praevie hymno Te Deum laudamus decantato praelegente domino civitatis notario ad Evangelium Dei soleniter solitum juramentum deposuit, abinde vero ad domum propriam per nonullos dominos senatores et assessores deductus praesentis diei restauratio absoluta est.

Die immediate sequenti seu 4ta mensis februarii in eadem domo praetorea occasione ulterioris continuationis magistratualis restaurationis dominus civitatis notarius Antonius utpote Bedekovich de Komor eidem notariali officio valedicens in eodem ultro communibus omnium votis confirmatus est.

Dominus dein civitatis capitaneus Nicolaus Cheh aliter Babochai officio suo capitaneali valedixit. Pro quo officio candidati fuerunt

prior dominus capitaneus
dominus Josephus Hohnebner
dominus Ladislaus Szalle
dominus Franciscus Schmitt
dominus Petrus Krajachich

Ex quibus pluralitate votorum prior dominus capitaneus confirmatus est.

Post promotionem dein prioris civitatis fisci domini utpote Ladislai Kirali, siquidem idem officium vacaret, ideo pro eodem candidati fuerunt:

dominus Adamus Pozuinszki
dominus Lucas Novoszell
dominus Benedictus Krajachich
dominus Franciscus Hadrovich

Ex numero quorum pluralitate votorum ellectus est dominus Lucas Novoszell, qui siquidem ad praesens male valeret, ideo ad eundem missus fuit dominus Josephus Punekovich ab eodem nomine inclyti magistratus et totius communitatis quaesiturus utrum hoc officium assumere, et si ita, an officio etiam suo satisfacere vellit? Et si utramque praemissam propositionem acceptaverit, ut quam primum convaluerit, in praesentiam magistratualem compareat solitum depositurus juramentum, qui ab inde redux retulit antelatum Lucam Novoszell pro electione sua in officium fiscale gratias egisse, idemque officium assumere et eidem satisfacere sive per se, sive vero ubi Zagrabia abesse deberet, medio alterius velle.

Priores tricesimatores Franciscus Smith et Franciscus Fabianecz officiis suis valedixerunt, pro quibus et quidem priori tricesimatore candidati fuerunt

prior tricesimator
dominus Ladizlaus Szalle
dominus Joannes Koller
dominus Ladizlaus Kirali.

pro secundario vero

prior tricesimator
dominus Adamus Pozuinszki
Felicianus Bellich
Michael Sottner.

Ex quibus potioritate votorum pro primario quidem tricesimatore dominus Franciscus Smith confirmatus est. Pro secundario vero dominus Adamus Pozuinszki noviter ellectus est.

Officium decanale ultronee penes officium judicatus relictum est.

Spanus etiam prior Joannes Mikulich confirmatus est.

Dominus inspector braxae Christopharus Baptista ultro confirmatur, qui etiam coram dominis capitaneo et Ladizlao Kirali ad eundem exmissis juxta formulam anno praeterito elaboratam deposuit juramentum, uti praedicti domini exmissi abinde reduces retulerunt.

Prior xenodochii praefectus dominus Josephus Behtan valedicens ultro confirmatur.

Pro subalterno vero candidati fuerunt

Joannes Warle
Stephanus Dianich
Franciscus Fabianecz.
Ex quibus ellectus est Joannes Warle.

Tellonium civitatis Paulo Igerchich veluti plus promittenti erga florenos 370 annue civitati fiendam depositionem exarendatum est. Super qua arenda contractus inter ipsum arendatorem et fiscum celebrandus veniet.

Pro officio perceptorali priori perceptore valedicente candidati sunt
prior perceptor Felicianus Bellich
Franciscus Fabiancez
Franciscus Hadrovich.

Ex quibos pluralitate votorum ellectus est Franciscus Hadrovich. Sed quia idem potius florenos Hungaricos 12 se daturum approммisisset quam ut idem officium assumeret, ideo pro eodem officio noviter candidati sunt
idem prior perceptor
Franciscus Fabianecz
Michael Sottner et
Matthias Mihalinchich.

Ex quibus potioritate votorum ellectus est Michael Sottner, qui siquidem ad evitandum hoc officium Hungaricos 12 in instanti deposuisset, huic denuo candidati sunt
prior perceptor
Franciscus Fabianecz
Georgius Pool et
Matthias Mihalinchich.

Ex quibus prior perceptor Felicianus Bellich ultro ellectus et confirmatus est.

Appretiatores rerum venalium constituti sunt Paulus Igerchich et Georgius Pooll.

Aedituus ecclesiae santi Marci et capellae sanctae Ursulae dominus Christophorus Baptista ultro confirmatur.

Aedituus capellarum sancti Rochi et sanctae Margarethae Felicianus Bellich valedicens ultro confirmatur.

Aedituus capellae sancti Spiritus Stephanus Dianich confirmatur.

Visitatores caminorum intra quidem muros et moenia civitatis dominus Franciscus Thadaeus Struchich et Georgius Pooll, extra vero civitatem et in suburbiis dominus Emericus Gradechki et Franciscus Vitez noviter ellecti et respective confirmati sunt.

Visitatores fluvii Medvednicza, quod quidem munium esto per aliquod annos cessasset, quia tamen necessarium foret, ideo Nicolaus Prigorecz et dominus Josephus Ponekovich constituuntur, quibus incumbet praejudicia a vicinis jurisdictionibus Capitulari et Episcopali penes dictum fluvium civitati huic imminentia invigilare, eademque ubi observaverint magistratui reflere.

Organista Felicianus Bellich et choristae idem Bellich, Josephus Bellich, filius ejusdem, Stephanus Kukecz et Petrus Szuchich confirmantur.

Campanatores sancti Marci Andreas Purgarich et Martinus Mesnar, et capellae sanctae Margarethae Balthasar Puskarich confirmantur.

Castellanus etiam Thomas Stojanich confirmatur.

Antonius Bedekovich, antelatae civitatis
juratus notarius, m. p.

1750.

Anno Domini 1750. die vero 3tia mensis februarii seu ipso festo div. Blasii episcopi et martyris solito quippe annualis magistratualis restaurationis termino Zagrabiae in domo praetorea senatorea liberae ac regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis existente habitae convenientiejusdem civitatis Comitatuque Zagrabiensi existente habitae convenientibus unaque constitutis dominis Adamo Ballogh judice, Antonio Bedekovich notario, Josepho Hohnebner, Christophoro Baptista, Mathia Strossich, Josepho Behtan, Ladislao Szale, Nicolao Babochai aliter Cheh capitaneo, Francisco Smith, Joanne Koller, Petro Kraiachich et Ladislao Kirali juratis senatoribus et electa communitate dempto domino Benedicto Kraiachich velut ad praesens Zagrabia absente et domino Balthasare Magdalenich isthic quidem Zagrabiae existente sed ex certis rationibus isthuc comparere nequeunte, a tempore vero ultimae magistratualis restaurationis egregio Adamo Pozuinszki et circumspecto Francisco Thobia Hoosz ambobus juratis assessoribus viam universae carnis ingredientibus, praeprimis et ante omnia pro conformitate hactenus observati usus atque consuetudinis praesentia quoque plurium juratorum civitatis hujus civium lectae sunt constitutiones civitatis regia authoritate confirmatae.

Quibus clare et publice perlectis instituta est publicatio fassionum pro impressione majoris sigilli expeditarum, qua occasione

fassioni domini reverendissimi Adami Stephanich, canonici Zagrabiensis, pro domino spectabili Josepho Raffay, vicecomite Comitatus Zagrabiensis, super fundo Stephanichiano celebrate circumspectus Gregorius Lukinich contradixit.

Fassioni vero domini Ignatii Domianich pro domino vicecomite Szaich super portione sua in fundis Domianichianis habita celebratae generosi domini Ladislaus Szale et Lucas Novoszel, fiscus civitatis, contradixerunt.

Fassioni Antonii Benkovich pro Georgio Skalya super horeo celebratae egregii Mathias Strossich, senator, et Franciscus Vitez, juratus assessor, contradixerunt, qui omnes ad istum diem in praesentiam magistratualem evocati sunt rationem contradictionis suae reddituri.

Generosus dein Ladislaus Szale universis actis et factis alterius generosi domini Christophori Baptista qua executoris Pozuinszkiani contradixit eandemque contradixionem suam usque ad conclusionem et determinationem processus inter ipsum dominum executorem et praefatum dominum Ladislaum Szale aliosque creditores et praetendentes Pozuinszkianos actu etiam decurrentis extendit et pro extensa declaravit.

Dominus civitatis judex contradictionem suam anno praeterito fassioni domini parochi Susak oppositam renovavit.

Ac tandem fiscus civitatis dominus quippe Lucas Novoszell tam praemissae Susakianae fassioni, quam et alliis universis sibi et civitati huic praejudiciosis et damnosis fassionibus, venditionibus, involutionibus, inonerationibus et contractibus per quemcunque et sub quibuscunque verborum formis celebratis et confectis contradictionis velamine obviavit palam, publice et manifeste.

Quibus absolutis antequam ad electionem vel confirmationem judicis deveniatur, si quidem post ultimam magistratualem restaurationem duo e gremio juratae comunitatis Adamus quippe Pozuinszki et Franciscus Hoosz ex hac mortali vita ad aeternitatem divina sic disponente providentia translati essent, dominus vero spectabilis Balthasar Magdalenich, Suae Majestatis sacratissimae consiliarius et Tabulae Regni judiciariae praeses tam coram dominis fisco civitatis et Josepho Ponekovich hodierna die ad eundem per amplissimum magistratum exmissis et ad restaurationem praesentem eundem invitantibus, quam et antea coram dominis judice et notario officio suo assessorali valedixisset, hinc more hactenus etiam observato visum fuit magistratui et comunitati primo ternas vacantes assessorales sedes replere eoque facto ad electionem vel confirmationem judicis procedere. Pro quibus proinde vacantibus assessoralibus sedibus candidati sunt:

dominus Josephus Hohnebner
dominus Georgius Dragovanich
dominus Josephus Jellachich
dominus Adamus Szitarek
dominus Ladislaus Lukauszki
dominus Carolus Georgius Levachich
Thomas Sztojanich
Georgius Chunchich
Franciscus Makovecz
Andreas Radich
Mathias Lenhort
Paulus Bogovich
Josephus Bellich
dominus Mathias Plovanich
dominus Stephanus Zarechki
dominus Stephanus Szale
dominus Ferdinandus Szibenegh
Balthasar Szuirchich
Antonius Rainer

Ex quibus potioritate votorum electi sunt dominus Ladislaus Lukauszki, Mathias Lenhort et Thomas Sztojanich qui etiam posteriores duo solitum deposuerunt juramentum. Dominus vero Lukauszki ubi advenerit, idem depositurus est.

Taliter itaque numero electae communitatis repleto ex dominis vero senatoribus per Dei gratiam nemine vita functo neque valedicente, domino vero judice more hactenus observato officio suo valedicente deveniendum erat ad electionem judicis; sed quia occurebat quaestio utrum officium decanatus ultro nec penes officium judicatus relinquendum vel

vero ab eodem separandum et alteri magistratuali personae conferendum sit?. ideo haec etiam quaestio ante confirmationem vel electionem judicis decidenda censebatur, quemadmodum et communibus omnium votis decisa est, ut nimirum idem decanale officium ab officio judicatus separetur et alteri conferatur, cum aliunde ex prodicta conjunctione civitas nullum emolumentum sentiret, hactenus enim existentes judices et simul decani salarium decanale percipiebant. Qua quaestione superata pro officio judicatus candidati sunt omnes domini senatores, utpote:

dominus prior judex Adamus Ballogh
dominus Antonius Bedekovich, notarius
dominus Josephus Hohnebner
dominus Christophorus Baptista
dominus Mathias Strossich
dominus Josephus Behtan
dominus Ladislaus Szale
dominus Nicolaus Cheh aliter Babochai
dominus Franciscus Smith
dominus Joannes Koller
dominus Petrus Krajachich
dominus Ladislaus Kirali.

Ex quibus pluralitate votorum electus est dominus Nicolaus Babochai aliter Cheh, quo facto orationeque de sancto Spiritu gratiarum actore praelegente domino civitatis parocho Georgio Juraich absoluta, ac tandem dato majori civitatis campana signo idem dominus judex per dominos senatores et assessores ad ecclesiam parochialem comitatus proecessit, ubi hymno Te Deum laudamus soleniter decantato memoratus dominus judex super justitiae exacta administratione ad Evangelia Dei solenne deposuit juramentum taliterque diei prasentis restauratio absoluta est.

Die immediate sequenti continuata est magistratualis restauratio.

Et siquidem dominus Ladislaus Lukauszki in consessum magistratualem et electae comunitatis comparuisset, ideo super deponendo ad officium assessorale juramento admonitus idem etiam deposuit.

Dein dominus civitatis notarius officio suo notariali valedicens in eodem ultro communibus omnium votis confirmatus est qui etiam solitum juramentum renovavit.

Cum porro dominus Nicolaus Babochai aliter Cheh ad officium judicis promotus esset, ideo officio capitaneali ultro valedixit, pro quo candidati fuerunt:

dominus Mathias Strossich
dominus Ladislaus Szale
dominus Adamus Ballogh
dominus Franciscus Smith
dominus Petrus Krajachich
dominus Ladislaus Kirali.

Ex quibus communibus fere votis electus est dominus Franciscus Smith qui etiam solitum deposuit juramentum.

Fiscus civitatis dominus Lucas Novoszell officio suo fiscali valedixit pro quo candidati sunt:

prior fiscus
dominus Franciscus Hadrovich
dominus Thadaeus Strossich
dominus Ladislaus Lukauszki.

E quorum numero electus est dominus Ladislaus Lukauszki qui pariter solitum deposuit juramentum.

Ad officium capitaneale promotus dominus Franciscus Smith officio primarii tricesimatoris valedixit, subalternum vero tricesimale officium siquidem per mortem egregii Adami Pozuinszki vacaret, ideo pro iisdem officiis candidati sunt

et quidem pro primario tricesimatore:
dominus Ladislaus Szale
dominus Adamus Ballogh
dominus Joannes Koller
et dominus Ladislaus Kirali
pro secundario vero:
Franciscus Fabianecz
Felicianus Belich
Michael Sotner
et Thadaeus Struchich.

Ex quibus pro primario quidem tricesimatore dominus Ladislaus Kirali, pro secundario vero Felicianus Bellich electi et denominati sunt.

Cum autem officium decanale ab officio judicatus modo praevio divisum et sejunctum sit adeoque alteri magistratuali personae conferendum veniat, spanus vero officio suo valedixisset. Hinc pro eodem decanali officio candidati sunt:
dominus Christophorus Baptista
dominus Ladislaus Szale
dominus Adamus Ballogh
et dominus Petrus Krajachich.

Ex quibus pro decano quidem electus est dominus Ladislaus Szale, prior vero spanus Joannes Mikulich ultro confirmatur.

Inspector braxae dominus Christophorus Baptista ultro confirmatur.

Praefectus pariter xenodochii dominus Josephus Behtan et ejusdem subalternus Joannes Barle confirmantur.

Telonio anno praeterito exarendato et super ejusmodi arenda contractu cum Paulo Igerchich celebrato ac ad triennium extenso existente idem contractus in suo vigore relinquitur.

Officio perceptorali Felicianus Belich valedixit, pro quo candidati fuerunt:
prior perceptor
Franciscus Fabianecz
et Mathias Lenhort.

Ex quibus pluralitate votorum electus est Franciscus Fabianecz, ita tamen ut latino idiomate confectas rationes dare obligetur.

Appretiatores rerum venalium Paulus Igerchich et Georgius Pool confirmantur.

Aedituus parochialis ecclesiae et capellae s. Ursulae confirmatur, cui pro subalterno in locum defuncti Francisci Thobiae Hoosz Mathias Lenhort adjunctus est.

Aeditui capellarum sanctae quidem Margarethae et sancti Rochi Felicianus Bellich, sancti vero Spiritus Stephanus Dianich ultronee confirmantur.

Visitatores caminorum intra quidem muros et moenia civitatis Georgius Pool et Thomas Sztojanich, extra vero civitatem Franciscus Vitesz et Mathias Lenhort ultro confirmati et respective noviter electi sunt.

Visitatores fluvii Medvednicza et observatores praejudiciorum circa eundem fluvium peculio huic regio imminentium Nicolaus Prigorecz et Josephus Ponekovich pariformiter confirmantur.

Organista et coristae confirmantur excepto domino Stephano Kukecz qui siquidem sacros ordines suscepisset chorum frequentare non posset, in locum cujus dum alter idoneus semet insinuaverit, etiam suscipietur et salarium eidem resolvetur.

Campanatores etiam ecclesiae quidem parochialis Andreas Purgarich et Martinus Mesnar, capellae vero s. Margarethae Balthasar Puskarich confirmatur.

Et quia prior castellanus Thomas Sztojanich ad officium assessorale promotus haberetur, ideo in locum ejus pro castellano constitutus est Paulus Bogovich.

Antonius Bedekovich,
civitatis juratus notarius m. p.

1751.

Anno Domini 1751. die vero 3tia mensis februarii seu ipso festo divi Blasii episcopi et martyris solite quippe magistratualis restaurationis die Zagrabiae in domo praetorea omnino intra muros et moenia liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis Comitatuque Zagrabiensi existente habitae convenientibus domino judice et magistratu, dempto Petro olim Krajachich civitatis hujus senatore medio tempore vita functo, nec non electa jurata comunitate praefatae civitatis exceptis dominis Luca Novoszel et Benedicto Krajachich veluti ad praesens Zagrabia absentibus nec non circumspectis Stephano Dianich et Georgio Pool lecto affixis, pro conformitate hactenus observatae consuetudinis prae primis et ante omnia constitutiones regia authoritate confirmatae in praesentia plurium quoque civium pro directione omnium lectae et publicatae fuerunt.

Quibus perlectis deventum est ad publicationem fassionum pro majoris civitatis sigilli impressione expeditarum, qua occasione.

fassioni per Michaelem Asperger pro Joanne Asperger et Lucia Pandachka, consorte ejusdem, super particula fundi celebratae civitatis fiscus contradixit.

Adversus vero fassionem domini Ernesti Volgemuth et consortis ejusdem pro domino Stephano Szale emanatae (!) circumspectus Antonius Rainer scriptam misit contradictionem.

Fassioni Osualdi Detoni pro Anna Maria prius Horvathiana, nunc Vodopijechiana consorte celebratae ex parte domini vicecomitis Sigismundi Bussich et domini judicis nobilium Josephi Zaverski egregius Emericus Koross contradictionis velamine obviavit.

Fassioni Michaelis Asperger pro Michaele Maurachich et Anna Valentekovich, consorte ejusdem, super domo factae Joannes Asperger contradixit.

Item fassioni per consortem executoris justitiae pro Georgio Kitonich aliter Szitar super fundo factae et hactenus sub minori sigillo emanatae dominus Mathias Strossich contradixit.

Dominus vero Adamus Ballogh contradictionem suam anno praeterito fassioni Susakianae oppositam renovavit.

Ac tandem fiscus civitatis generosus Ladislaus Lukauszki renovatis contradictionibus suis annis superioribus factis universis fassionibus, contractibus bonorumque civilium involutionibus per quemcunque quandocunque et sub quibuscunque verborum formis factis et celebratis contradictionibus velamine obviavit.

Franciscus praeterea Maliak fassioni Stepanichianae anno superiori pro domino vicecomite Raffai emanatae in conformitate hactenus factae suae contradictionis denuo contradixit prioremque suam contradictionem renovavit.

Absoluta itaque fassionum publicatione et sigillatione cum a tempore ultimae restaurationis in gremio electae communitatis per Dei omnipotentis gratiam nulla vacantia sit enata, sedes una senatoralis per mortem generosi olim Petri Krajachich vacans supplenda erat, pro eodem itaque vacante officio senatorali more hactenus observato candidati fuerunt omnes assessores, adeoque Franciscus etiam Fabianecz cui nempe domini civitatis judex et notarius injuriam ipsis illatam et transactionaliter consopitam pepercissent et condonassent, eaque condonatione interveniente magistratus quoque et communitas eidem Francisco Fabianecz pro officiis senatoriali et fiscali candidationis beneficium in conformitate decreti sui eidem extradati admisisset et indulsisset.

dominus Ladislaus Lukauszki, fiscus
Paulus Igerchich
Petrus Rudich
Michael Thomaszovich
Nicolaus Prigorecz
Mathias Mihalinchich
Franciscus Vitez
Joannes Warle
Paulus Szmolko
Franciscus Fabianecz
dominus Benedictus Krajachich
dominus Lucas Novoszel
Stephanus Dianich
Joannes Mikulich
Thomas Vuzdar
Michael Sotner
Felicianus Belich

dominus Franciscus Hadrovich
dominus Josephus Ponekovich
dominus Thadaeus Struchich
dominus Emericus Gradechki
Mathias Lenhort
Thomas Stojanich
et Georgius Pool.

Ex quibus potioritate votorum electus est dominus Ladislaus Lukauszki qui etiam consuetum deposuit juramentum sedemque senatoralem caepit.

Qua domini fisci promotione subsecuta cum una sedes assessoralis vacaret, ideo pro eodem vacante assessorali officio candidati fuerunt:

dominus Josephus Hohnebner
dominus Georgius Dragovanich
dominus Josephus Jellachich
dominus Adamus Szitarek
dominus Carolus Georgius Levachich
Georgius Chunchich
Franciscus Makovecz
Andres Radich
Paulus Bogovich
Josephus Beilich
dominus Mathias Plovanich
dominus Stephanus Zareczki
dominus Stephanus Szale
dominus Ferdinandus Szibeneg
Antonius Rainer
dominus Samuel Orlek
dominus Stephanus Cheh
Joannes Gasparinchich
dominus Paulus Kalloczi
dominus David Kuril
Josephus Maczan
Josephus Valenczi.

Ex quibus pluralitate votorum electus est dominus Carolus Georgius Levachich qui etiam consuetum deposuit juramentum.

Taliter itaque sedibus et numero magistratuali et electae communitatis repleto dominoque civitatis judice Nicolao utpote Babochai aliter Cheh officio judicatus valedicente idem dominus judex ultronee comunibus omnium votis confirmatus est, qui etiam in ecclesia parochiali sancto Marco dicata ad Evangelium Dei solenne deposuit juramentum.

Die immediate sequente occasione videlicet continuationis magistratualis restaurationis dominus civitatis notarius eidem notariali officio suo, vel ex eo etiam quod medio tempore ex clementissima Suae Majestatis sacratissimae resolutione officium notariale inclytae Tabulae judiciariae Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Solavoniae adeptus sit, valedixit qui tamen ultronee comunibus omnium votis confirmatus est et juramentum notariale deposuit.

Dominus civitatis capitaneus officio suo valedicens ultro confirmatur.

Et quidem officium fiscale per promotionem prioris fisci domini Ladislai Lukauszki vacaret, ideo pro eodem candidati sunt:

dominus Franciscus Hadrovich
dominus Josephus Ponekovich
dominus Thadaeus Struchich
dominus Carolus Georgius Levachich
Franciscus Fabianecz
et Paulus Igerchich.

Ex quibus pluralitate votorum electus est dominus Carolus Georgius Levachich qui deposito solito juramento sedem ordinariam caepit.

Priores tricesimatores valedicentes ultro confirmati sunt.

Decanus etiam dominus Ladislaus Szale cum spano Joanne Mikulich valedixerunt, pro quibus officiis candidati sunt

et quidem pro decano:
prior decanus
dominus Nicolaus Babochai aliter Cheh
dominus Christophorus Baptista
dominus Adamus Ballogh
dominus Mathias Strossich

pro spano vero:
prior spanus
Nicolaus Prigorecz
Franciscus Fabianecz
et Stephanus Dianich.

Ex quibus prior decanus et prior spanus confirmati sunt.

Sed quia dominus judex in eo officio suo praejudicari exposuisset, quod dominus decanus causas et differentias inter subditos civitatis vigentes decideret et judicaret, dominus vero decanus id officio suo competere allegaret, ideo pro superanda hac quaestione votizandum censebatur:

vota pro judicatu domini judicis
domini decani

Qua votizatione subsecuta potioritate votorum conclusum est ut universas causas et differentias inter subditos civitatis vigentes dominus judex revidere et decidere possit, salva parti ejus judicio non contentae ad magistratum provocatione. Cum porro decani hactenus duas portiones lignorum, foeni et straminis more quodam abusivo traxissent et percepissent, ideo communibus votis conclusum est, ut abhinc decanus ex ejusmodi rebus dividendis nihil plus habeat quam alii domini senatores.

Inspector braxae dominus Christophorus Baptista ultro confirmatur.

Sed quia necessarium fore censebatur et subalternus ejusdem braxae inspector primario pro adjutorio, futuro eidemque de perceptis et errogatis rationes daturo constituatur, ideo pro eodem subalterno inspectore candidati sunt:

dominus Josephus Ponekovich
dominus Franciscus Hadrovich
dominus Tadaeus Struchich
Emericus Gradechki

Franciscus Fabianecz
Michael Sotner.

Ex quibus pluralitate votorum electus est Michael Sotner qui etiam solitum deposuit juramentum, eidemque annuum salarium in florenis 15 resolutum et applacidatum est.

Praefecto xenodochii domino Josepho Behtan et ejusdem subalterno iisdem officiis suis valedicentibus subalternus quidem Joannes Barle ultro confirmatur. Pro praefecto vero candidati sunt:

prior praefectus
dominus Mathias Strossich
dominus Joannes Koller
et dominus Ladislaus Lukauszki.

Ex quibus pluralitate votorum electus est dominus Joannes Koller.

Telonium ad triennium exarendatum ultro sub eadem arenda anno futuro expiratura in conformitate contractus relinquitur.

Franciscus Fabianecz officio perceptorali valedixit, pro quo officio candidati sunt:

prior perceptor
dominus Emericus Gradechki
Mathias Lenhort.

Ex quibus pluralitate quidem votorum electus erat dominus Emericus Gradechki, sed quia idem semet hoc officium perceptorale assumere non posse, ex eo declarasset quia in Confiniis Regni officium laidinanti assumpsisset, eapropter propositum est ipsi quod birsagium quod per eum propter non acceptationem praemissi officii in Hungaricis 12 deponi deberet ea cum conditione relaxabitur, si futuro anno officio assessorali (idque pro casu quo ultronee officium militare gereret) valedicere voluerit, imo nunc pro tunc valedixerit, quam conditionem idem dominus Gradechki acceptando officio assessorali, si futuro anno et restauratione in officio militari constitutus fuerit, nunc pro tunc valedixit ac per consequens, ut magistratus et communitas pro casu praemisso alium loco ipsius assessorem eligere possit, admisit et consensit.

Qua conditione per eum acceptata, cum prior perceptor in votis mox eum sequebatur, ideo in officio perceptorali ultro confirmatur.

Appretiatores rerum venalium Paulus Igerchich confirmatur, loco vero Georgii Pool Petrus Rudich communibus votis constituitur.

Aedituus ecclesiae parochialis et capellae sanctae Ursulae cum suo subalterno Mathia Lenhort confirmatur.

Aedituus capallarum sanctae Margarethae et sancti Rochi confirmatur, sancti vero Spiritus aedituus dominus Franciscus Hadrovich constitutus est.

Visitatores caminorum intra quidem muros Joannes Barle et Thomas Sztojanich extra vero muros Franciscus Vitesz et Mathias Lenhort ultro confirmati et respective noviter constitutus est.

Visitatores fluvii dominus Josephus Ponekovich et Nicolaus Prigorecz confirmantur.

Campanatores parochialis ecclesiae Martinus Messnar et Georgius Delach in locum defuncti Andreae Purgarich hactenus substitutus, quem-

admodum etiam capellae sanctae Margarethae Balthasar Puskarich confirmantur.

Pro tympanista Franciscus Belich cum salario florenorum 10 resolutus est.

Prior castellanus Paulus Bogovich ultro etiam confirmatur.

Antonius Bedekovich, praefatae civitatis juratus notarius m. p.

1752.

Anno Domini 1752. die vero 3tia mensis februari divo Blasio episcopo et martyri dicata solito quippe annualis magistratualis restaurationis tempore Zagrabiae in domo praetorea senatorea liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis Comitatuque nominis ejusdem existente convenientibus unaque constitutis domino judice, amplissimo magistratu ac electa jurata communitate praefatae civitatis, demptis dominis Benedicto Krajachich, Thadeo Sztruchich et Georgio Pool velut ad praesens Zagrabia absentibus, Nicolao vero Prigorecz medio tempore universae viam carnis ingrediente, praesens restauratio juxta antiquam hactenus observatam consuetudinem a perlectione constitutionum civitatis hujus regia authoritate confirmatarum exordium suum sumpsit.

Quibus in praesentia quoque complurium civium perlectis deventum est ad publicationem fassionum pro impressione majoris civitatis sigilli appromptatarum.

Qua occasione fassioni domini Christophori Baptistae qua Congregationis sacratissimi Rosarii seu B. V. M. rectoris super tribus jugeribus terrae pro Matthia Szekula suisque fratribus celebratae Georgius Fabianecz, civis et pellio, contradictionis vellamine obviavit.

Fiscus deinde civitatis dominus Carolus Georgius Levachich universis fassionibus, contractibus, involutionibus, inonerationibus, abalienationibus et testamentis sibi praejudiciosis per quemcunque quicunque et sub quibuscunque verborum formis factis et celebratis contradixit palam et publice.

Quibus perfectis antequam ad restaurandorum restaurationem deventum fuisset benignissimum Suae Majestatis sacratissimae de dato Viennae Austriae die 3tia mensis januarii anno labente in negotio restaurationis hujus emanatum mandatum ac gratiosum excelsae Regiae Hungaricae aulicae Camerae de dato Posonii die 7ma januarii anni volventis pariter in ordine ad restaurationem hancce emanatum rescriptum lecta et interpretata sunt. Iisque perlectis interpraetatis ac in eo ut eidem benigno mandato et gratioso camerali rescripto omnes se accomodent seria facta adhortatione, praevieque lumine Spiritus sancti invocato prae primis et ante omnia sedes una assessoralis per mortem Nicolai olim Prigorecz vacans replenda erat, deinde quia Georgius Pool nec anno praeterito nec actu etiam ad actum restaurationis comparuisset, sed neque absentiam suam literatorie ad minus excusasset, ideo vigore statutorum hujus civitatis idem Georgius Poll officio assessorali privatur; cum porro Paulus Szmolko per decursum ferre totius anni

isthic non resideret possessioneque sua hicce habita semet exuisset, ideo occurrit quaestio an idem ultronee in gremio juratae communitatis relinquendus esset vel vero assessorali officio privari deberet; ad quod superandum ad vota processum est, potioritate quorum decisum est, ut idem quoque dicto officio privetur. Unde loco eorundem Szmolko et Pool alii assessores constituendi decernuntur, pro iisdem itaque tribus assessoralibus vacantiis candidati fuerunt:

dominus Josephus Hohnebner
dominus Georgius Dragovanich
dominus Josephus Jellachich
dominus Adamus Szitarek
Georgius Chunchich
Franciscus Makovecz
Andreas Radich
Paulus Bogovich
Josephus Bellich
dominus Matthias Plovanich
dominus Stephanus Zareczki
dominus Stephanus Szale
dominus Ferdinandus Sibeneg
dominus Samuel Orlek
dominus Stephanus Cheh
Joannes Gasparinchich
dominus Paulus Kalloczy
dominus David Kurill
Josephus Maczan
Josephus Valenczy
dominus Josephus Spoliarich
dominus Franciscus Xaverius Sztanich

Ex quibus potioritate votorum electi sunt domini Stephanus Babochai aliter Cheh, Josephus Hohnebner et Adamus Szitarek; dominique Cheh et Szitarek solitum assessorale deposuerunt juramentum, dominus vero Hohnebner ubi advenerit idem deponere obligabitur.

Post haec dominus civitatis judex Nicolaus Babochai aliter Cheh officio judicatus valedixit, in quo ultronee communibus omnium votis confirmatus est atque per dominos senatores et assessorales ad parochialem s. Marci ecclesiam comitatus ibidem ad Evangeliam Dei solenne deposuit juramentum.

Sequenti vero immediate die 4ta videlicet februarii occasione continuationis magistratualis restaurationis dominus Antonius Bedekovich de Komor officio tam notariali quam senatorali valedixit; pro senatorali itaque candidati sunt omnes domini assessores utpote

dominus Carolus Georgius Levachich
dominus Paulus Igerchich
Petrus Rudich
Michael Tomaszovich
Matthias Mihalinchich
Franciscus Vitez
Joannes Barle
Franciscus Fabianecz

dominus Benedictus Krajachich
dominus Lucas Novoszel
Stephanus Dianich
Joannes Mikulich
Thomas Vuzdar
Michael Sotner
Felicianus Bellich
dominus Franciscus Hadrovich
dominus Josephus Punekovich
dominus Thadeus Sztruchich
dominus Emericus Gradechki
Matthias Lenhord
Thomas Sztojanich
dominus Stephanus Cheh
dominus Josephus Hohnebner
dominus Adamus Szitarek.

Ex quibus potioritate votorum electus est dominus Paulus Igerchich qui etiam consuetum deposuit juramentum.

Et quia per promotionem ejus una sedes assessoralis, alia vero per resignationem domini Lucae Novoszel, Comitatus Posegiensis vicecomitis, vacaret, ideo pro binis his vacantiis candidati sunt:

dominus Georgius Dragovanich
dominus Josephus Jellachich
Georgius Chunchich
Franciscus Makovecz
Andreas Radich
Paulus Bogovich
Josephus Bellich
dominus Matthias Plovanich
dominus Stephanus Zareczki
dominus Stephanus Szale
Ferdinandus Sibenegh
Samuel Orlek
Joannes Gasparinchich
dominus Paulus Kalloczy
dominus David Kurill
Josephus Maczan
Josephus Valenczy
Josephus Spolyarich
dominus Xaverius Sztanich.

Ex quibus pluralitate votorum electi sunt Joannes Gasparinchich et dominus Xaverius Sztanich; et Gasparinchich quidem solitum deposuit juramentum, Sztanich vero ubi advenerit; quod[1] in adventu suo deposuit.[2]

[1,2] Alia manu inscriptum.

Taliter itaque repletis sedibus tam senatoralibus quam et juratae communitatis deventum est ad electionem notarii pro quo officio candidati fuerunt:

dominus Ladislaus Szale
dominus Adamus Ballogh
dominus Ladislaus Kirali
et dominus Ladislaus Lukauszki.

Ex quibus potissimis votis electus est suprascriptus Ladislaus Szale qui solitum etiam juramentum deposuit.

Post haec dominus civitatis capitaneus Franciscus Schmitt officio capitaneatus valedixit, sed mox communibus votis acclamatus confirmatus fuit.

Mox praefatae civitatis fiscus seu prior fiscalis Carolus Georgius Levachich officio fiscali valedixit, qui publica declaratione omnium confirmatus fuit et juramentum deposuit.

Sequebatur demum valedicens anni praeteriti tricesimator dominus Ladislaus Kirali et ejusdem subalternus Felicianus Bellich, ex quibus praefatus dominus Kirali confirmatus est.

Pro subalterno vero candidantur:

idem Felicianus Bellich
Franciscus Fabianecz
Michael Sottner.

Ex quibus pluralitate votorum idem Bellich confirmatus habetur et ambo juramentum deposuerunt.

Tandem neoelectus notarius anni praeteriti officium decanatus resignavit, in cujus locum candidati fuerunt:

dominus Christophorus Baptista
dominus Matthias Strossich
dominus Adamus Ballogh
dominus Joannes Koller.

Spano quoque Joanne Mikulich valedicente candidantes pro eodem officio:

idem Joannes Mikulich
Franciscus Fabianecz
Stephanus Dianich
Joannes Gasparinchich.

Ex praefatis potioribus votis in decanum dominus Adamus Ballogh electus est, prior autem spanus Joannes Mikulich confirmatur; et tam neoelectus decanus quam et confirmatus spanus juramentum deposuerunt.

Sequebatur deinde officium braxae inspectoratus tam senioris quam junioris anno praeterito confirmatus et institutus; qua officia an adhuc perseverare et manere ac per consequens conferri vel confirmari debeant, aut vero immutari vel alteri novo camerariatus officio adjungi sermonibus considentium diversificantibus ad votizationem descensum fuit et ideo: an sit relinquenda in statu vel non ?, pluralitate votorum ut praemissa officia cessent et amplius non sint, conclusum extitit.

Expost anni praeteriti xenodochii hujus civitatis praefecti dominus Joannes Koller et Joannes Varle ut primum valedixerunt acclamatione confirmati sunt.

Anni praeteriti civitatis hujus perceptor Franciscus Fabianecz valedixit, et quia secundum clementissimum rescriptum regium officium camerariatus instituendum veniret, ideo pro eodem candidabantur:

Franciscus Fabianecz
Josephus Punekovich
Franciscus Hadrovich
Emericus Gradechki
Adamus Szitarek
Xaverius Sztanich
Matthias Lenhord.

Ex praemissis potioritate votorum electus et constitutus est Franciscus Fabianecz qui ad deponendum juramentum secundum concinandam formulam hoc facto obligatur.

Pro perceptore demum candidati fuerunt:

Michael Sottner
Emericus Gradechki
Xaverius Sztanich
Matthias Lenhord
Franciscus Hadrovich.

Et votorum pluralitate electus est praefatus Franciscus Hadrovich qui etiam juramentum comunibus votis concinandum deponet.

Appretiatores rerum venalium constituti sunt Petrus Rudich et Stephanus Dianich.

Aeditui ecclesiae s. Marci et capellae s. Ursulae senior dominus Christophorus Baptista et junior Matthias Lenhord confirmati sunt.

Ita et aeditui s. Margarethae, s. Rochi et capellae Patientis Christi Felicianus Bellich et s. Spiritus Franciscus Hadrovich confirmantur.

Visitatores caminorum hujus anni juniores assessores Josephus Hohnebner, Adamus Szitarek in civitate interiori, in suburbio Xaverius Sztanich et Joannes Gasparinchich constituti sunt.

Visitatores fluvii Josepho Ponekovich confirmato et Emerico Gradechki electo constituti sunt.

Organista, tres choralistae, fulista depraecantes, quod in ordinato salario tanquam pro eorum intertentione insufficiente servire nequeant, usque ulteriorem clementissimam resolutionem servitium obibunt.

Campanatores ecclesiae s. Marci Georgius Delach et Martinus Me sniar cum superiori declaratione servient, et sanctae Margarethae campanator Balthasar Puskarich confirmatus est.

De timpanista providebitur valedictione Francisci Belich acceptata.

Pro castellano candidantur:

Paulus Bogovich
Matthias Spulko
Josephus Bellich

Et potioritate electus est Matthias Spulko qui et juramentum deposuit.

die[1] 5ta februarii[2]

[1,2] Alia manu inscriptum.

Telonium civitatis praeterito triennio arendali jam expirante licitationi expositum fuit, et de numero considentis tam magistratus quam et electae communitatis plurimum promisit Joannes Mikulich florenos utpote 401 annue civitati solvendos ita tamen ut haec arenda duret per triennium, super quo idem promittens cum assumendo socio arendaficium fisco celebrabit contractum.

In numerum civium recepti:

Petrus Ptichek cum taxa florenorum 15
Joannes Asperger cum taxa florenorum 15
Joannes Christianus Hainrich, chyrothecarius, cum taxa florenorum 15
Balthasar Bellich, filius civis, more solito sine taxa.

Ad propositionem domini civitatis judicis in eo utrum ipse domi judicans minores causas ab exraneis duntaxat fatigii et incomoditatis suae aliquam recompensam habere et exigere possit, ad ejusmodi propositionem publicis cum comunitate unanimibus votis conclusum est, ut omnino ab extraneis accusatoribus semper et a singulo pro suo labore et in judicando fatigio grossos quinque habeat et percipiat, ita tamen ut convincendus in continenti si nempe in quo incusabitur reus compertus judicabitur ejusmodi expensas reparare, excusione etiam mediante adstringatur.

Statutum etiam est publice ut coloni alieni nullo modo civilia tenuta emere possint aut admittantur, hujus vero civitatis subditi ejusmodi tenuta empturi non aliasque aquirere quam ad sexum tantum masculum extensive valeant, neque fassio secus pro his quoque fieri possit et admittatur.

Ladislaus Szale, praefatae
civitatis juratus notarius m. p.

1753.

Anno Domini 1753. die vero 3tia mensis februarii divo Blasio episcopo et martyri sacra solito quippe in hac libera et regia civitate Montis Graecensis Zagrabiensis restauratorio tempore et termino recurrente et in ejusdem praelibatae civitatis Comitatui Zagrabiensi inclusae domum praetoream senatoream domino judice, senatoribus et jurata communitate convenientibus, decedentibus hactenus e vivis egregiis Josepho Hohneber, Christophoro Baptista et Josepho Behtan senatoribus, praesens restauratio juxta antiquam laudatam consuetudinem a perlectione statutorum regia authoritate confirmatorum coepit exordium.

Quibus in concursu civium etiam perlectis deventum est ad fassionum publicationem pro sigilli majoris impressione appromptatarum, in quem finem quatuor domini senatores claves a privilegiis et sigillo majori habentes cum fisco civitatis ac nonnullis ex jurata communitate tantisper ad conservam in parochialis hujus civitatis ecclesia s. Marci sacristia habitam abiverunt et his post spatium modicum redeuntibus ac ex dicta conserva sigillum majus adferentibus occasione itaque fassionum publicationis dominus Josephus Hohneber, postae Zagrabiensis

magister, fassioni illustrissimae sororis suae Julianae baronissae Kulmarianae pro domicella sorore sua Clara Hohneber intuitu portionis materno paternae cessionis, si et in quantum juribus ejusdem praejudicaret, contradixit.

Dominus Benedictus Krajachich qua amicus ex parte dominae Maximilianae Grudnik jure vicinitatis gaudentis fassioni domini Antonii Bedekovich pro domino Joanne Peharnik super domo celebratae contradixit.

Joannes Torecz aliter Gasparinchich fassioni Mattakovichianae pro illustrissimo domino barone Stephano Patachich contradixit.

Fiscus deinde civitatis egregius Carolus Georgius Levachich universis fassionibus, contractibus, involutionibus, inonerationibus, abalienationibus, testamentis sibi qualitercunque praejudiciosis per quoscunque et sub quibuslibet verborum formis factis et celebratis contradixit palam, publice et manifeste.

Quibus modo praevio peractis clementissimum Suae Majestatis sacratissimae sub dato 16. januarii 1753. super concredita hac etiam vice restauratione et aliud excelsae Camerae Aulico Hungaricae Posoniensis praelibati clementissimi mandati executionem punctualem committens gratiosissimum rescriptum publice perlectum et interpretatum fuit utrumque et siquidem altefatum mandatum plura a regia authoritate firmatis hujus civitatis statutis et observationibus diversificantia committeret, ideo publice votisatum fuit, an inhaerendum mandato cum trium pro senatu ex communitate candidatione vel vero penes constitutiones procedendum.

Ut juxta constitutiones procedatur votisarunt:
dominus Xaverius Sztanich
et Joannes Gasparinchich
Adamus Sitarek juxta mandatum
Josephus Hohneber pariter uti praecedens
dominus Stephanus Cheh pariter
Thomas Sztojanich aeque
Matthias Lenhord aeque
dominus Emericus Gradechki aeque
dominus Thadaeus Sztrossich aeque
Josephus Ponekovich aeque
dominus Franciscus Hadrovich pariter
Felicianus Belich aeque
Michael Sottner aeque
Benedictus Krajachich itidem
Thomas Vuzdar
Joannes Mikulich
Stephanus Dianich
Joannes Barle
Franciscus Vitez
Matthias Mihalinchich
Michael Thomaszovich
Petrus Rudich
Franciscus Fabianecz
dominus fiscus Carolus Levachich

ex senatu:
Paulus Igerchich
Ladislaus Lukauszki
Ladislaus Kiraly
Joannes Koller
Franciscus Schmitth
Adamus Ballogh
Matthias Sztrossich

Dominus judex et sic exceptis primis duobus omnes aequanimiter in merito praemisso mandati dispositioni inhaerent.

Tandem invocato praevie Spiritu sancto per praeinsinuatam trium senatorum mortem ad restaurandas tres senatorales sedes processum fuit; adeoque in candidandis juxta praelibatum mandatum tribus pro quovis eligendo senatore subjectis in secreto conclavi per magistratum candidati fuerant:

fiscus Carolus Georgius Levachich
Franciscus Fabianecz
Franciscus Hadrovich

Ex quibus votis quatuordecim qua pluribus dominus Carolus Georgius Levachich electus est.

Pro secundo candidabantur:

Franciscus Fabianecz
Franciscus Hadrovich
Stephanus Cheh
Ex quibus votis quindecim electus fuit Franciscus Hadrovich.
Pro tertio candidabantur:
Franciscus Fabianecz
Stephanus Cheh
Benedictus Krajachich

Ex his votis duodecim tanquam pluribus Franciscus Fabianecz electus extitit.

Qui omnes tres neo electi senatores consuetum deposuerunt juramentum.

Et siquidem per horum promotionem tres itidem assessorales sedes vacarent, pro quibus candidabantur:

Georgius Chunchich
Paulus Bogovich
Josephus Belich
Matthias Plovanich
Stephanus Zareczki
Stephanus Szale
Ferdinandus Zibenik
Josephus Maczan
Josephus Valenczi
Josephus Spolarich
Joannes Skerlecz
Michael Brezovachki
Georgius Skalia

Petrus Guzanich
Joannes Gerschich
Stephanus Gerbavecz

Ex quibus pluralitate votorum Josephus quidem Maczan viginti uno, Josephus Belich votis viginti et Stephanus Zareczki votis novemdecim electi habentur.

Post haec dominus civitatis judex Nicolaus Cheh aliter Babochai officio judicatus valedixit.

Pro quo officio candidabantur:
dominus idem Nicolaus Cheh aliter Babochai
dominus Franciscus Schmitth
dominus Adamus Ballogh

Ex quibus votis viginti septem idem dominus Cheh aliter Babochai confirmatus fuit et hoc facto ad ecclesiam parochialem s. Marci sub campanae majoris pulsu processum fuit ad deponendum ibidem per confirmatum dominum judicem more solito juramentum.

Ladislaus Szale, juratus praefatae
civitatis notarius m. p.

Sequenti immediate 4ta utpote mensis et anni praeattacti die occasione continuationis magistratualis restaurationis suprascriptus Ladislaus Szale officium notariale more solito resignavit, pro quali munere candidati fuere:
idem Ladislaus Szale
Ladislaus Lukauszki
Carolus Georgius Levachich.

Ex quibus votis viginti sex idem prior notarius Ladislaus Szale reelectus et confirmatus solitum juramentum deposuit.

Post haec dominus civitatis capitaneus Franciscus Schmitth officio capitaneatus valedixit, pro quo candidabantur:
idem Franciscus Schmitth
Ladislaus Kiraly
Carolus Georgius Levachich.

Ex quibus omnium unanimibus votis confirmatus idem Franciscus Schmitth, qui etiam juramentum solitum deposuit, cujus officii onere, expensas quoque notabiles salarium senatorale et ultra absumentes secum ferente sive de expensis avertendis sive de competentia salarii Suae Majstatis sacratissimae supplicandum judicabatur.

Deinde anni praecedentis fiscalis dominus Carolus Georgius Levachich qua ad senatum promotus officium fiscale resignavit.

In locum cujus candidati fuere:
Stephanus Cheh aliter Babochai
Thadaeus Sztruchich
Benedictus Krajachich.

Ex quibus votis viginti quatuor electus fuit praefatus Stephanus Cheh aliter Babochai qui etiam consuetum deposuit juramentum.

Deinde tricesimatores dominus Ladislaus Kiraly et Felicianus Belich valedixerunt, quo facto candidati fuere:

ex senatu
dominus Ladislaus Kiraly
dominus Joannes Koller
dominus Franciscus Hadrovich
ex communitate:
Felicianus Belich
Thadaeus Sztruchich
Stephanus Zareczki

Ex quibus pro primario Joannes Koller votis duodecim qua pluribus, pro juniore Felicianus Belich votis octodecim electi fuere juramentum more solito deposituri.

Postea dominus Adamus Ballogh aegre decumbens medio dominorum capitanei Francisci Schmitth et Ladislai Kirali officium decanatus seu magistri civium, spanus vero personaliter Joannes Mikulich servitium suum ambe adeoque resignarunt, in quorum loca candidantur

pro decanatu:
dominus Adamus Ballogh
dominus Carolus Georgius Levachich
dominus Franciscus Hadrovich

pro spanatu:
Joannes Mikulich
Stephanus Dianich
Thomas Sztojanich

Ex quibus pro decano seu magistro civium Franciscus Hadrovich votis sedecim, pro spano suprascriptus Joannes Mikulich electi habentur et juramenta more solito deponent.

Mox demum Joannes Koller primariam xenodochii praefecturam et subalternatum Joannes Warle resignarunt, in quorum locum Sua Majestate sacratissima hoc officium ad communitatem transferri mandante, adeque donec humillima informatione promittenda a Sua Majestate dispositio expectabitur, eo translato candidabantur pro primario:
Josephus Maczan
Matthias Lenhord
Stephanus Zareczki

pro secundario:
Joannes Warle
Michael Sottner
Stephanus Dianich

De quorum numero pro primario votis decem Matthias Lenhord, pro juniore seu secundario Stephanus Dianich electi juramentum more consueto deponent; ac de reliquo ulterior restaurandorum restauratio crastino die hora octava matutina reassumetur.

Ladislaus Szale, praefatae civitatis
juratus notarius, per quem correctum.

Qua die 5. februarii anni praeinserti advenientibus et in domum praetoream senatoream congregatis quibus supra absente ex senatu ob infirmitatem actualem domino Adamo Ballogh, ex assessoribus Matthia Mihalinchich

Promotus ad senatum Franciscus Fabianecz officium hujus civitatis camerariatus resignavit, in locum cujus candidantur ex communitate:

Josephus Maczan
Adamus Sitarek
Stephanus Zareczki.

Ex quibus votis novemdecim Adamus Sitarek, gener domini Joannis Koller (pro quo idem dominus Koller in hoc publico congressu palam et publice proprio eloquio omnem cautionem assumpsit) electus fuit, qui cum aliis in ecclesia deponet juramentum.

Dominus Franciscus Hadrovich aeque ad senatum evectus officium perceptoratus resignavit, pro quo officio candidati fuere:

Josephus Belich
Josephus Maczan
Stephanus Zareczki

De quorum numero votis viginti constitutus est Josephus Belich.

Appretiatores rerum venalium anni praeteriti Petrus Rudich et Stephanus Dianich valedixerunt, in quorum locum candidantur:

Josephus Maczan
Joannes Gasparinchich
Thomas Sztojanich
Stephanus Zareczki
Petrus Rudich
Michael Sottner.

Ex quibus pro primo Josephus Maczan votis viginti duobus, pro secundo Thomas Sztojanich votis quatuordecim electi habentur.

Aedituorum ecclesiae s. Marci et s. Ursulae substitutorio modo administrans dominus Adamus Ballogh medio hesternorum dominorum exmissorum cum decanatu uti et Matthias Lenhord resignarunt.

In locum cujus pro tenore benignissimi praeinsinuati mandati regii ex jurata communitate candidantur in locum cujuslibet tres, adeoque infraserti sex:

Josephus Ponekovich
Stephanus Zareczki
Michael Sottner
Joannes Gasparinchich
Benedictus Krajachich
Josephus Hohneber.

Ex quibus pro seniore aedituo votis novemdecim Josephus Ponekovich, pro juniore Michael Sottner votis septendecim electi sunt.

Aedituus s. Margaretae et Patientis Christi Felicianus Belich resignavit hoc officium, in locum cujus candidati fuere:

Emericus Gradechki
Stephanus Zareczki
Joannes Gasparinchich.

De numero quorum Stephanus Zareczki votis viginti octo constitutus est.

Et quia medio tempore pro neo erecta s. Joannis Nepomuceni capella publico videbatur aeditui institutio fienda, ideo pro hoc officio candidabantur:

Xaverius Sztanich
Josephus Hohneber
Thadaeus Sztruchich

Ex quibus votis viginti uno dominus Josephus Hohneber constitutus est.

Tandem capellae s. Rochi aedituus Felicianus Belich et ecclesiae s. Spiritus dominus Franciscus Hadrovich haec officia resignarunt, in locum quorum pro capella s. Rochi candidantur:

Thadaeus Sztruchich
Joannes Warle
Felicianus Belich

pro s. Spiritu:

Xaverius Sztanich
Emericus Gradechki
Joannes Gasparinchich.

Ex quibus pro capella s. Rochi Felicianus Belich votis viginti tribus, pro alia s. Spiritus capella Xaverius Sztanich votis viginti septem denominati sut.

Visitationem caminorum Xaverius Sztanich praeteriti anni ultimus et neocreatus Josephus Maczan in civitate, Josephus autem Belich et Stephanus Zareczki aeque neo electi extra civitatem obibunt.

Visitatores fluvii metalis Medveschak Josephus Ponekovich et Emericus Gradechki hanc obligationem deposuerunt, cujus negotii incumbentia accolis ejusdem fluvii imponitur.

Organista, choralistae anni praetiriti confirmantur, uti et fulista.

Campanatores s. Marci anni praetiriti propter impossibilitatem in restricto per schema salario subsistentiae cum vix duo in hoc servitio satisfaciant, unus neque constitui poterat et ideo ambo hactenus servientes se in servitio eximi plane exorabant, qui cum alias ad continuationem servitii disponi non potuissent, adhuc ad trimestre a dato praesentium detenti, quidem sed eatenus excelsae Camerae supplicabitur ut intra hoc spatium de competenti eorum salario prospiciatur alioquin ipsi ulterius stringi non valebunt.

Campanator s. Margaretae anni praeteriti Balthasar Puskarich pro hoc duntaxat anno in eodem servitio relinquitur.

Timpanista constituitur Georgius Steffanich.
Castellanus anni praeteriti Matthias Spulko confirmatur.
Telonio ad triennium anno praeterito exarendato.
In numerum civium recipiuntur:
Christophorus Kerchelich tamquam filius civis sine taxa
Mathias Juraich, juratus causarum advocatus, cum taxa ordinaria florenorum 15
Antonius Luketich, nodifex, cum taxa florenorum 15
Joannes Vitus Kolman, cerdo, cum taxa florenorum 15
Joannes Matichek, sartor, cum taxa florenorum 15
Andreas Rosich, cerdo, cum taxa florenorum 15
Alexius Noch, cerdo, cum taxa florenorum 15

Ladislaus Szale, juratus praefatae civitatis notarius m. p.

Anno Domini 1754. die sancto Blasio episcopo et martyri sacra in 3am mensis februarii incidente solito quippe liberae regiaeque hujus civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis magistratualis restaurationis tempore et termino recurrente et adveniente in ejusdem praelibatae civitatis Comitatui Zagrabiensi adjacentem domum praetoream senatoream omnino intromuraneam domino judice, senatoribus et jurata communitate insimul convenientibus et congregatis, ex communitate quidem valedicente domino Suae Majestatis sacratissimae leutenantio Emerico Gradechki ex ratione officii sui praefati militaris hactenus coram domino civitatis judice propria sponte assessoratui ac hujusmodi valedictionem domino civitatis judice publice referente, Thoma autem Vuzdar demortuo, adeoque duobus assessoratus seu in jurata communitate vacantibus officiis restauratio praesens juxta antiquam laudatam consuetudinem a perlectione statutorum regia authoritate confirmatorum accepit exordium.

Quibus in concursu civium etiam perlectis deventum est ad fassionum publicationem pro sigilli majoris impressione appromptatarum in quem finem quatuor domini senatores claves a privilegiis et sigillo majori habentes cum fisco civitatis et nonnullis ex jurata communitate ad conservam in parochiali hujus civitatis ecclesiae s. Marci sacristia habitam exiverunt, quibus redeuntibus et ex dicta conserva majus sigillum adferentibus fassiones publicabantur.

Qua occasione fassioni Annae Klaffter pro domino Ladislao Szale Christophorus Kerchelich domini Francisci Hadrovich et Carolus Georgius Levachich contradixerunt, qui dominus Kerchelich etiam praefatis posterioribus contradictoribus iterum contradixit, qui omnes contradictores erga aliam fassionem Joannis Mikulich pro Anna Klaffter factam praemissam contradictionem reiterarunt.

Fiscus civitatis fassioni pro domina vidua Krajachichiana in quantum inusitato modo ad proximiores consanguineos extenderetur specialiter contradixit.

Idem fiscus fassioni pro Joanne Remso et sua consorte cum venditione domus Purgarichianae acquisitae pro parte pupillorum Purgarichianorum contradixit.

Dominus Stephanus Cheh fassioni Pauli Bogovich pro Matthia Skaffich facta contradixit.

Tandem civitatis fiscus egregius Stephanus Cheh aliter Babochai universis fassionibus, contractibus, involutionibus, inonerationibus, alienationibus, testamentis et aliis instrumentis qualitercunque et quantocunque factis ac quomodolibet publico et per consequens juri fiscali praejudiciosis cum reiteratione similium fiscalium contradictionum hac etiam occasione palam et publice contradixit.

Quibus modo praevio peractis clementissimum Suae Majestatis sacerrimae de dato 31. octobris 1753. super concredita hac etiam vice restauratione et aliud 15. januarii anno 1754. per excelsam Aulico Hungaricam Cameram Posoniensem praelibati clementissimi mandati executionem et observationem reflectens rescriptum publice perlecta interpretataque sunt.

Demum ex Dei clementia dominis senatoribus omnibus sanis nulla adeoque sede in interiori magistratu vacante procedendum fuit ad in praeliminio declaratas in comunitate vacantias per electionem supplendas et redintegrandas.

Quo fine praemissa consueta s. Spiritus invocatione de numero civium, seposita etiam instantia Pauli Szmolko qua idiotae et ad servitia inhabilis, candidabantur pro singulo officio tria subjecta adeoque insimul sequentia sex:

Josephus Valenczy
Ferdinandus (!) Zibenik
Joannes Skerlecz
Georgius Skalia
Jacobus Bogovich
Christophorus Kerchelich.

Ex quibus votis octodecim Cristophorus Kerchelich et Josephus Zibenik votis quatuordecim electi sunt; et praefatus Kerchelich juramentum consuetum deposuit; Josephus vero Zibenik absens in primo domum reditu deponet juramentum.

Et post haec dominus civitatis judex Nicolaus Cheh aliter Babochai more observato valedixit, et candidati sunt:

idem prioris anni judex
dominus capitaneus Schmitt
dominus Adamus Ballogh.

Et ex his votis novemdecim prioris anni judex dominus Nicolaus Cheh aliter Babochai confirmatus est et eo facto sub pulsu majoris campanae ad deponendum solitum juramentum in comitiva dominorum senatorum et communitatis processit ad ecclesiam s. Marci.

Ladislaus Szale, juratus civitatis
notarius m.p.

Sequenti immediate die 4ta utpote mensis et anni praeinserti occasione continuationis magistratualis restaurationis absentibus Benedicto Krajachich, Josepho Ponekovich et Josepho Zibenik assessoribus suprascriptus Ladislaus Szale officium notariale more solito resignavit, pro quali munere candidati fuere:

idem Ladislaus Szale
Ladislaus Lukauszki
Carolus Georgius Levachich.

Ex quibus votis viginti tribus idem Ladislaus Szale reelectus et confirmatus solitum juramentum deposuit.

Post haec dominus civitatis capitaneus Franciscus Schmitt officio capitaneatus adveniente etiam praefato Josepho Ponekovich valedixit, pro quo candidabantur:

idem Franciscus Schmitt
Carolus Georgius Levachich
Franciscus Hadrovich.

Ex quibus votis viginti tribus idem dominus Franciscus Schmitt reelectus confirmatusque consuetum emisit juramentum.

Deinde anni prioris fiscalis Stephanus Cheh aliter Babochai aeque officium suum resignavit, pro quali officio candidantur:

idem prior fiscalis
Josephus Hohneber
Thadaeus Sztrossich

Ex quibus votis septendecim idem prioris anni fiscalis confirmatus deposuit juramentum.

Mox tricesimator anni praeteriti Joannes Koller et subalternus ejusdem Felicianus Bellich sua officia pariter resignarunt, et quia die hesterna perlectum clementissimum Suae Majestatis sacerrimae hoc quoque officium primarium quasi strictis rationibus obnoxium ad communitatem transferri committeret mandatum, ideo quo exactius observationi mandati humillime incumbatur, judicabatur officium hoc quoque primarium ad communitatem transferendum et interea demisissime repraesentandum, ex quibus motivis in magistratu pro futuro relinqui possit; hinc ex communitate pro utroque candidantur, et quidem pro primario:

Josephus Hohneber
Stephanus Zareczki
Josephus Maczan.

Ex quibus pro primario tricesimatore Stephanus Zareczki votis tredecim electus est, pro secundario candidati erant:

Josephus Hohneber
Josephus Maczan
Felicianus Bellich.

De numero quorum Felicianus Bellich pro secundario seu contrascriba votis quidencim constitutus habetur, qui ambo consuetum jura mentum deposuerunt.

Postea decanus alias magister civium seu consul anni praetiriti Franciscus Hadrovich et spanus Joannes Mikulich valedixerunt, et pro decanatu candidati sunt:

idem Franciscus Hadrovich
Joannes Koller
Franciscus Fabianecz.

Ex his prioris anni decanus votis 24 confirmatus, pro spano

Joannes Mikulich
Stephanus Dianich
Josephus Bellich

et ex his prior Joannes Mikulich votis novemdecim confirmatus etiam est.

Demum anni praeteriti camerarius Adamus S itarek valedixit, et candidabantur:

Adamus Szitarek
Josephus Maczan
Matthias Lenhord.

Et electus est votis 16 Matthias Lenhord.

Mox xenodochii praefecti primarius Matthias Lenhordt et secundarius Stephanus Dianich officia resignarunt, et candidabantur pro primario:

Josephus Maczan
Josephus Bellich
Josephus Hohneber

pro secundario praefati duo posteriores et Stephanus Dianich.

E numero quorum pro primario Josepho Maczan votis viginti uno electo praeexistente, pro secundario Stephanus Dianich votis viginti confirmatus est.

Tandem perceptor Josephus Bellich valedixit, et candidati sunt:

idem Josephus Bellich
Josephus Hohnebner
Thadaeus Sztruchich.

Ex quibus Josephus Hohneber votis 12 constitutus est.

Appretiatores anni praeteriti Josephus Maczan Thomas Sztojanich[1] resignarunt, in locum quorum candidantur:

Thomas Sztojanich
Petrus Rudich
Michaele Schattner
Josephus Belich
Joannes Barle
Joannes Gasparinchich.

Ex quibus constituti sunt Josephus Belich votis sedecim et Thomas Sztojanich votis undecim.

Aeditui ecclesiae parochialis s. Marchi Evangelistae et capellae s. Ursulae Josephus Ponekovich primarius et Michael Schattner secundarius aeque resignarunt officia, et candidati fuere:

idem Josephus Ponekovich
Michael Schattner
Josephus Zibenik
Joannes Barle
Joannes Gasparinchich
Michael Thomaszovich

Ex quibus prioris anni Josephus Ponekovich votis 25 et Michael Schattner decem votis qua pluribus confirmati habentur; et de reliquo restauratio crastina hora nona reassumenda continuabitur.

Idem notarius m. p.

Adveniente die 5. februarii anni praeinserti et congregatis in domum praetoream praefatam senatoribus et assessoribus in continuatione restauratoria absentibus ex senatu dominis Adamo Ballog et Ladislao Lukauszki, ex communitate autem Petro Rudich, Matthia Mihalinchich, Joanne Mikulich, Michaele Thomaszovich, Thadaeo Sztruchich, Stephano Dianich, Xaverio Sztanich et Josepho Zibenik.

Aedituus s. Margaretae et Patientis Christi Steplanus Zareczki valedixit et qui ex zelo tantum bono sine salario absque successorum eatenus praejudicio hoc officium administrare velle se declarasset, ideo candidatis:

eodem Stephano Zareczki
Joanne Gasparinchich
Josepho Bellich.

[1] sine : et

Conclusum est votis octodecim ut idem Stephanus Zareczki sine salario idem officium continuet.

Valedicente capellae s. Joannis Nepomuceni aedituo Josepho Hohneber votis duodecim electus est dominus Benedictus Krajachich.

Tandem capellae s. Rochi aedituus Felicianus Belich resignavit hoc officium et publicis votis omnium constitutus est Josephus Bellich.

Capellae s. Spiritus aedituus Franciscus Sztanich unanimibus omnium publicis votis confirmatus est.

Visitatores caminorum intromuranei Stephanus Zareczki et Josephus Belich, extramuranei Christophorus Kerchelich et Josephus Zibenik declarati sunt.

Organista et choralistae anni praeteriti in servitio relicti sunt.

Campanatores ecclesiae parochialis s. Marci evangelistae servitium resignarunt et ex candidatis Georgio Delach, Nicolao Guvnarich et Georgio Dobrilovich, Georgius Delach votis 24 ac Nicolaus Guvnarich votis 23 electi et costituti sunt.

Resignante demum campanatore s. Margarethae Balthasare Puskarich cadidati fuerunt:

idem Balthasar Puskarich
Balthasar Bellich
Matthias Horvatinchich.

Et ex quibus votis tredecim Balthasar Belich constitutus est.

Tympanista Georgius Steffanich confirmatur.

Pro campanatore capellae Patientis Christi Matthias Horvatinchich cum florenis 8 ab eadem ecclesia annue obtinendis constitutus est.

Castellanus anni praeteriti Matthias Spulko in servitio hoc relictus est.

Tellonium pro hoc quoque anno adhuc in arenda manet uti et quinariorum arenda eundem terminum attinget.

Respectu verticum ex frumento decimali Hraschiensi accidentaliter provenientium pro domino civitatis capitaneo introsum fuit unanimiter declarationi eatenus anni 1743. sub capitaneatus electione insertae.

In numerum civium recepti sunt:

Nicolaus Sussich, nodifex,	florenorum	25

Die 6ta mensis et anni praeattacti in congressu magistratus et qui ex communitate adesse voluerant in numerum civium cooptati sunt:

Ignatius Josephus Raift, horologiarius, ut singula hebdomanda horologium civitatis visitet et dirigat ac ad cassam det florenos 20, quod nisi fecerit, solvet alterum tantum.

Josephus Skarpa, arcularius, non recipitur.

Jacobus Ledinszki, cothurnarius,	florenos	15
Gabriel Barichevich, sartor	florenos	25
Josephus Mihinich, pileator	florenos	20
Joannes Gabrieli, pellio	florenos	25

Qui suprascripti in concivitatem recepti ita ut crastino die taxam praeinsertam quisque suam deponat et nec secus ad juramentum cum reliquis electis nondum adjuratis officialibus in ecclesia s. Marci per dominum civitatis capitaneum assumentur.

Ladislaus Szale, juratus
civitatis notarius m. p.

1755.

Anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo quinto die sancto Blasio episcopo et martyri sacra 3tia quippe mensis februarii solito liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrebiensis magistratualis restaurationis termino reccurente, in ejusdem praelibatae civitatis Comitatui Zagrebiensi adjacentem domum praetoream senatoream omnino intra muros et moenia praerepetitae civitatis habitam domino judice et senatoribus, Adamo Ballogh et Paulo Igerchich aegre decumbentibus adeoque absentibus, jurata item communitate, praeter Adamum Sitarek in certis negotiis absentem et licentiatum ac Petrum Rudich et Joannem Mikulich demortuos insimul congregatis et convenientibus restauratio juxta antiquam laudabilem consuetudinem a perlectione statutorum regia authoritate confirmatorum concursu etiam et praesentia civium accepit exordium.

Quibus itaque in praesentia comparentium civium perlectis ad fassionum publicationem deventum est fine quarum sigillationis seu sigillo majori roborationis pro eodem sigillo quatuor domini senatores claves a conserva ejusdem habentes pro eodem adferendo cum nonullis ex jurata communitate abiverant, quibus ad consessum redeuntibus et sigillum praelibatum ex conserva in parochiali praefatae civitatis sacristia habita adferentibus.

Fassioni super domo Najerina pro Matthia Spulko D. Benedictus Krajachich ex parte Simonis Hentel arcularii.

Fassioni dominae Magdichianae pro dominis Ladislao et Stephano Szalle super terra contradixit dominus Franciscus Hadrovich.

Fassioni praefatae dominae Magdichianae viduae pro Christophoro Kerchelich et fratre ac sororibus ejus factae quoad particulam terrae penes hortos sutorum adjacentem Josephus Hohneber contradixit prout et dominus Lukauszki et Benedictus Krajachich.

Fassioni anno praeterito pro domino Ladislao Szalle per Annam Klaffter factae super domo in Mandussevecz existente dominus Carolus Georgius Levachich contradictionem renovat et Antonius Luketich contradixit.

Tandem civitatis fiscus egregius Stephanus Cheh aliter Babochai universis fassionibus, contractibus, involutionibus, alienationibus, testamentis et aliis instrumentis qualitercunque et quomodocunque factis ac quomodolibet publico et per consequens fiscali hujus civitatis juri praejudiciosis cum reiteratione hucusque similium fiscalium contradictionum hac etiam occasione palam et publice contradixit.

Sanis ergo ex Dei clementia potioribus, infirmis autem spem convalescentiae habentibus dominis senatoribus sedibus adeoque horum completis existentibus ad in praelimio nominatorum demortuorum assessorum vacantias per ellectionem suplenda loca descensum fuit. Et consueta s. Spiritus invocatione praemissa in finem praemissum candidabantur:

Josephus Valenczi
Joannes Skerlecz

Georgius Skalya
Michael Blasekovich
Matthias Juraich
David Kurill.

Ex quibus Georgius Skalya votis quindecim et Josephus Valenczi votis tredecim qua pluribus ellecti et posterior etiam juramentum deposuit, prior ob infirmitatem, ubi convaluerit, adjurabitur.

Et post haec dominus civitatis judex valedixit pro quo officio candidati fuere:

idem prioris anni judex Nicolaus Cheh aliter Babochai
Ladislaus Szalle
Franciscus Smidt.

Ex quibus votis undecim Ladislaus Szale electus ad ecclesiam s. Marci juramentum depositurus sub pulsu campanae in comitiva dominorum senatorum et communitatis deductus.

Die sequenti notario Ladislao Szale ad officium judicis promoto et notariali valedicente candidabantur pro hoc notariatus officio:

Ladislaus Lukauszki
Carolus Georgius Levachich
Ladislaus Kiraly.

De quorum numero dominus Ladislaus Lukauszki votis 25 electus est.

Post haec dominus capitaneus civitatis Franciscus Smitt officio capitaneatus valedixit quo valedicente pro eodem officio candidati sunt:

idem dominus capitaneus Franciscus Smitt
dominus Joannes Koller
dominus Franciscus Hadrovich.

De quorum numero idem dominus capitaneus Smitt votis 21 denuo electus et confirmatus est ac solitum deposuit juramentum.

Expost servato restaurationis ordine fiscalis praelibatae civitatis anni prioris Stephanus Cheh aliter Babochai officio fiscalis valedixit ac idem resignavit, et inter candidatos

dominum Stephanum Cheh aliter Babochai
dominum Benedictum Krajachich
Thadaeum Sztrossich

in locum prioris fisci dominus Benedictus Krajachich votis 14 electus est et solenne deposuit juramentum.

Quo electo immediate tricesimatores anni prioris Stephanus Zareczki primarius et Felicianus Bellich secundarius officium tricesimale resignarunt, in quorum locum candidabantur, et quidem pro primario:

Stephanus Zareczki
Franciscus Xaverius Sztanich
Josephus Maczan

pro secundario:

Felicianus Bellich
Josephus Hohnebner
Michael Sottner.

Pro quo officio Franciscus Xaverius Sztanich in primarium votis 11 et Felicianus Bellich totidem votis in secundarium ellecti sunt tricesimatores et solitum superinde juramentum deposuerunt.

Post ejusmodi resignationem et respective electionem decano seu magistro civium domino Francisco Hadrovich decanali et Stephano Dianich spanali officiis valedicentibus candidati fuere; et quidem pro decanatu:

dominus Franciscus Hadrovich
dominus Joannes Koller
dominus Franciscus Fabianecz

pro spanali officio:

Stephanus Dianich
Joannes Gasparinchich
Thomas Sztojanich.

Pro quo officio e numero reliquorum candidatorum et prior decanus dominus Franciscus Hadrovich votis 13 et spanus Stephanus Dianich votis 15 electi et confirmati sunt ac solitum juramentum deposuerunt.

Dein Matthias Lenhort anni praeteriti camerarius officium camerariale resignavit, ad quod candidati sunt:

Matthias Lenhort
Stephanus Zareczki
Josephus Valenczi.

De quorum numero Stephanus Zareczki potioritate votorum electus est et consuetum deposuit juramentum.

Mox xenodochii praefecti Josephus Maczan primarius et Franciscus Vitez secundarius officium dictae praefecturae resignarunt, in quorum locum candidabantur

primarii:
Josephus Maczan
Michael Sottner
Felicianus Bellich

secundarii:
Franciscus Vitez
Joannes Barle
Thomas Sztojanich.

Ex quibus pluralitate votorum in officio suo anni prioris praefecti relicti et confirmati sunt et juramentum deposuerunt.

Expost Josephus Hohnebner praedictae civitatis anni prioris perceptor officio suo valedixit pro quo officio candidati sunt:

Josephus Hohnebner
Michael Sottner
Josephus Bellich

Ex quibus candidatis Michael Sottner ellectus est et juramento se obstrinxit.

Tandem aeditui ecclesiae s. Marci parochialis et capellae s. Ursulae primarius quidem Josephus Ponekovich et secundarius Michael Sottner officium aedituale resignarunt in quod candidabantur, et quidem

pro primario:
Josephus Ponekovich
Josephus Hohnebner
Josephus Valenczi

pro secundario:

Joannes Barle
Thomas Sztojanich
Joannes Gasparinchich.

E quorum candidatorum numero primarius in suo officio confirmatus, alter vero Joannes Barle pro secundario electus est, et solitum juramentum deposuerunt.

Qua confirmatione et electione praemissa aedituus s. Margarethae et Patientis Christi Stephanus Zareczki officium aedituale dictarum capellarum resignavit, ad hoc candidati fuere:

Felicianus Bellich
Joannes Gasparinchich
Matthias Lenhort.

Et huic officio Matthias Lenhort cum votis 15 suffectus est et juramentum deposuit.

Dominus Benedictus Krajachich capellae s. Joannis Nepomuceni aedituus praemissum officium resignavit; in locum cujus pro candidatis assumpti sunt:

dominus Stephanus Cheh
Josephus Hohnebner
Josephus Valenczi.

Intra quos Josephus Valenczi potioritate votorum electus est, qui etiam juramentum deposuit.

Dein aedituus s. Rochi Josephus Bellich officium praemissum resignavit, qui potioribus votis in eodem officio relictus est et juramentum deposuit.

Tandem Franciscus Sztanich ecclesiae s. Spiritus aedituus officio suo valedixit et potioribus votis confirmatus est, qui et juramentum deposuit.

Expost apretiatores rerum Josephus Bellich et Thomas Sztojanich officia sua resignarunt, quibus valedicentibus candidati sunt;

pro primario:
Josephus Bellich
Joannes Gasparinchich
Josephus Maczan
pro secundario:
Thomas Sztojanich
Michael Thomaszovich
Ferdinandus Zibeneg.

Ex quibus pro primario idem Josephus Bellich votis 14, pro secundario Thomas Sztojanich confirmati sunt.

Caminorum visitatores intramuranei Josephus Valenczi et Georgius Skalya, extramuranei Christophorus Kerchelich et Ferdinandus Zibeneg declarati sunt.

Ladislaus Lukauszki, praelibatae
civitatis juratus notarius m. p.

Die eadem Josephus Ponekovich nomine Georgii Skalya fassioni pro Matthia Villarich expeditae super horto olim Jagichiano emanatae contradixit.

Idem notarius m. p.

Anno praeapposito die vero 5to praescripti mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesente praemisso senatu et communitate restantis andhuc et continuatae restaurationis series sequens est.

Organista et choralistae ecclesiae parochialis anno praeterito servientes in servitiis suis confirmati extiterunt.

Campanatores dictae ecclesiae parochialis servitium hactenus per se gestum resignarunt pro quo candidabantur:

Delach Georgius
Guvnarich Nicolaus
Martin Mesnar
Stephanich Georgius
Dobrilovich Georgius
Guzanich Petrus.

De quorum numero anni praeteriti votorum potioritate in servitio suo confirmati sunt.

Dein Balthasare Bellich campanatore s. Margarethae servitium suum resignante candidati fuere:

Balthasar Bellich
Petrus Ptichek
Michael Suhar.

Ex quibus Petrus Ptichek votis 12 constitutus est et s. Ursulae Georgius Stephanich campanator confirmatus et in officio timpanistae relictus est.

Pro campanatore capellae Patientis Christi Georgius Szmetisko denominatus est. Qui omnes campanatores solitum deposuerunt juramentum.

Matthias Spulko castelanatus gesti officio valedixit, qui unanimi consensu in eodem officio stabilitus est et juramentum deposuit.

Sacrista ecclesiae s. Marci Petrus Szuchich in officio suo relictus est et juramentum deposuit.

Proventus teloniales conformitate prioris contractus et obligationis prioribus eundem ex arenda hactenus servantibus denuo in arendam datus est.

Et quia quinariorum arenda pariter expirasset, occasione cujus exarendationis unanimi voto conclusum est, ut omnes inquilini non cives duos quinarios solvere obligentur, cives praeterea ex decimo numo a vini educilatione inhibeantur; qui si praemisso statuto contravenerint et in eodem facto deprehensi fuerint contrabandum talismodi educillati vini patientur, tertialitate revelatori cessura; quorum quinariorum arenda, cum contrabando modo praevio definito, velut licitationi exposita in dominum civitatis capitaneum velut plus offerentem ex anno florenum 166 idque per triennium duratura translata est, cognitione contrabandi penes inclytum magistratum intacte permanente. Praeterea pro observatione praeattactae exarendationis omnis vinorum introductorum ad celaria quorumvis ante numerationem quinariorum aut fiendam praevie insinuationem depositatio inhibetur.

In cives recipi postulantes:
dominus Joannes Gregorich
Thomas Klasznich, pellio
Simon Hinoe, arcularius
Franciscus Czerouszagh, bibliopegus

Matthias Vranich, pellio
Andraeas Kuzman, textor
Matthias Luketich, nodularius

Qui in numerum civium erga solitam taxam, domino Joanni Gregorich praecise ob respectum praeciosae multumque efficacis domini spectabilis consiliarii Busan interpositionis relaxata existente, adscripti et aggregati sunt, deposito juramento et solita taxa privilegiis civilibus primum gavisuri.

Idem civitatis notarius m. p.[1]

1759.

Anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo nono die 3tia mensis februarii Zagrabiae in congressu magistratus et electae communitatis, ex illo dominis Ladislao Szale judice et Adamo Ballogh, ex hac vero dominis Thadaeo Sztruchich et Stephano Babochai aliter Cheh, illo Crisiensis, hoc vero Zagrabiensis Comitatuum processualibus judicibus nobilium, Stephano item Chabrian, Joanne Skerlecz, Georgio Skalya, Xaverio Gerbania ac Joanne Gregurich absentibus.

Perlecto benigno Suae Majestatis caesareo- et apostolico regiae de dato in archiducali civitate sua Viennna Austriae die 18va mensis januarii anni praesentis suprascripti ad demisse factam propterea per magistratum instantiam ad eundem magistratum et communitatem peragendae restaurationis indultorio rescripto vigore cujus magistratualis restaurationis actum, pro hac etiam vice absque interventu comissarii sui regii ad benignam ulteriorem ratificationem suam regiam peragendum admittere ac benigne concredere dignata est altefata Sua Majestas sacratissima, ejusdem serie benigne simul ac firmiter comittendo quantenus debitam eamque homagialem erga Majestatem Suam sacratissimam prae oculis habendo devotionem non nisi quae pro incremento et emolumento orthodoxae fidei Romano-catholicae, servitii item sui caesareo-regii promotione ac publico civitatis hujus commodo et utilitate justitiaeque communis indefessa administratione atque pacalis hujus sui regii conservatione et permansione ulteriori utilia comodaque fore videbuntur, pacatae simul et concorditer tractentur; methodusque seu norma restaurationis Camerae suae regiae Hungarico Aulicae huic civitati intimatam accurate observetur, ac tandem super totius magistratualis restaurationis modo praevio benigne concredita serie modalitate fusius ibidem declarata fidelem et genuinam relationem sibi quoque demisse submitti clementissime praecipere dignata est eadem altefata Sua Majestatas sacratissima.

Quo praeapposito clementissimo indultu regio perlecto ac non nisi una cum intimato domini consiliarii et administratonis Cameralis Ignatii Radosztich in eodem praemissae restaurationis merito nomine excellsae Camerae ad hanc civitatem dato, ipso solito restaurationis sancti Blasii die utroque magistratu jam insimul constituto, eidem exhibito ex eo quod dominus actualis hujus civitatis judex antea ad inclytam Sedem Thavernicalem in liberam regiamque civitatem Posoniensem ablegatus, publici adeoque causa absens, pro hac circumstantia gestum judicatus officium resignare nequiret, legalis vero magistratualis restauratio non aliter quam cum finali valedicentis pro tempore judicis electione complementari valeret; cumprimis suborta in eo non levi ab utrinque difficultate, utrumne praemissam restaurationem in commodius absentis nimirum domini judicis redditus abinde tempus fortassis differe, quam in eadem procedere consultius foret? pro qua diluenda illa prae caeteris occurente reflexione, quod officia ut sunt hujusmodi civilia, ac alia de tempore in tempus gestari assolita, adveniente consueta eorundem restaurationis die, quantumvis usitata ceremoniali methodo non resignetur, pro resignatis tamen habeantur; quo mota de reliquo ultro superetur difficultas etiam in secretiori vicini fornicis loco, invocato praevie s. Spiritus auxilio, ad depromenda libera cujusque votorum suffragia procedendum esse censebatur; quo tandem pocioritate exceptorum per dominos capitaneum et notarium ibidem votorum pro affirmativa parte ut subsequa statim 4ta ejusdem mensis die, audito juxta praescriptam ideam decantato in parochiali s. Marci ecclesia sacro, hora nona praescripta suscititur restauratio superato existente.

Pro deportando ex solito conservatorio majori hujus civitatis sigillo domini antelatus capitaneus Franciscus Hadrovich, Mathias Sztruchich et Josephus Punekovich ex interiori, ex exteriori vero magistratu domini Franciscus Christophorus Kerchelich, Joannes Gregurich, Josephus Vallenczy et camerarius Michael Brezovachky illud in publicum deferentes exmissi fuere.

Publicatis hoc facto cum interventu civium in quantum expeditis et obsigillatis fassionibus, iisdem in quantum ne fors sibi praejudiciosis in genere, cambiaticeae vero circumspecti Thomae Huzyak super domo pro circumspecto Nicolao Huzyak celebrata etiam in specie per dominum civitatis fiscum contradictum exstitit hujus ad 15tum diem rationem daturum; domino quoque Francisco Hadrovich respectu fassionis pro domino Stephano Szale super quadam sibi vicina terra celebrata interpositas prioribus annis contradictiones suas similiter reiterante; perlectis tandem perlegi solititis benigna authonitate regia firmatis hujus civitatis constitutionibus atque obsigillatis modo praeapposito fassionibus majus dicte civitatis sigillum ad locum solitum conserva denuo reportatum est. Quo demum praescripta die superato subsequa immediate die altera, termino quippe subintelectae magistratualis restaurationis jam adveniente, ex interiori quibus heri (per resignationem domini Caroli Georgii Levachich ejusdem sede vacante), exteriori vero generosis egregiis et circumspectis suprascriptis Thadeo Sztruchich, Stephano Babochai aliter Cheh, Stephano item Chabrian, Mathia Juraich ac Joanne Skerlecz absentibus, Josepho vero Hohnemer aegrotante, et per mortem Stephani Dianich sede ejusdem assessorali vaccante.

Perlecta et interpraetata norma seu idaea magistratualis restaurationis invocatoque, praeorante reverendissimo domino loci parocho, sancto Spiritu

domini substitutus judex Nicolaus Babochai aliter Cheh, decanus Stephanus Zareczki et capitaneus Franciscus Hadrovich officia sua resignarunt.

[1] Restaurationes annorum 1756, 1757. et 1758. non instriptae sunt. Viginti paginae purae sequuntur.

Pro complenda sede assessorali per mortem Stephani Dianich vaccante ex candidatis Georgio Santich, Joanne Goruph et Nicolao Szudetich, alter in ordine Joannes Goruph electus est, qui deposito praevie juramento eandem ad usque vaccantem sedem caepit.

Porro pro vaccante per resignationem domini Caroli Georgii Levachich sede ejusdem senatorali, in dominos Joannem Gregurich, Michaelem Sottner et Georgium Skalya sorte candidationis ardente, qua Josepho Vallenczi non contento ex eo quod idem praeterita restauratione jam pro officio senatorali candidatus fuisset, nunc vero nullo suo apparente demerito, simpliciter de eadem exmissum haberetur, facta desuper protestatione etiam assessorale munus resignavit atque e domo praetorea excessit; qua resignatione quia absque sufficienti causa facta neque integraliter, quia resignans aedituus quoque ecclesiae esset, hoc tamen munus non resignasset, imo nec rationes de eodem dedisset, non acceptata, communi opinione idem medio civitatis revocandus, ordinatus, cui revocato ob oculos positum benignum restauratorium mandatum, quo mediante praecipitur, ut pacate et tranquille totius magistratualis restaurationis actus peragatur, intellectaque gravitate, culpa pacem demandatam turbantis, recepit sedem, post quod processum in electione senatoris, in quem pocioritate votorum dominus Michael Sottner electus est, qui solitum quoque deposuit juramentum.

Per cujus promotionem iterum vaccante sede assessorali prioribus duobus additus adhuc dominus Nicolaus Matlekovich, a quibus pari votorum pocioritate electus et adjuratus est Georgius Santich.

Post hoc fisco civitatis domino Christophoro Kerchelich officium hocce resignante se seque ad sedem suam assessoralem recipiente idem unico duntaxat excepto communibus in reliquo votis electus et confirmatus solitum hujus officii aeque deposuit juramentum.

Veniente jam ad dominum notarium hujus resignationis serie idem quoque retenta usque ad publicationem sede notariali, illam ex candidatis dominis adhuc Michaele Blasekovich et Ladislao Kiraly, altero Michaele Blasekovich, potioribus votis electo et declarato relinquendo, propriam senatoralem caepit, electus vero dominus notarius deposito praevie hujus officiis juramento, tandem ille ad excipienda ulterius vota processit.

Post praeviam vero domini capitanei Francisci Hadrovich factam in publico officii resignationem, cum dominis Ladislao Kiraly et Josepho Punekovich candidatis, denuo electus et confirmatus consuetum deposuit juramentum.

Pro officio tricesimali, et quidem seniore:

ex dominis candidatis Stephano Chabrian, Matthia Juraich et Stephano Szale prior in ordine dominus Stephanus Chabrian confirmatus est.

Pro juniore vero:

ex ittidem candidatis dominis Feliciano Bellich, Mathia Lenhord et Georgio Santich, quae prior confirmatus est.

Pro praefectura xenodochii, et quidem seniore:

ex dominis candidatis Matthia Lenhord, Josepho Maczan et Georgio Skalya.

Pro juniore vero:

Josepho Bellich, Joanne Gorup et Georgio Santich priores duo electi et confirmati sunt.

Pro perceptoratu:

ex candidatis Francisco Gerbania, Georgio Santich et Georgio Skalia idem Franciscus Gerbania electus est.

Pro aedituo ecclesiae s. Marci, et quidem seniore:

ex dominis candidatis Josepho Valenczi, Joanne Gregurich et Joanne Skerlecz

pro juniore vero:

Thoma Sztojanich, Georgio Santich ac Petro Guzanich, duo priores electi sunt.

Pro aedito s. Margaretae ac Pacientis Christi:

ex candidatis Joanne Gasparinchich, Josepho Maczan et Georgio Skalia, domius Josephus Maczan electus est.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni:

ex dominis candidatis Stephano Babochai aliter Cheh, Joanne Skerlecz et Joanne Gregurich, postremus dominus Joannes Gregurich electus est.

Pro aedituo s. Rochi:

ex candidatis Matthia Spulko, Joanne Gorup et Petro Guzanich, prioribus duobus in equilibrio votorum positis, decisivo magistratus voto, prior electus et confirmatus est.

Pro aedituo s. Spiritus:

ex dominis candidatis Georgio Skalia, Stephano Chabrian et Matthia Juraich, primus in ordine elligitur.

Qui omnes supranominati pro praescriptis sibi delatis obeundis muniis praevia modalitate electi consueta, uti anno praeterito, in publico deposuerunt juramentum.

Pro apreciatoribus, et quidem seniore:

ex candidatis Joanne Gasparinchich, Josepho Maczan et Joanne Skerlecz

pro juniore vero:

Georgio Santich, Joanne Gorup et Petro Guzanich, priores duo electi sunt.

Pro spanatu:

ex candidatis Matthia Spulko, Petro Guzanich et Joanne Gorup prior electus et consuetum desuper deposuit juramentum.

Pro decanatu:

Ex dominis candidatis Stephano Zareczki, Josepho Ponekovich et Michaele Sottner, prior dominus Stephanus Zareczki electus est, quo cum onere dandarum rationum idem officium assumere nec juramentum ea conditione deponere volente, domino vero Josepho Ponekovich quoad dandas ejusmodi rationes statutis hujus civitatis inhaerente, utriusque interposita declaratio in suspenso relicta est.

Quibus tandem praemissa serie terminatis priori judice domino Ladislao Szale ad inclytam Sedem Thavernicalem nuper ablegato ibidemque actu etiam publici causa manente, ejusdem substituto domino Nicolao Babochai aliter Cheh quoad substitutionem sui valedicente, habitumque prae manibus suis minus civitatis sigillum huicce magistratui

resignante, quia antefati domini judicis officium adveniente magistratualis restaurationis termino ad sensum praemissorum eatenusque ellicitorum votorum pro resignato consideratum fuisset, in candidatione quoque ejus ultro procedendum esse censebatur. Pro quo:

ex dominis candidatis priori Ladislao Szale, Nicolao Babochai aliter Cheh et Ladislao Kiraly, idem prior dominus Ladislaus Szale potioribus electae communitatis votis electus atque confirmatus est, taliterque ad redditum usque ejus consueta juramenti depositione in suspenso relicta; priori vero substituto suo antelato domino Nicolao Bobachai aliter Cheh interea munium judicis obituro, cum extradatione resignati prius magistratui sigilli in eadem substituti judicis activitate stabilito, memorata pro hac vice restauratio terminata est.

Michael Blasekovich,
juratus praefatae civitatis notarius m. p.

Tandem praelibato domino electo judice Ladislao Szale ex publica functione redeunte die prima mensis martii magistratu cum electa communitate in consueto domus praetoreae loco una congregato ac pleniori numero insimul constituto, post factam nuper in festo s. Blasii in dicti domini judicis absentia inchoactam ac subsequenter etiam terminatam magistratualem aliorumque de gremio dictae comunitatis publica officia gerentium restaurationem, finali ejusdem complementatione a depositione juramenti antefati domini judicis eatum absentis jam vero praesentis pendente, quo debita Suae Majestati sacratissimae ac excelsae Camerae Hungarico-aulicae fieri possit relatio, aliis tantisper pro hac sede in suspenso relictis, ad faciem ecclesiae cum praefato domino judice praevia modalitate consuetum officii sui juramentum ibidem depositurо procedendum fore censebatur; quo facto idem dominus judex more solito penes majoris campanae sonitum utrique magistratui praeeundo inque praescripto ecclesiae majoris arae faciem perveniendo praemissa per reverendissimum dominum loci parochum solita devotione toties repetitum officiii sui juramentum ibidem deposuit.

Taliterque pro hac etiam vice absque interventu comissarii sui regii per Suam Majestatem sacratissimam clementer admissa magistratualis restauratio ad benignam usque ejusdem ratificationem debitum finem sortita est.

Michael Blasekovich,
juratus praefatae civitatis notarius m. p.

Schema seu status personalis magistratualium et comunitatis officiorum anni 1759. cum circumscriptione in benignissima idaea praescripta

Magistratus

Mathias Struchich, nobilis, Croata, iliteratus, nodifex.
Ladislaus Szale, nobilis, Hungarus, causarum advocatus, judex.
Adamus Ballogh, nobilis, Croata, emeritus causarum advocatus.
Nicolaus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, litteratus.
Ladislaus Kiraly, Hungarus, causarum advocatus emeritus.

Paulus Igerchich, Croata, illiteratus, argentifaber.
Benedictus Krajachich, nobilis, Croata, causarum advocatus, ministrialis Banco deputationis in Croatia et comitis generalis Draskovich plenipotentiarus.
Franciscus Hadrovich, nobilis, Croata, litteratus, capitaneus.
Stephanus Zareczki, Croata, litteratus, decanus seu magister civium.
Josephus Ponekovich, Croata, litteratus, capitalis tricesimae Zagrabiensis perceptor.
Michael Blasekovich, nobilis, Croata, causarum et comitum Antonii ab Aurspergh ac haeredum Ludovico-Erdödyanorum nec non Comitatus Zagrabiensis fiscalis advocatus, notarius.
Michael Sottner, Carniolus, comode litteratus, bibliopegus.

Comunitatis
seu juratorum assessorum eodem ordine senii

Felicianus Belich, Carniolus utcunque litteratus, tricesimae civitatis contrascriba.
Thadaeus Sztruchich, nobilis, Croata, Comitatus Crisiensis judex nobilium.
Matthias Lenhord, Germanicae bene litteratur, Germanus, murariorum magister, praefectus xenodochii senior.
Thomas Sztojanich, Croata, illiteratus, cothurnarius, aedituus parochialis ecclesiae junior.
Stephanus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, Comitatus Zagrabiensis judex nobilium.
Josephus Hohnemer, nobilis, Croata, postae Zagrabiensis magister.
Adamus Szitarek, Hungarus, litteratus, bonorum Greben haeredum Ludovico-Erdödyanorum provisor.
Joannes Gasparinchich, Croata, illiteratus, faber, apreciator seu inspector fori senior.
Josephus Maczan, Croata, professione sartor, Latine scribere et legere gnarus, s. Margarethae et Pacientis Christi aedituus.
Christophorus Kerchelich, nobilis, Croata, causarum advocatus, fisous.
Josephus Belich, Croata, comode literatus, quaestor, aedituus ad s. Spiritum.
Josephus Vallenczi, Styrus, Germanice litteratus, aedituus parochialis ecclesiae senior.
Stephanus Chabrian, Croata, litteratus, provisor dominii Erdödyani Keresztinecz, tricesimae civitatis perceptor.
Mathias Spulko, Croata, professione sartor, spanus civitatis et aedituus ad s. Rochum.
Mathias Juraich, nobilis, Croata, causarum et dominii Perlasziani Ozaly, fiscalis, advocatus.
Joannes Skerlecz, Croata, comode literatus, nodifex.
Xaverius Gerbania, Croata, professione pellio, Latine scribere et legere gnarus, perceptor civitatis.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor.

Joannes Gregurich, nobilis, Croata, litteratus, dicae et impositionis Regni subalternus perceptor, aedituus s. Joannis Nepomuceni.

Michael Brezovachky, Hungarus ex Muraköz, litteratus, civitatis camerarius.

Stephanus Szale, Hungarus, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorup, Croata, professione nodifex.

Georgius Santich, Croata, utcunque litteratus, professione nodifex, apreciatoris seu inspectoris fori socius.

E quibus salariis provisi juxta schema salariorum clementissime nobis submissum ex cassa publica solvuntur.

Sacratissima caesareo- et apostolico- regia Majestas
Domina domina clementissima!

Benignissimum sacratissimae caesareo- et apostolico-regiae Majestatis vestrae de dato in archiducali civitate Sua Viennae Austriae die 18va praeteriti mensis januarii ad demisissimam nostram propterea factam instantiam emanatum mandatum, quo mediante absque interventu comissarii sui regii magistratualem nostram denuo nobis peragendam restaurationem clementissime indulgere dignata est Majestas vestra sacratissima in absentia judicis nostri egregii Ladislai Szale eotum ad Sedem Thavernicalem Posonium per nos ablegati 3tia aequepraeteriti mensis februarii ipso quippe divi Blasii solitae alias restaurationis nostrae die jam in consessu utriusque magistratus constituti, in submissima quam erga Majestatem vestram sacratissimam collimus devotione accipientes, quia praemissae magistratualis restaurationis actus ad sensum clementissime per Majestatem vestram sacratissimam jam anno 1755to die 26ta augusti medio Camerae suae Posoniensis nobis submissae normae cum finali judicis electione claudi et terminari praeciperetur, illa prae caeteris nobis occurente difficultate utrum in praefati judicis nostri publici causa absentis gestumque pro tempore officium praevie in antecessum resignare debentis absentia, memoratum clementissime nobis admissae restaurationis actum inchoare possimus, aut vero ejusdem abinde proximius adventum praestolari debeamus? qua difficultate illa ratione quod officia similia annuali mutationi obnoxia termino restaurationis adveniente etiam non resignata, pro resignatis reputari debeant, potioribus utriusque magistratus invocato praevie s. Spiritus patrocinio votis et opinione superata in sequentem immediate 4tum ejusdem mensis diem fine observandae praemissae puncto 1mo contentae ac clementissime nobis submissae normae, eandem restaurationem nostram differendam esse censebamus, qua adveniente ad praescriptam modo fatae clementissimae normae praerepetita restauratione nostra peracta magistratusque nostri et quidem interioris per nupernam egregii Caroli Georgii Levachich per Majestatem vestram sacratissimam ad Tabulam horum Regnorum judiciariam in notarium resoluti resignationem; exterioris vero per Stephani Dianich interventam medio tempore mortem sedibus vaccantibus observata in praescripta

clementissima norma candidationis et electionis serie redintegratis officiisque civilibus modalitate in humillime adnexo diaetario ac penes hoc schemate restauratis, quoniam praelibatum nostrum judicem in eodem officio confirmari accidisset usque ad ejusdem ex antelata Sede Thavernicali reditum finaliter nuncupatae restaurationis nostrae a deponendo velut ejusdem juramento pendentis actum differe necessitabamur; quo demum Posonio ad aliam regiam Majestatis vestrae sacratissimae Varasdinensem civitatem pro 19ma effluxi mensis februarii termino quippe generalis horum Regnorum congregationis pertingente, ibidemque penes nostram dispositionem per tempus durantis ejusdem congregationis nomine nostro moram trahente, tandem ad nos reducto sine mora studuimus, die 1ma labentis mensis martii more consueto in ecclesia parochiali ab eodem debitum excipere juramentum.

Clementissima domina! Inde a memoria nostra officium decanale seu magister civium aliis vero civitatibus consul usitatum intra interiorem magistratum nostrum citra quaestionem ad recentissima usque tempora sine dandarum rationum onere antea per praedecessores nostros cum salario gestum, jam vero post novam salariorum resolutionem per nos sine eo sustentatum fuerat, quod officium non alia quam colonos civiles ad necessarias operas disponendi manebat obligatio, nulli enim rerum naturalium (velut per subsequas Majestatis vestrae sacratissimae dispositiones, aliorum de exteriori magistratu curae et administrationi illo sub onere substratarum) perceptioni aut earundem distractioni se se imiscebat, ubi autem nulla perceptio, nulla rerum distractio, nulla quoque ibidem dandarum rationum obligatio, de ipsa justi ratiocinii natura locum habere potest. Et quia allegatum officium decanale juratum semper fuisset, sub quo praefati coloni civiles administrabantur neque idem decanus aliter (nisi cum praevaricatione juratae obligationis suae) cum civilibus istiusmodi colonis extra publicos civitatis labores aut alias ejusdem necessitates quidquam disponere potuisset aut disposuisset nobis hactenus constitisset, minus aliquando id eventurum fore sperassemus, quod illa praescitum officium oneri praemissarum rationum subjeciendi subsecutura sit difficultas qua (uti ex praeannexo in subjectissima devotione diaetario nostro restauratorio uberius Majestas vestra sacratissima benigne informari dignabitur) occasione praemissae decanalis istius officii electionis mota difficultate, quasi vero juxta etiam statuta hujus civitatis idem decanale officium repetitarum rationum oneri obnoxium foret, non habita per difficultatem illorum quibus allegata statuta condita extitissent temporum notitia, quibus videlicet per decanum totius oeconomiae non solum directio sed rerum quoque naturalium perceptio illarumque distractio fuisset, ipsa nova expost subsecuta perceptoris ac alterius hujus civitatis camerarii officia satis luculentum contrariae probae dabunt argumentum.

Porro cum electus in annexo humillime diaetario denotatus decanus seu magister civium Stephanus Zareczki anno quoque praeterito, quo talis praescita colonorum robottam administrans suborta praevia difficultate, ex eo quod superfideli sua administratione, ac non aliorsum quam in commodum ac utile regii peculii civilium colonorum conversionis sacramentum dicturus esset atque de his praestando de reliquo ratiocinio minus legitime gravari posset nec consuetum juramen-

tum deponere nec ea lege idem officium quoquo modo recipere voluisset, uterque magistratus noster civilis mutuis ad invicem collatis opinionibus ne jam vicinus oeconamiae status in deffectu sui directoris damnum aliquod expediri cogatur, bono comuni hoc facto prospecto iri sategens ultro censebat, ut idem denuo confirmatus decanus deposito super fideli administratione juramento usque benignam Majestatis vestrae sacratissimae ordinationem sine praetenso neque hactenus usitato dandarum rationum onere statum praemissae colonorum robottae administret. Quo in merito ad sopiendas de eo minus informandorum ac pro arbitrio duntaxat suo praeallegatas opponentium difficultates itterum itterumque de genu Majestatis vestrae sacratissimae humillime supplicamus, ut Majestas vestra sacratissima non solum penes antiquum in eo usum hunc interiorem magistratum clementissime relinquere, verum etiam talibus moderno quippe ac futuris in eodem officio successoribus suis exemplo aliarum quoque Majestatis vestrae sacratisimae civitatum competens salarium benignissime resolvere ac in reliquo quod ad usque hancce nostram Majestati vestrae sacratissimae demisissimam non perstiterimus relationem praeviam antelati judicis nostri publici causa absentiam pro sufficienti clementissime habere praemissamque restaurationem nostram benignissime confirmare dignetur, dum itterum de genu humillime suplicamus vitam et sanguinem nostrum in altissimum Majestatis vestrae sacratissimae servitium in submisissima devotione nostra offerente emorimur.

Sacratissimae caesareo- et apostolico-regiae Majestatis vestrae
humillimi perpetuoque fideles subditi
NN judex et caeteri senatores, fiscus
item comunitas tota civitatis hujus
Graecensis Zagrabiensis

Excelsae Hungarico-aulica Camera, domini domini nobis gratiosissimi!

Benigno suae sacratissimae caesareo- et apostolico-regiae Majestatis de dato Viennae Austriae die 18va praeteriti mensis januarii emanato mandato restauratorio in ipso s. Blasii solitae quippe alias magistratualis restaurationis nostrae die in humillima per nos devotione accepto qualisnam juxta observatam clementissimam medio excelsae istius Camerae benigne nobis submissam idaeam magistratualis intra nos successerit restauratio ex schemate et annexo demisse diaetario nostro restauratorio uberius informabitur excelsa Camera. Quod autem ad usque praesentem nostram excelsae Camerae non perstiterimus relationem, non morae nostrae dare, sed domini judicis nostri ad inclytam Sedem Thavernicalem ablegari in officio suo denuo electi et confirmati (a cujus nimirum dicendo sacramento juxta benigne nobis submissam normam finalis repetitae restaurationis nostrae complementatio pendebat) absentiae, ut excelsa Camera gratiose adscribere denique praemissam restaurationem nostram probare dignetur, enixe exoramus.

Porro quia denuo docente praeannexo diaetario super decanatus seu magister civium aliis civitatibus consul usitato dandis rationibus obnoxiorum officio, alias nulli perceptioni aut errogationi (velut per camerariatus atque perceptoratus introducta successive officia tractari debitis) quam praecise colonorum robottis aut superiori aeconomiae administrationi obnoxio, quasi vero officium hocce, juxta etiam statuta hujus civitatis oneri praemissarum rationum subjacere deberet, subor-ta difficultate fine sopiendae hujus relicto interea praescito officio penes electum in diaetario contentum ac pro hoc quoque anno confirmatum decanum erga depositum de consueto juramentum coram augusto throno regio humillimas praeces nostras iterum itterum que fundere necessitamur, cujus intuitu ut nos excelsa quoque Camera gratiose manutenere dignetur humillime instamus. Caeterum quia rationes praeteriti saltem anni de peculii hujus regii proventibus et errogationibus per camerarium nostrum debite conficiendas, etiamnum ab eo non accepissemus, harum accelerationem serio iterum eidem imponimus, quas tandem excelsae Camerae quo celerius submittere non intermittemus, cujus gratiis humillime comendati manemus.

Egregii prudentes et circumpecti amici mihi observandissimi!

Tametsi judicialium licitatio in universis Regno Hungariae adnexis provinciis observanda per edictum publicum modo provisorio salutariter constituta haberetur atque eadem usu passim jam recepta successive etiam ad capitula conventus, fora tabularia et comitatus (exmissis liberis et regiis civitatibus) extensa exstitisset.

Quia vero complures de excessu earundem civitatum magistratuum ejusmodi taxae judiciariae ad Suam Majestatem sacratissimam delatae sint quaerimoniae et in representatis specificis casibus non tantum ipse excessus, verum et tanta diformitas observata exstiterit, ut quilibet magistratus aliam et aliam taxandi normam exerceret ac ideo ab exemplo in aliis foris statuto Sua Majestatas sacratissima clementer decrevit, ut in liberis quoque et regiis civitatibus uniformis taxarum norma modo aeque provisorio constituatur.

Ac hinc qualemnam Sua Majestas sacratissima judiciariam taxarum praescripserit normam in universis liberis et regiis civitatibus observandam, hic advolutum exemplar pluribus exhibet, quod praetitulatis dominationibus vestris pro congrua notitia et infalibili observantia transmittendum esse duxi perseverans.

Praetitulatorum dominationum vestrorum amicus ad serviendum paratus.

Comes Franciscus de Nadasdy,
manu propria.

Varasdini 29a octobris 1759. anno.

Egregiis prudentibus et circumspectis N. N. judici, consuli, capitaneo, caeterisque liberae ac regiae civitatis Zagrabiensis senatoribus et amicis mihi observandissimis. Zagrabiae ex officio. Locus sigilli.

Indorsationis tenor:

1759. die 31a octobris Zagrabiae in consessu magistratuali lectum cum interventu communitatis publicandum. Michael Blasekovich, juratus civitatis notarius manu propria.

Anno supraserto die 3tia novembris in concursu communitatis pro ejusdem observatione publicatum publico prothocolo inserendum. Idem juratus notarius manu propria.

Limitatio

taxarum judicialium in liberis regiis et montanis civitatibus in Regno Hungariae et partibus eidem annexis existentibus ac jurisdictioni tam tavernicorum regalium magistri quam et personalis praesentiae regiae in judiciis locumtenentis subjectis, respectu tam extraneorum quam intraneorum observanda:

1mo: In causis et negotiis pauperum habita speciali ad articulum 51. 1563. reflexione erga solam scriptoris mercedem omnia gratis administrentur et explicantur.

2do: A certificatoriis sive actionis paria acclusa sint, sive non, judici denarios 12, preaterea

si praeter paria actionis alia quoque instrumenta in paribus annexa sint, a singulo folio integro scribenti denarios 12.

3tio: Jurato cancelistae etiamsi plures ad eum processum pertinentes certificatorias exhibenti una cum testimonialibus superinde extradandis denarios 50.

4to: Pro querela verbali apud judicem fine administrandae justitiae posita denarios 11 1/2 et janitori judicatus verbalem citationem peragenti quotcunque sint partes citandae ab omnibus insimul denarios 10.

5to: Diurnum pro admonitione, inhibitione et aliis id genus functionibus peragendis exmissi jurati una cum testimonialibus desuper extradandi denarios 50.

6to: Ab expeditionibus sub sigillo judiciali plenipotentialium, procuratoriarum, protestationum, contradictionum, admonitionum, inhibitionum, extractuum, prothocollarium et his similium notario cum taxa scribentis denarios 40, judici pro sigillo denarios 15.

7mo: Inquisitionem peragenti a singulo teste inquisito una cum testimonialibus extradandis denarios 20, ab authenticatione vero nihil.

8vo: Inventationes, conscriptiones, divisiones, occulatas revisiones, aestimationes et executiones ac reexecutiones et statutiones perperagentibus nec non testamentarias fassiones excipientibus magistratualibus non a judice solo, sed toto in concreto senatu exmittendis praescindendo a valore et quantitate substrati dietim singulo florenum 1.

Pro expeditione immediate praemissorum taxa folialis ab infra puncto IImo ordinata.

Notandum: Ad praespecificatos actus judiciarios non plures quam duo senatores aut ubi praesentia notarii requiritur, unus senator cum notario exmittantur.

9no: In occulatis revisionibus et aestimationibus necessariis opificibus montium magistris ac aliis ex exteriori senatu casu ita exigente exmittendis, si mediam diem insummunt, denarios 30, si integram, denarios 40; camporum, silvarum et promonthoriorum custodibus, ubi illorum praesentia etiam requiritur, aeque dietim denarios 20.

10mo: Pro superrevisoria occulata dum totus magistratus in pleno ad faciem loci exit, non alias quam erga expressum unius aut alterius partis petitum determinanda toti senatui florenos 10.

11imo: A levata et valore acquisitionis nihil, ab expectione vero processus ac a quibusvis transumptis etiam penes requisitoria expediri solitis, a singulo folio lineas 34 in una facie caractere ordinario et legali scriptas continente, notario una cum adjuta scribentis denarios 25.

Pro impressione vero sigilli judicialis denarios 25.

12mo. Pro appellata processus per partes interponenda toti senatui florenos 10.

In montanis vero civitatibus ubi appellata ad forum Septem-montanarum interponitur florenos 5, ubi vero ab hoc ad forum praesentiae regiae appellatur florenos 10.

13tio. A publicatione testamenti notario florenum 1, ab ejusdem improthocollatione florenum 1.

Ab hujus in paribus authenticis extradatione taxa folialis puncto 11imo definita.

14to. A fassionibus, venditionibus, cambiis, contractibus et transactionibus intuitu fundorum civilium notario una cum improthocollatione florenum 1. Pro sigilli impressione judici denarios 25.

15to. Pro pascualibus ordinariis de loci duntaxat salubritate extradatis denarios 11 1/2 soli notario obvenientes, pro alterius vero ordinis pascualibus de statu et conditione civili ob immunitatem telonii exceptis denarios 40 quorum 15 pro sigillo, 25 vero notario cedant.

16to. Pro litteris natalibus notario florenum 1, pro sigillo denarios 25.

17mo. Ab intabulatione debitorum usque 200 florenorum summam floreni 1 denariorum 50.

A summa 200 florenos excedente usque indefinitam florenos 3.

Ultra haec pro litteris sententionalibus in revisoriis foris utpote Sede Thavernicali et praesentia regia excipiendis, si causa substratum valorem 600 florenorum non excedit, florenos 6.

A reliquis vero causis usque summam indefinitam florenos 12 sedis notario cedentes, taxa pro appressione sigilli judicialis florenos 10.

1760.

Acta
restaurationis magistratualis
anni 1760.

Anno Domini 1760. die porro 3a mensis februarii termino alias privilegiali celebrandae restaurationis magistratualis Zagrabiae in domo praetorea senatorea omnino intra muros et moenia praefatae civitatis

et Comitatu nominis ejusdem existente habita per magistratum et electam comunitatem una simul constitutos ex senatu interiori domino Adamo Ballogh aegrotante, ex electa autem comunitate, fisco domino Matthia Juraich absente, Matthia autem Lenhart infirmante, Christophoro vero Kerchelich et Francisco Gerbania medio tempore demortuis, sequentia acta tractata et concumbuntur respective ac potioribus votis conclusa extiterunt.

Et imprimis pro exigentia benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26. mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis per magistratum et electam comunitatem (exceptis supranominatis) hora octava matutina ad ecclesiam parochialem s. Marci ex domo praetorea procedentes, invocato divino numine, in redditu ex ecclesia

in conformitate prioris moris et consuetudinis ad publicationem litterarum fassionalium ac earundem majori civitatis sigillo coroborationem descensum fuit.

Tandem vero dominus judex nobilium Stephanus Babochai aliter Cheh, qua fisco absente substitutus fiscus civitatis, universis fassionibus, contradictionibus, alienationibus et quibusvis venditionibus aut dispositionibus in quantum juribus fiscalibus praejudicarent, hactenus quoquo modo interventis palam contradixit et contradictiones suas fiscales hactenus praemissas reiteravit.

Quo facto pro tanto exactiori antelatae normae debita observantia, eadem saepefata norma, benignissimum item mandatum regium restauratorium sub dato in archiducali civitate Vienna Austriae die 8a mensis januarii quemadmodum et gratiosum in eo celsae Camerae Hungarico-aulicae Posonii die 14. attacti mensis januarii anni praescripti 1760. ad hanc civitatem datum intimatum, nec non finem in cum quatenus relatio restaurationis autem hac directe excelsae Camerae Hungarico-aulicae submitti solita, deinceps medio spectabilis et magnifici domini consiliarii et administratoris Ignatii Radosztich transmittatur, gratiosa ejus excelsae Camerae dispositio; ita et praelibati domini consiliarii de dato Varasdini 29. praedenotati mensis januari id ipsum continentes, modo reflexorio huic civitati redditae litterae per dominum civitatis notarium in publico perlectae et pro intelectu latinum idioma ignorantium vernacula lingua exploratae extiterunt. Ac his ita praemissis

progressum est juxta praescriptam ejusdem normam ad replendos modalitate praemissa vacantes assessorales sedes, et pro primo quidem assessoratu per magistratum candidati

domini Benedictus Arbanasz, Joannes Cheh et Georgius Igerchich. Ex quibus electus est antelatus dominus Joannes Cheh et consuetum deposuit juramentum.

Pro secundo vero assessoratu candidati sunt domini Benedictus Arbanasz, Michael Miksich et Daniel Smitth. Ex quibus potioritate votorum electus est praefatus Daniel Smitth et solitum deposuit juramentum.

Taliterque electa comunitate iam pleno numero existente

pro officio fisci civitatis candidati sunt domini Matthias Juraich, Michael Sztruchich et Joannes Gregurich, ex quibus potioritate votorum

electus est dominus Michael Sztruchich, qui instantanee consuetum deposuit juramentum.

Pro officio notariali candidati sunt:

domini Michael Blasekovich, Ladislaus Kiraly et Benedictus Krajachich, ex quibus pluralitate votorum dominus Michael Blasekovich electus est, qui in instanti solitum notariale deposuit juramentum.

Dein pro officio capitaneatus candidati sunt:

domini prior capitaneus Franciscus Hadrovich, Stephanus Zareczki et Ladislaus Kiraly, ex quibus potioritate votorum electus est dominus Stephanus Zareczki et consuetum deposuit juramentum.

Pro officio tricesimali pro seniore dominus Stephanus Chabrian, pro juniore vero Felicianus Bellich denuo electi et confirmati sunt.

Pro praefectura xenodochii hujus civitatis ex candidatis anno praeterito pro seniore Matthias Lenhorth et juniore Josephus Bellich confirmantur.

Pro perceptoratu civitatis ac simul quarteriorum magistro candidati sunt:

domini Michael Brezovachki, Joannes Cheh et Daniel Smitth, ex quibus pro praemissis functionibus electus est praefatus dominus Michael Brezovachki qui consuetum deposuit juramentum.

Pro aedituis ecclesiae s. Marci candidati fuerunt, pro seniore domini Joannes Gregurich, Georgius Skalia et Joannes Cheh, pro juniore Thomas Sztojanich, Petrus Guzanich et Georgius Santich, ex quibus pro seniore dominus Joannes Gregurich, juniore vero Thomas Sztojanich electi sunt.

Pro aedituo s. Margarethae et patientis Christi ex reliquis candidatus Josephus Maczan electus est.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni comunibus omnium votis electus est Josephus Valenczi.

Pro aedituo capellae s. Rochi prior Mathias Spulko denuo electus et confirmatus est.

Pro aedituo capellae s. Spiritus aeque prior Georgius Skalia omnium votis confirmatus est.

Qui omnes supra nominati aeditui pro praescriptis sibi delatis obeundis muniis praevia modalitate electi et confirmati consueta in publico deposuerunt juramenta.

Demum pro apreciatoribus et quidem seniore Joannes Gorup, juniore vero Petrus Guzanich electi sunt.

Pro spanatu porro prior Mathias Spulko et Georgius Santich ac Petrus Guzanich candidati fuerunt, ex quibus praefatus Georgius Santich cum onere praestandarum rationum electus consuetum hujus servitii juramentum in publico deposuit.

Cessante jam decanali officio, quod alias etiam ab officio magistri civium nomine in aliis civitatibus usitato distinctum uni fuisset, votis omnium comunibus censebatur praemissum officium a modo imposterum magister civium nuncupandum, cujus regulanda activitas, salarium et juramentum supremae dispositioni subjicitur.

Pro quo itaque magistri civium officio candidati fuerunt:

domini Franciscus Hadrovich, Benedictus Krajachich et Josephus Ponekovich, ex quibus potioritate votorum electus est praefatus domi-

nus Josephus Ponekovich, qui usque praemissorum dispositionem juramentum non deposuit.

Tandem pro officio judicis candidati exstiterunt:

domini Ladislaus Szale, emeritus Nicolaus Babochai aliter Cheh et Ladislaus Kiraly, ex quibus potioribus electae comunitatis votis prior dominus Ladislaus Szale denuo electus et confirmatus est.

Taliterque continuato restaurationis actu processus est ad praefatam ecclesiam parochialem, ubi decantato hymno Ambrosiano dominus judex juxta praescriptum praerepetitae normae pralegente domino notario solene solitum deposuit juramentum.

Michael Blasekovich,
juratae praefatae civitatis
notarius m. p.

1761.

Acta
festi sancti Blasii episcopi et martyris
anni millesimi septingentesimi sexagesimi primi

Anno Domini 1761. die 3a mensis februari ipso videlicet privilegiali magistratualis restaurationis s. Blasii episcopi et martyris die Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia praefatae civitatis inque Comitatu nominis ejusdem existente habita, ex interiore magistratu dominis Mathia Struchich, Adamo Ballogh et Michaele Sottner aegrotantibus, Paulo porro Igerchich nuper fatis functo et Benedicto Krajachich ab officio suspenso, ex exteriore vero magistratu absentibus dominis Stephano Babochai aliter Cheh, Stephano Chabrian, Stephano Szale, Joanne Gregurich, Josepho Vallenczi, Matthia Lenhorth et Joanne Gasparinchich, aliis praesentibus et insimul constitutis

Praelibatus interior magistratus cum praefata electa comunitate bene memores, sacratissimae cesareae et apostolicae regiae Majestatis clemenstissimae normae occasione magistratualis restaurationis per liberas et regias civitates anno abhinc 1755. die 26a mensis augusti medio excelsae Hungarico-aulicae Camerae observari benigne demantatae, vigore cujus praescita magistratualis restauratio ita, si nimirum benignum mandatum regium restauratorium adfuerit, suscipienda secus in suspenso relinquenda et usque subsecuturum talismodi mandatum differenda benignissime ordinaretur, praedenotata magistratuali restauratione usque videlicet subsecuturum benignum regium restauratorium mandatum in suspenso relicta, in merito publicandarum hac privilegiali die ab olim publicari solitarum fassionum processum est;

itaque pro defferendo ex solita conserva majori authentico hujus civitatis sigillo e magistratu interiore domini capitaneus Stephanus Zareczki et Josephus Ponekovich, exteriore vero domini Michael Thadaeus Struchich fiscus, Matthias Juraich, Josephus Hohnemer et Daniel Smith ordinari attactum sigillum detulerunt, idemque post factam praemissarum fassionum obsigillationem ad praedenotatum conservae locum reportarunt.

Antelatus fiscus publicatis modo praevio praerecensitis fassionibus aliisque ne fors interventis praejudiciis qualitercunque juribus fiscalibus derogatoriis palam et publice contradixit, eatenus factas hactenus contradictiones et protestationes reiteravit, talibus pro omni casu et circumstantia obviandi sibi et suis successoribus in genere reservando facultatem.

Dominus Josephus Hohnemer venditioni terrae Spitalcza vocatae ac modo per reverendum dominum canonicum Balthasarem Kerchelich possessae jure vicinitatis interpositam hactenus contradictionem suam reitteravit.

Dominus quoque Franciscus Hadrovich intuitu certae terrae Za vertmi chismessiuszkemi nuncupatae per dominum Stephanum Szale a domina prius Magdichiana, jam Zaniana consorte emptae et comparatae aeque jure vicinitatis interpositas hactenus contradictiones suas reitteravit.

Dominus Michael Brezovachki quarteriorum magistri officium tanquam sibi onerosum resignavit, suamque resignationem publico protho-collo inserendam institit; quia tamen, ut praemittitur, benigno regio restauratorio mandato non interveniente ad nullam restaurationem, consequenter ad nullam etiam acceptandam resignationem atque adeo confundendum regulatae restaurationis ordinem procedi quiret, praemissa restauratio votis omnium contrastantibus non est acceptata.

Lectum per Michaelem Blasekovich,
juratum praefatae civitatis senatorem, m. p.

Series restaurationis magistratualis anni 1761.

Anno Domini 1761. die vero 1ma mensis martii Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia civitatis liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis inque Comitatu nominis ejusdem existente habita, ex interiori magistratu dominis Mathia Struchich et Adamo Balogh aegrotantibus, Benedicto Krajachich ab officio suspenso, per mortem vero domini olim Pauli Igerchich unius officii senatoralis sede vaccante, ex ellecta vero communitate absentibus dominis Josepho Vallenczi et Matthia Juraich occasione clementissime admissae per sacratissimam caesareo- regiam et apostolicam Majestatem magistratualis, in conformitate benignissimae altefatae Suae Majestatis sacratissimae praescriptae ideae, per magistratum et ellectam communitatem modo infraserto celebratae restaurationis

Acta

Perlectis clementissimo altefatae Suae Majestatis sacratissimae sub dato 23a mensis januarii anni praeinserti emmanato mandato restauratorio, quo mediante Sua Majestas sacratissima ad humillimam hujus magistratus instantiam praeter ab olim solitam privilegialem sancti Blasii episcopi et martyris praefatae restaurationis diem, transactis praeteritis in praescriptum s. Blasii diem incidentis devotionis diebus, quo vi-

sum foret die, praedenotata restauratio pro hoc etiam vice sine interventu comissarii peragenda benignissime admitteretur, ita et gratioso Camerali saepefatae restaurationis intimatorio decreto, quemadmodum clementissima quoque huic civitati praescripta restauratoria idaea similiter perlecta et vernacula lingua explanata invocatoque praevie divini Spiritus lumine

ventum est ad vaccantis modo praeinserto per mortem antelati olim domini Pauli Igerchich unius senatoralis officii candidationem, ad quam potioribus interioris hujus magistratus votis dominis Adamo Szitarek, Joanne Gregorich et Matthia Juraich ingressis, prior dominus Adamus Szitarek potioribus votis sorte globulorum emissis ellectus consuetum senatorale deposuit juramentum.

Quo modo praevio promoto exindeque una assessoralis officii sede vaccante pro eadem complenda candidati fuerunt domini Benedictus Arbanasz, Michael Mikssich et Petrus Blasekovich, e quibus dominus Michael Mikssich plurium votis ellectus assessorale deposuit juramentum.

Taliterque completis tam interni quam externi magistratus sedibus dominoque Michaele Thadaeo Struchich antehac fisco munus et officium suum resignante, pro officio tribuni plebis imposterum ex suprema dispositione sic vocitando candidati fuerunt domini idem Michael Thadaeus Struchich, Josephus Hohnemer et Stephanus Szale, e numero quorum dominus Josephus Hohnemer ellectus et adjuratus est.

Domino dein civitatis capitaneo Stephano Zareczki in serie officio suo valedicente eodemque et ita dominis Ladislao Kiraly ac Josepho Ponekovich pro praefato capitaneatus officio candidatis existentibus prior dominus Stephanus Zareczki pluralitate votorum denuo ellectus et confirmatus consuetum deposuit juramentum.

Unde ad officia ellectae communitatis descensum est.

Officio tricesimali valedicentes domini pro primario dominus Stephanus Chabrian, pro secundario vero Felicianus Bellich confirmati sunt; quae officia ob tricesimae civitatis ad rationem Suae Majestatis sacratissimae sequestrationem non administrantur.

Praefecturam quoque xenodochii civitatis utriusque utpote candidationi interioris, exterioris autem magistratus ellectioni resignantibus Matthia Lenhord et Josepho Bellich, pro officio eodem candidati exstitere Mathias Lenhord, Michael Brezovachki, Joannes Gorup ac Josephus Bellich; quorum pro seniore Mathias Lenhord, pro subalterno vero Josephus Bellich denuo ellecti et confirmati consuetum praestiterunt juramentum.

Perceptorale ac simul quarteriorum magistri officia domino Michaele Brezovachki resignante ac sumopere deprecante, pro iisdem autem officiis eodem ac dominis Joanne Gregorich et Joanne Cheh candidatis existentibus plurium votis dominus Joannes Cheh ellectus consuetum deposuit juramentum.

In officio aedituali parochialis ecclesiae divi Marci evangelistae praevia eorundem valedictione et resignatione pro primario dominus Joannes Gregorich, pro subalterno vero Thomas Sztojanich potioritate votorum confirmati solitum deposuerunt juamentum.

Aedituo patientis Christi et s. Margarethae Josepho Maczan pro more valedicente pro tali officio candidabantur idem prior Josephus utpote Maczan, Joannes Gasparinchich et Daniel Schmid, e quibus praefatus Josephus Maczan ultro quoque confirmatus est.

Capelae s. Joannis Nepomuceni prior aedituus dominus Josephus Vallenczi votis fere omnium confimatus est.

Nec absimiliter aedituus capelae s. Rochi prior Matthias Spulko aeque cofirmatus est.

Domino vero Georgio Skalia officium aedituale s. Spiritus magnopere deprecante et in eodem permanere simpliciter recusante dominus Michael Mikssich potioribus votis suffectus est.

Qui omnes praemissi aeditui super servitiis et functionibus suis consuetum deposuerunt juramentum.

Dein apraeciatores rerum venalium pro primario quidem Joannes Gasparinchich, noviter ellectus Petrus vero Guzanich ultro confirmatus est.

Officio spanatus per resignationem prioris Georgii utpote Santich vaccante, pro eodem candidati exstiterunt prior utpote Georgius Santich, Matthias Spulko et Joannes Gorup, e numero quorum Mathias Spulko ellectus solitum deposuit juramentum.

Officio decanali e magistratu interiori ad comunitatem transeunte pro eodem candidabantur Michael Brezovachki, Georgius Santich et Georgius Skalia, ex quibus plurium votis Michael Brezovachki electus consuetum superinde juramentum deponere simpliciter recusavit, prout nec deposuit adferendo pro se rationem quod siquidem nullum prorsus officio eidem adisset salarium, magnae vero curae et rationum onus idem comittarentur, nulla ratione in ruinam sui tam laborioso et oneroso officio gravari possit. Consequenter eodem juramentum deponere recusante praemissi officii functio vacat.

Officio demum notariali vi itteratorum excelsae Camerae decretorum e magistratu ad communitatem translato existente exindeque et per resignationem domini Michaelis Blasekovich aequi vaccante pro eodem candidabantur dominus Michael Thadaeus Struchich, Stephanus Babochai aliter Cheh et Michael Mikssich, e numero quorum pluralitate votorum antelatus dominus Michael Thadaeus Struchich ellectus consuetum notariale deposuit juramentum.

Quibus ita praemissis sedibusque tam interni quam externi senatus repletis ac officiis modo praevio collatis et dispositis existentibus posteaquam dominus civitatis judex Ladislaus Szale officio suo valedixisset, pro eodem officio domini magistratuales prior Ladislaus Szale, dein Nicolaus Bobachai aliter Cheh et Ladislaus Kiraly candidati sunt, ex quibus idem dominus Ladislaus Szale pluralitate votorum judex denominatus et confirmatus, datoque majoris campanae signo more solito in ecclesiam parochialem divi Marci evangelistae consueta comitiva introductus, ibidem post decantatum hymnum Ambrosianum terminatamque per dominum loci parochum in facie majoris arae solitam devotionem praelegente domino notario consuetum deposuit juramentum.

Et sic praemissae restaurationis actus pro suprascripta die terminatus est.

Michael Thadeus Struchich,
juratus civitatis notarius m. p.

Die immediate sequenti sive 2da mensis martii in loco quo supra soliti consessus magistratualis, absentibus tum quibus supra cum et novitus e magistratu domino Michaele Blasekovich, ex ellecta vero communitate dominis Stephano Babochai aliter Cheh, Georgio Skalia, Stephano Chabrian et Georgio Santich ultro in serie restaurationis progressum est. Et quidem

organista et choralistae priores confirmati sunt.

Campanatores parochialis ecclesiae s. Marci prior Martinus Mesniar, alter autem in locum Georgii Delach servitium hocce deprecantis Joannes Gabrieli ellectus est.

Campanator s. Margarethae in locum Balthasaris Belich Petrus Ptichek plurium votis denominatus et ellectus est.

Campanator capelae patientis Christi prior Josephus Szever confirmatus est, erga cujus instantiam in publico propositam omnium votis conclusum et resolutum est, ut amodo et imposterum ob confluxum et majorem in dies praesbiterorum in praefata capela sacrificantium concursum dicto campanatori ejusdemque successoribus pro pinsendis hostiis unus vaganus tritici annue per aedituum subministretur.

Prior campanator capelae s. Ursulae Georgius Steffanich aequi confirmatus est.

Qui omnes praemissi campanatores tam confirmati quam et neoellecti super muniis et servitiis suis solitum deposuerunt juramentum.

Demum prior civitatis castelanus Nicolaus Huziak itidem in officio suo ultro confirmatus est taliterque totius restaurationis series conclusa est.

Neo assumptorum in concivititatem series cum denominatione cognominum, nascitae, conditionis ac taxae expressione in prothocollo civili inserta habetur.

Michael Thadaeus Struchich,
juratus civitatis notarius m.p.

Die tandem 6ta ejusdem mensis martii Zagrabiae in domo praetorea senatorea et consessu tam interioris quam exterioris magistratus, et quidem ex interiori magistratu praesentibus dominis actuali judice Ladislao Szale, Nicolao Babochai aliter Cheh, Ladislao Kiraly, Francisco Hadrovich, Stephano Zareczki capitaneo et Michaele Sottner, ex exteriori vero aeque praesentibus dominis notario Michaele Thadaeo Struchich, tribuno plebis Josepho Hohnemer, Feliciano Bellich, Thoma Sztojanich, Josepho Maczan, Josepho Bellich, Petro Guzanich, Michaele Brezovachki, Stephano Szale, Joanne Gorup, Georgio Santich, Joanne Skerlecz et Daniele Schmid, post peractam modo praevio restaurationem convocatis potiori numero civitatis hujus civibus constitutiones regia authoritate firmatae

alioquin vernacula lingua expressae perlectae, ita et nonulla acta commissionis Jasianae interpraetata sunt.

Michael Thadaeus Struchich,
juratus civitatis notarius m.p.

Schema
seu status personalis magistratualium et communitatis officiorum anni 1761. cum circumscriptione in benignissima idaea praescripta

Magistratus

Matthias Struchich, nobilis, Croata, illiteratus, nodifex

Ladislaus Szale, nobilis, Hungarus, causarum advocatus, judex, qui qua talis ex resolutione Suae Majestatis sacratissimae pro judicio verbali cedentem septenarium seu denarios 11 1/2 propter populi pauperiem rarius percipiens ex usu ab olim ex decimis campi quidem exigui, si quo anno de frumento pro parte cleri proveniant currus 15, tollit 16tum cum obligatione decimatoribus praestandi prandii, ex vino a tribus promonthoriis seorsive tesseram sub prima secundam juxta procreationem, subinde unam vel duas urnas, subinde pintas aliquot musti. Dum autem aliquando cum pomis citrinis, piscibus et aliis minutiis quaestores comparent, praesentant se judici cum unius alteriusve grossi in talibus parvalibus valore, in fixo vero cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Adamus Balogh, nobilis, Croata, emeritus causarum advocatus.

Nicolaus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, litteratus.

Ladislaus Kiraly, Hungaricus, causarum advocatus emeritus.

Benedictus Krajachich, nobilis, Croata, causarum advocatus, ministerialis Banco Deputationis in Croatia et comitis generalis Josephi Draskovich plenipotentiarius, a sede et officio suspensus.

Franciscus Hadrovich, nobilis, Croata, litteratus.

Stephanus Zareczki, civitatis Zagrabiensis capitaneus, qua talis habet ex cassa civitatis praefatae salarii annue florenos 20, ex decimis Hraschensium frumenti solitos vertices qui anno praeterito exportarunt mixturae in toto vaganos 4 1/4, ab obsigilatione singulae mensurae Posoniensis police dictae denarios Hungaricos 5, a macellis et rebus venalibus in foro duae partes ex quanto illo obveniunt apreciatoribus, tertia dicto capitaneo, exportans anno effluxo florenos in toto 7 denarios 22 1/2, ex jure autem stapulae seu depositionis mercium occasione 6 in anno nundinarum hic existentium titulo regalium vigore salvi conductus ab olim percipi solitorum obveniunt eidem, ab uno cum caepis rubris aut cotibus pro cultris necessariis cauconibus et reliquis rebus mercantilibus onerato denarios 5 plurimum, ast rarissime denarios 10 vel loco horum in natura caeparum restim unam valoris Rhenensium 2, cauconum unum alterumve manupletium valoris denariorum 10, ab uno curru piscium, vilissimum piscem alburnum vel gerretem ossiculis plenum valoris denariorum 2 1/2, a quaestoribus Graecis quorum per 30 et ultra solent in foro Mandussevecz applicare tentoria pro integris 6 nundinis insimul ab omnibus unum par cutium seu pellium Cordubensium, a quaestoribus Kola-

giis in natura de rebus minutissimis a valore denarios 15, a mercatoribus Italis extraneis in pecunia subinde denarios 15, a potentioribus plus; pro depositione quaerellae denarios 11 1/2, occasione paradae Paschalis pro fatigio ex cellario civitatis vini cubulum 1 et Pentecostalis paradae ad capellam s. Spiritus ex ipsius capelae cellario vini cubulum 1/2.

Josephus Ponekovich, nobilis, Croata, causarum et comitum Antonii ab Auerspergh ac haeredum Ludovico Erdödianorum et venerabilis Capituli Zagrebiensis fiscalis advocatus.

Michael Sottner, Carniolus, comode litteratus, bonorum Greben haeredum Ludovico Erdödianorum provisor,

quorum singuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Communitatis seu juratorum assessorum eodem ordine senii

Felicianus Bellich, Carniolus, utcunque litteratus, tricesimae civitatis contrascriba, sine salario et functione.

Michael Thadaeus Struchich, nobilis, Croata, causarum advocatus et notarius civitatis, qua talis cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimam Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem.

Mathias Lenhord, Germanice bene litteratus, Germanus, murariorum magister, praefectus xenodochii senior, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Thomas Sztojanich, Croata, iliteratus, cothurnarius et aedituus parochialis ecclesiae subalternus, qua talis cum salario florenorum 10 ex cassa ecclesiae.

Stephanus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, Comitatus Zagrabiensis judex nobilium.

Josephus Hohnemer, nobilis, Croata, causarum advocatus, postae Zagrebiensis magister et tribunus plebis, de cujus salario in schemate salariorum dispositum non est. Priorem vero fiscalem pro florenis 50 nemo vult agere.

Joannes Gasparinchich, Croata, ilitteratus, faber, apreciator seu fori inspector, sine salario, una cum socio suo ab infra declarando ambo tamen cum accidentiis a macellis civitatis et rebus venalibus cum civitatis capitaneo (uti ad officium ejusdem capitanei expressum est) dividendis, item pro dimensuratione frumenti si eatenus requiruntur a singulo vagano denarium 1, item a curru piscibus recentibus quandoque ad jurisdictionem civitatis pervenire contingentibus onerato libras piscium 2, item a curru lampretis onerato unius casei quartam partem ac denique a singulo suino capite in foro civitatis emacillando libram carnis 1 accipiunt.

Josephus Maczan, Croata, professione sartor, utcunque litteratus, sanctae Margarethae et patientis Christi aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassis praefatarum cappellarum.

Josephus Bellich, Croata, commode litteratus, subalternus xenodochii praefectus, qua talis cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Georgius Skalia, Croata, litteratus, quaestor.

Josephus Valenczi, Styrus, Germanice litteratus, aedituus capellae s. Joannis Nepomuceni, qua talis sine omni salario.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus, provisor dominii Erdödiani Keresztinecz et tricesimae civitatis exactor, sine salario et functione.

Matthias Spulko, Croata, professione sartor, illitteratus, spanus civitatis et aedituus capelae s. Rochi, qua spanus cum salario florenorum 40 ex cassa civitatis, qua aedituus florenorum 2 grossorum 8 ex cassa ejusdem capelae.

Mathias Juraich, nobilis, Croata, causarum et dominii Perlasziani Ozali fiscalis advocatus.

Joannes Skerlecz, Croata, comode litteratus, nodifex et civitatis camerarius, qua talis cum salario florenorum 50.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor et apreciator, sine salario cum accidentiis tamen supra expositis ac cum socio dividendis.

Joannes Gregorich, nobilis, Croata, litteratus, dicae et impositionis Regni subalternus perceptor et parochialis ecclesiae primarius aedituus, qua talis cum salario florenorum 3 ex cassa ecclesiae.

Michael Brezovachki, Hungarus ex Murakösz, litteratus, civitatis decanus seu magister civium, qui ob id quod nullum salarium eidem officio resolutum sit, idem deprecatus est.

Stephanus Szale, nobilis, Hungarus, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium,

Joannes Gorup, Croata, professione nodifex.

Georgius Santich, Croata, utcunque literatus, professione nodifex.

Joannes Cheh, Croata, litteratus, capitalis tricesimae Zagrebiensis subalternus perceptor civitatis, quarteriorum magister et ejusdem perceptor, qui qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa civitatis.

Daniel Schmid, Croata, utcunque litteratus, professione cuprarius.

Michael Mikssich, nobilis, Croata, litteratus, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium et capelae s. Spiritus aedituus, qua talis cum salario florenorum 5 ex cassa ecclesiae.

Sacratissima caesareo regia apostolica Majestas,
Domina domina clementissima!

Clementissimum Majestatis vestrae de dato in archi-ducali civitate sua Vienna Austriae die 23. praesenti mensis januarii ad demissam nostram propterea factam instantiam emanatum mandatum, mediante quo Majestas vestra sacratissima apostolica praeter ab olim solitam privilegialem sancti Blasii episcopi et martyris magistratualis civitatis hujus restaurationis diem, transactis praeteritis in praescriptum s. Blasii diem incidentis devotionis Bachanalisticae diebus pro hac etiam vice obsque interventu comissarii Majestatis vestrae sacratissimae regii comodiore quo visum foret die praedenotatam restaurationem peragendam nobis ex conaturali clementia sua concredere dignata fuit, die 7a pariter evoluti mensis februarii in subditali devotione nostra accipientes eandem ob nonnullorum ex interiori senatu aegrotum statum, ex ellecta vero communitate quorundam absentiam in diem lmam mensis martii differendam esse censebamus et distulimus; qua adveniente invocatoque praevie divini Spiritus patrocinio praerepetitam restaurationem nostram orsi,

primo quid magistratus nostri interioris per interventam medio tempore Pauli olim Igerchich mortem una sede vaccante, observata in omnibus clementissima Majestatis vestrae sacratissimae medio Camerae suae Posoniensis nobis submissa candidationis et ellectionis norma et idaea, eandem senatoralem et post hanc per unius ex ellecta communitate ad interiorem senatum promotionem vaccantem ejusdem assessoralem sedes redintegravimus; quibus redintegratis aliisque officiis civilibus modalitate in humillime annexo dietario ac penes hoc schemate restaurationis expressa completis; quandoquidem itteratis Camerae Majestatis vestrae sacratissimae Posoniensis decretis ad nos directis officia notariale et decanale quod olim idem ut in aliis civitatibus magistri civium fuerat, ex interiori senatu ad communitatem transferri praecipiebantur, eadem omnino transtulimus, quorum posterior sive neoresolutus decanus jam magistri civium authoritatem non sustinens ex ratione ea, quod officio huic ob oeconomiae civitatis directionem laborioso et praestandis rationibus obnoxio exindeque multum oneroso, salarium nullum resolutum esset, super officio et functionibus ejusdem juramentum deponere recusavit. His modo praevio superatis tandem in ellectione judicis post resignationem ejusdem processimus, in cujusmodi officio prior judex qua vir juris peritus confirmatus et denuo ellectus solitum deposuit juramentum. Taliterque praeattacta 10 martii et subsequis continuative diebus ordine in humillime advoluto dietario contento restaurationis nostrae actum debite et paccate peregimus et terminavimus ac in reliquo quod adusque hancce nostram Majestati vestrae sacratissimae demisissimam non praestiterimus relationem, quotidianos quibus a terminata restauratione incessanter distinebamur occupationes nostras pro sufficienti impedimento clementissime habere praemissamque restaurationem nostram benignissime confirmare dignetur, quam Majestatis vestrae sacratissimae gratiam et clementiam dum iterum de genu humillime supplicamus vitam et sanguinem nostram in altissimum Majestatis vestrae sacratissimae servitium in submisissima devotione nostra offerentes emorimur.

Zagrabiae die 19. aprilis anno Domini 1761.

Exclesum Camerale Consilium,
Domini domini gratiosissimi!

Benignissimo sacratissimo caesareo regiae apostolicae Majestatis de dato Viennae Austriae die 23a praeteriti mensis januarii emmanato mandato restauratorio ita et gratioso excelsae ejusdem Camerae intimatorio decreto, in humillima per nos devotione die 7ma pariter evoluti mensis februarii acceptis, qualisnam juxta observatam clementissimam medio excelsae istius Camarae benigne nobis submissam idaeam magistratualis intra nos successerit restauratio, ex schemate et annexo demisse dietario nostro restauratorio uberius informari dignabitur excelsa Camera, quod autem adusque praesentem nostram excelsae Camerae non praestiterimus relationem, quotidianis quibus incessanter a terminata restauratione distinebamur occupationibus nostris, adscribere ita et praemissam restaurationem nostram acceptare ac per Suam Majestatem sacratissimam approbandam alto patrocinio suo

secundare gratiose dignetur. Quantum modernum statum et remanentiam cassae civitatis hujus attingeret, licet quidem camerarius civitatis saepius antea eatenus per judicem praemonitus exstitisset, quia tamen ad praesens idem camerarius in combinatione rationum suarum quospiam pateret difficultates. Ideo tum hanc cum et restantias apud cives aliosque ne fors remanentes excelsae Camerae transmittere non valemus, proximius nihilominus praemissa in solita veneratione nostra submissuri. Porro quoniam intuitu capitalium hujus civitatis Excelsae Camerae hactenus perscriptum haberetur non dubitamus quin eorundem alioquin in suis locis et statu permanentium excelsa Camera plenam notitiam non haberet, si nihilominus uberius de iisdem informari voluerit, nos id quoque eadem proximiori occasione facere non intermittemus. Qui gratiis et protectionibus excelsae Camerae ultro comendati manemus.

Zagrebiae die 19. mensis aprilis anno Domini 1761.

Spectabilis ac magnifice domine consiliarie et administrator,
Domine nobis colendissime!

Restaurationem magistratrualem civitatis hujus Zagrabiensis pro anno currente ex benignissima Suae Majestatis sacratissimae apostolicae clementia nobis concreditam ac per nos juxta normam et idaeam per excelsam Hungarico aulicam Cameram Posoniensem nobis gratiose submissam 1ma et subsequentibus continuative diebus praeteriti mensis martii decenter et paccate conclusam et terminatam spectabili et magnificae dominationi vestrae eo fine transmittimus, quatenus eandem excelsae quoque Camerae pro ratihabenda exhibere et praesentare dignaretur; quod dum humilliter petimus pretiosis spectabilis ac magnificae dominationis vestrae favoribus comendati manemus.

Zagrabiae die 19. aprilis anno Domini 1761.

1762.

Series restaurationis magistratualis anni millesimi septingentesimi sexagesimi secundi

Anno Domini 1762. die vero 3tia mensis februari termino videlicet privilegiali celebrandae ex clementissimo Suae sacratissimae apostolicae Majestatis indultu restaurationis magistratualis Zagrabiae in domo praetorea senatorea omnino intra muros et moenia praefatae civitatis inque Comitatu nominis ejusdem existente habita per magistratum et ellectam communitatem una simul constitutis, ex senatu interiori domino Benedicto Krajachich ab officio suspenso et absente, per mortem vero et decessum domini Adami olim Balogh una sede senatorali vaccante, ex exteriori autem senatu absentibus Stephano Babochai, Matthia Juraich et Joanne Gregurich, ad instituendam praedeclaratam restaurationem magistratualem.

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae apostolicae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26to mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et ellectam comunitatem (exceptis supranominatis) hora 8a matutina ad ecclesiam parochialem divo Marco Evangelistae sacram ex domo praetorea procedentis, audito solenniter decantato missae sacrificio invocatoque divino nomine, rursus ad praefatam domum praetoream ordine convenienti regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes, pro more antiquo et consuetudine in hac civitate ab olim observata ad publicationem litterarum fassionalium ac earundem majori civitatis sigillo coroborationem ventum fuit; quo finito reportatoque ad conservam et archivium in sacristia antelatae ecclesiae parochialis habito praementionato majori sigillo

Tandem egregius Josephus Hochnemer qua tribunus plebis praefatae civitatis universis fassionibus, contractibus, alienationibus et quibusvis venditionibus aut dispositionibus in quantum juribus fiscalibus praejudicarent, hactenus quoquo modo interventis palam et publice contradixit et contradictiones fiscales hactenus praemissas reiterabit.

Dominus quoque Franciscus Hadrovich intuitu certae terrae arabilis Za vertmi chismessinszkemi nuncupatae per actualem dominum civitatis judicem ejusdemque fratruelem Stephanum Szale a domina prius Magdichiana, jam vero Zanaiana consorte emptae jure vicinitatis hucusque interpositas contradictiones suas reiteravit.

Quo facto pro tanto exactiori praelibatae magistratualium restaurationum normae debita observatione, eadem saepefata norma, benignissimum item Suae sacratissimae apostolicae Majestatis mandatum restauratorium sub dato in archiducali civitate Vienna Austriae die 21. mensis januarii, ita et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico aulicae Posonij die 23. attacti mensis januarii anni praeinserti 1726. ad hanc civitatem datum intimatorium decretum, nec non finem in eum, quatenus relatio restaurationis excelsae Camerae medio spectabilis ac magnifici domini consiliarii et administratoris Ignatii Radoszich transmittatur dispositio per dominum civitatis notarium in publico lecta et interpraetata exstiterunt.

Sub decursu cujus spectabilis dominus emeritus Regni vicebanus et altefatae Suae Majestatis sacratissimae consiliarius Joannes Rauch scripto comprehensam super attentata per perillustrem dominum Sigismundum Illiassich titulati domini vicebani dominae consortis fratrem germanum et imediatum condivisionalem domus muratae intra muros et moenia dictae civitatis existentis alias suae et modofatae dominae sororis suae avitae perpetua venditione et a sanguine successioneque sororea alienatione nomine antelatae domine consortis suae factam contradictionem misit et praesentari fecit; qua itidem publice perlecta et interpraetata

deventum est pro praescripto ejusdem normae ad replendam modalitate praemissa per mortem et ex hac luce decessum domini Adami olim Balogh vaccantem senatoralem sedem; pro qua capienda per interiorem senatum candidabantur e comunitate dominus Joannes Gregurich, Joannes Skerlecz et Georgius Scaglia, e numero quorum per exteriorem senatum potioritate votorum dominus Joannes Gregurich elletus consuetum successive ob praedeclaratam absentiam suam senatorale deposuit juramentum.

Per cujus promotionem una sede assessorali vaccante pro eadem complenda candidantur dominus Petrus Blasekovich, Georgius Igerchich et Ignatius Perggraffer, a quibus plurium votis dominus Petrus Blasekovich ellectus consuetum deposuit juramentum assessorale.

Cujusmodi modo praedeclarato interventis binis vaccantiis redintegratis existentibus dominus Josephus Hochnemer qua tribunus plebis in conformitate praeattactae normae idem officium tribuni plebis hactenus gestum more consueto resignavit, pro quo candidabantur domini idem Josephus Hochnemer, Petrus Blasekovich et Michael Mikssich, e quibus pluralitate votorum dominus Petrus Blasekovich ellectus consuetum deposuit juramentum.

Dominus quoque Stephanus Zareczki, capitaneus, observata serie, praemisso capitaneatus officio valedixit, pro quo candidati exstiterunt domini idem emeritus Stephanus Zareczki, Franciscus Hadrovich et Josephus Ponekovich, e numero quorum prior dominus Stephanus Zareczki pluralitate votorum ultro ellectus et consuetum deposuit juramentum.

In utroque tricesimali officio, quae siquidem velut ad rationem Suae Majestatis sacratissimae sequestrata per tricesimatores civitatis non administrarentur priores, pro primario Stephanus Chabrian pro secundario vero Felicianus Bellich communibus ultro confirmati sunt.

Matthia porro Lenhordt et Josepho Bellich praefecturam xenodochii civitatis hactenus gestam resignantibus et pro eodem pro seniore quidem Michaele Mikssich, Joanne Skerlecz et Stephano Szale, pro juniore vero praefato Josepho Bellich, Georgio Santich et Joanne Gorupp candidatis existentibus, e quibus pro seniore Josephus Maczan, pro juniore vero idem Josephus Bellich ellecti et denominati consuetum deposuerunt juramentum.

Officio hujus civitatis perceptorali per dominum Joannem Cheh resignato et deprecato, pro eodem candidabantur dominus Michael Mikssich, Georgius Santich et Joannes Gorupp, e quibus plurium votis praefatus dominus Mikssich ellectus et adjuratus est.

Aedituatu parochialis s. Marci ecclesiae per promotionem domini Joannis Gregurich vaccante, pro eodem candidabantur dominus Joannes Cheh, Georgius Santich et Joannes Gorupp, e quibus pluralitate votorum pro seniore dominus Joannes Cheh ellectus, pro juniore vero Thomas Sztojanich ultro confirmatus consuetum deposuerunt juramentum.

Officio aedituali patientis Christi et s. Margarethae Josepho Maczan valedicente, pro eodem candidabantur Joannes Gasparinchich, Mathias Lenhord et Georgius Scaglia, e quibus potioritate votorum Georgius Scaglia ellectus est.

In officio aedituali s. Joannis Nepomuceni prior Josephus Valenczi omnium fere votis confirmatus est.

Nec absimiliter prior capelae s. Rochi aedituus Mathias Spulko pluralitate votorum confirmatus est.

Ac tandem in officio aedituali capelae s. Spiritus prior dominus Michael Mlkssich velut eidem capelae multum proficuus potioritate votorum denominatus et aeque confirmatus est.

Qui omnes praemissi aeditui super servitiis et functionibus suis insimul consuetum deposuerunt juramentum.

Prioribus apreciatoribus rerum venalium Joanne quippe Gasparinchich et Petro Guzanich officiis suis valedicentibus iisdem noviter plur alitate votorum Michael Brezovachki et Georgius Santich suffecti sunt.

Officium spanatus Matthia Spulko aeque more consueto resignante pro eodem candidabantur idem Mathias Spulko, Georgius Santich et Petrus Guzanich, e quibus pluralitate votorum Matthias Spulko ultro ellectus et confirmatus consuetum deposuit juramentum.

Officio decanali per resignationem, ex priori adhuc anno per Michaelem Brezovachki factam deprecationem vaccante, pro candidabantur idem Michael Brezovachki, Georgius Santich et Josephus Hochnemer, e quibus pluralitate votorum praefatus Josephus Hochnemer ellectus quidem est, verum quia ad itteratas magistratus hujus civitatis excelsae Camerae propterea factas repraesentationes eidem officio nullum adhucdum resolutum foret salarium ejusdemque officii functio et juramentum neodum constaret, ideo super neo-ellecti decani domini utpote Josephi Hochnemer adjuratione supersessum exstitit.

Officio notariali velut ex benigna Suae sacratissimae apostolicae Majestatis resolutione per excelsam Cameram civitati huic intimata sub annuam ellectionem et restaurationem non cadente prior civitatis notarius Michael Thadeus Struchich consuetum notariale juramentum renovavit.

Quibus ita praemissis sedibusque tam interni quam externi senatus repletis ac officiis modo praevio dispositis, posteaquam dominus civitatis judex Ladislaus Szale officium suum resignasset, pro eodem officio candidabantur domini idem emeritus Ladislaus Szale, Nicolaus Babochai aliter Cheh et Josephus Ponekovich, e numero quorum praefatus dominus Ladislaus Szale pluralitate votorum judex denominatus, ellectus et confirmatus atque sub pulsu majoris campanae ad ecclesiam parochialem in comitiva dominorum senatorum et ellectae comunitatis deductus est, ibidemque decantato hymno Ambrosiano consuetum praelegente domino notario deposuit juramentum.

Et sic promessae restaurationis magistratualis actus pro suprascripta die terminatus est.

Michael Thadeus Struchich,
juratus civitatis notarius

Die imediate sequenti sive 4ta mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea loco quippe soliti consessus ex interiori nihilominus senatu dominis Benedicto Krajachich ab officio suspenso, Michaele vero Blasekovich et Joanne Gregurich absentibus, ex exteriori vero senatu aeque Matthia Lenhordt, Stephano Babochai, Josepho Hochnemer, Matthia Juraich, Stephano Szale, Georgio Santich et Joanne Cheh, in sub officialium ellectione continuative progressum exstitit.

Et quidem organista et choralistae priores ultro in functionibus suis relicti sunt.

Campanatores parochialis ecclesiae s. Marci anni superioris utpote Martinus Mesnyar et Joannes Gabrieli ultro confirmati atque super observatis in ecclesia hactenus incendiis corepti ac ad majorem mundiciem in ecclesia servandam commoniti sunt.

Campanator s. Margarethae Petrus Ptichek in functione et beneficio suo ultro relictus est.

Campanator patientis Christi prior Josephus Szever aeque in functione et beneficio suo ultro relictus est.

Ac tandem campanator capelae s. Ursulae prior Georgius Steffanich itidem confirmatus est.

Qui omnes praemissi campanatores super muniis et servitiis suis insimul consuetum deposuerunt juramentum.

Quandoquidem sacrista parochialis ecclesiae s. Marci priorum annorum Felicianus utpote Bellich tanquam senio in tantum confectus, quod debitam functionem suam cum obligatione omni mane et vesperi in praefata ecclesia rosarium publice praeorandi conjuncta obire nequiret, idcirco pro hac vice resolutum est, ut munus sacristae campanatores ejusdem ecclesiae exerceant habituri consuetum eatenus resolutum salarium intra se se aequaliter dividendum obligatione modo praemisso praeorandi rosarium Balthasari Staidoher choralistae praefatae ecclesiae dum consueto eatenus resoluto quanto imposito existente.

Demum prior civitatis castellanus Nicolaus Huziak itidem in officio suo ultro relictus et confirmatus solitum deposuit juramentum.

Taliterque totius restaurationis series conclusa exstitit.

Neo-assumptorum in concivilitatem series cum denominatione cognominum, nascitae, conditionis ac taxae expressione in prothocollo civili inserta habetur.

His taliter praemissis dominus civitatis judex omnes et singulos rationibus civitatis hujus quoquo modo obnoxios de iisdem quanto ocius reddendis publice monuit.

Michael Thadaeus Struchich,
juratus civitatis notarius

Die tandem 8a ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea considentibus tam interiori, quam et exteriori senatu, convocatis potiori numero civitatis hujus civibus pro praescripto et exigentia praedeclaratae normae constitutiones regia authoritate firmatae alioquin vernacula lingua expressae nec non acta commissionis Jaszianae ex Latino in Croaticum transposita publice perlecta sunt.

Suprascriptus notarius idem m. p.

Schema
seu status personalis magistratualium et comunitatis
officiorum anni 1762. cum circumscriptione in
benignissima idaea praescripta

Matthias Struchich, nobilis, Croata, illiteratus, nodifex

Ladislaus Szale, nobilis, Hungarus, causarum advocatus, judex, qui qua talis ex resolutione Suae Majestatis sacratissimae pro judicio verbali cedentem septenarium seu denarios 11 1/2 propter populi pauperiem ra-

rius percipiens, ex usu ab olim ex decimis campi quidem exigui si quo anno de frumento pro parte cleri proveniant currus 15, tollit 16um cum obligatione decimatoribus praestandi prandii, ex vino a tribus promonthoriis seorsive tesseram sub prima secundam juxta procreationem subinde unam vel duas urnas, subinde pintas aliquot musti, dum autem aliquando cum pomis citrinis, piscibus et aliis minutiis quaestores comparent, praesentant se judici cum unius alteriusve grossi in talibus parvalibus valore, in fixo vero cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Nicolaus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, litteratus.

Ladislaus Kiraly, Hungarus, causarum advocatus emeritus.

Franciscus Hadrovich, nobilis, Croata, litteratus.

Benedictus Krajachich, nobilis, Croata, causarum advocatus, Ministerialis Banco Deputationis in Croatia et comitis generalis Josephi Drasskovich plenipotentiarius, a sede et officio suspensus.

Stephanus Zareczki, civitatis Zagrabiensis capitaneus, litteratus, qua talis habet ex cassa civitatis praefatae salarii annue florenos 20, ex decimis Hraschensium frumenti solitos vertices qui anno praeterito exportarunt mixturae in toto vaganos 4 1/4, ab obsigilatione singulae mensurae Posoniensis policei dictae denarios hungaricos 5, a macellis et rebus venalibus in foro duae partes ex quanto illo obveniunt apreciatoribus, tertia dicto capitaneo, exportans anno effluxo florenos in toto 7 denarios 22 1/2, ex jure autem stapulae seu depositionis mercium occasione 6, in anno nundinarum hic existentium titulo regalium vigore salvi conductus ab olim percipi solitorum obveniunt eidem ab uno cum caepis rubris aut cotibus pro cultris necessariis, cauconibus et reliquis rebus mercantilibus onerato denarii 5 plurimum, ast rarissime denarii 10 vel loco horum in natura caeparum restim unam valoris cruciferorum 2, cauconum unum, alterumve manupletium valoris denariorum 10 ab uno curru piscium vilissimum piscem alburnum vel gerretem ossiculis plenum valoris denariorum 2 1/2, a quaestoribus Graecis quorum per 30 et ultro solent in foro Mandussevecz aplicare tentoria pro integris 6 nundinis insimul ab omnibus unum par cutium seu pellium Cordubensium, a quaestoribus Kalagiis in natura de rebus minutissimis a valore denarios 15, a mercatoribus Italis extraneis in pecunia subinde denarios 15, a potentioribus plus, pro depositione querellae denarios 11 1/2, occasione paradae Paschalis pro fatigio ex cellario civitatis vini cubulum 1 et Penthecostalis paradae ad capelam s. Spiritus ex ipsius capelae cellario vini cubulum 1/2, ab obsigilatione singulae ulnae mercatoribus distribui solitae grossos 2, ab obsigilatione cubiti aeque distribui soliti grossum 1.

Josephus Ponekovich, Croata, litteratus, capitalis tricesimae Zagrabiensis perceptor.

Michael Blasekovich, nobilis, Croata, causarum et comitum Antonii ab Auerspergh ac haeredum Ludovico Erdödianorum et venerabilis Capituli Zagrabiensis fiscalis advocatus.

Michael Sottner, Carniolus, comode litteratus, bibliopegus.

Adamus Szitarek, Hungarus, litteratus.

Joannes Gregurich, nobilis, Croata, litteratus, dicae et impositionis Regni subalternus perceptor.

Quorum singuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Comunitatis seu juratorum assessorum
eodem ordine senii

Felicianus Bellich, Carniolus, utcunque litteratus, tricesimae civitatis contrascriba sine salario et functione.

Michael Thadaeus Struchich, nobilis, Croata, causarum advocatus et notarius civitatis, qua talis cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimam Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem,

Mathias Lenhordt, Germanice bene litteratus, Germanus, murariorum magister.

Thomas Sztojanich, illiteratus, cothurnarius et subalternus aedituus parochialis ecclesiae, qua talis cum salario florenorum 10 ex cassa ecclesiae.

Stephanus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, Comitatus Zagrabiensis judex nobilium.

Josephus Hochnemer, nobilis, Croata, causarum advocatus, postae Zagrabiensis magister et neo-ellectus decanus, sine juramento et salario.

Joannes Gasparinchich, Croata, illiteratus, faber.

Josephus Maczan, Croata, professione sartor, utcunque litteratus, praefectus xenodochii senior, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Josephus Bellich, Croata, comode litteratus, subalternus xenodochii praefectus, qua talis cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Georgius Scaglia, Croata, litteratus, quaestor, s. Margarethae et patientis Christi aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassis praefatarum capelarum.

Josephus Valenczi, Styrus, Germanice litteratus, mercator, aedituus capelae s. Joannis Nepomuceni, qua talis sine omni salario.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus, provisor dominii Erdödiani Keresztinecz et tricesimae civitatis exactor, sine salario et functione.

Mathias Spulko, Croata, professione sartor, illiteratus, spanus civitatis et aedituus capelae s. Rochi, qua spanus cum salario florenorum 40 ex cassa civitatis, qua aedituus vero florenorum 2 grossorum 8 ex cassa ejusdem capelae.

Mathias Juraich, nobilis, Croata, causarum et dominii Perlasziani Ozali fiscalis advocatus.

Joannes Skerlecz, Croata, comode litteratus, nodifex.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor, illiteratus.

Michael Brezovachki, Hungarus ex Murakösz, litteratus, apreciator seu fori inspector, sine salario, una cum socio suo, ab infra declarando, ambo tamen cum accidentiis a macellis civitatis et rebus venalibus cum civitatis capitaneo (uti ad officium ejusdem capitanei expressum est) dividendo; item pro dimensuratione frumenti, si catenus requiruntur, a singulo vagano denarium 1, item a curu piscibus recentibus quandoque ad jurisdictionem civitatis pervenire contingentibus onerato libras piscium 2; item a curru lampretis onerato de rariori contingentia ad jurisdictionem civitatis pervenire policeum lampretarum, nec a curru caseis onerato unius casei quartam partem, ac denique a singulo suino ca-

pite in foro civitatis emacillando precium librae unius in pecunia accipiunt.

Stephanus Szale, nobilis, Hungarus, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorupp, illiteratus, Croata, professione nodifex.

Georgius Santich, Croata, utcunque litteratus, professione nodifex et apreciator sive fori inspector, sine salario, cum accidentiis tamen supraexpositis ac cum socio dividendis.

Joannes Cheh, Croata, litteratus, capitalis tricesimae Zagrebiensis subalternus perceptor et parochialis ecclesiae primarius aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa ecclesiae.

Daniel Schmidt, Croata, utcunque litteratus, professione lebetarius et civitatis camerarius, qua talis cum salario florenorum 50.

Michael Mikssich, nobilis, Croata, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium, civitatis perceptor, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa civitatis, ac capelae s. Spiritus aedituus, qua talis cum salario florenorum 5 ex cassa capelae.

Petrus Blasekovich, nobilis, Croata, causarum advocatus, Comitatus Zagrabiensis fiscalis et civitatis tribunus plebis pro quotidianis ferme causarum fiscalium circumstantiis in deffectu prioris fiscalis civitati summe necessarius, cum salario officii hactenus in civitate ipsa vigentis fisci florenorum 50.

Sacratissima caesareo regia apostolica Majestas,
Domina domina clementissima!

Benignissimum apostolicae Majestatis vestrae de dato in archiducali civitate sua Vienna Austriae die 21. praeteriti mensis januarii ad demissimam nostram propterea Majestati vestrae factam instantiam emanatum mandatum, mediante quo apostolica Majestas vestra sacratissima magistratualis restaurationis nostrae actum pro hac etiam vice absque interventu comissarii Majestatis vestrae sacratissimae regii peragendum ex conaturali clementia sua nobis concredere dignabatur, die 1ma pariter effluxi mensis februarii in domo praetorea una constituti in subditali devotione nostra accepimus, quamobrem intimata, quibus competebat ejusdem Majestatis vestrae apostolicae in nos clementia et futura pro propediem eotum adventante divi Blasii episcopi et martyris privilegiali die restauratione nostra eandem adveniente praefato termino, audito primo in parochiali ecclesia s. Marci solenniter decantato missae sacrificio invocataque eatenus divini Spiritus gratia orsi primo quidem magistratus nostri interioris per interventam medio tempore Adami olim Balogh mortem una sede vaccante, observantes in omnibus clementissimam Majestatis vestrae sacratissimae medio Camerae suae Posoniensis nobis submissam candidationis et ellectionis normam et idaeam eandem senatoralem, et post hanc per unius ex exteriori senatu, ad interiore, promotionem vaccantem ejusdem assessoralem redintegravimus sedes. Quibus redintegratis aliisque officiis civilibus modalitate in humillime annexo dietario ac penes hoc schemate restaurationis expressa completis; quandoquidem officium decani quod olim in senatu hoc magistri civium fuerat itteratis Cameralibus decretis urgentibus sub

solo decani nomine exteriori senatui seu comunitati anno adhuc priori delatum fuisset et praelibata Camera Majestatis vestrae sacratissimae Posoniensis licet repraesentationibus nostris repetitis interpellata neque salarium quodpiam hactenus resolvisset, neque munia eidem et functiones distinctas autem magistro civium convenientes per consequens etiam juramenti formulam praescripsisset, ideo neo-ellectus decanus Josephus Hochnemer super officio suo juramentum adhucdum non praestitit. His modo praevio superatis tandem in ellectione judicis post resignationem ejusdem processimus in cujusmodi officio prior judex qua vir juris peritus confirmatus et denuo ellectus solitum ad cornu majoris arae in parochiali ecclesia deposuit juramentum; taliterque praeattacta privilegiali 3tia februarii et subsequis continuative diebus ordine in humillime advoluto dietario contento restaurationis nostrae actum decenter, debite ac pacate peregimus et terminavimus, quem ut apostolica Majestas vestra sacratissima benignissime ratificare et confirmare dignetur in subditali devotione nostra humillimi de genu supplicantes vitam et sanguinem nostrum in altissimum Majestatis vestrae servitium in submissima devotione nostra offerentes emorimur.

Zagrabiae die 14. martii anno Domini 1762.

Excelsum Camerale Consilium,
Domini domini generosissimi!

Benignissimo sacratissimae caesareo regiae apostoliae Majestatis de dato Viennae Austriae die 21. praeteriti mensis januarii mandato restauratorio, ita et gratioso excelsae ejusdem Camerae intimatorio decreto in humillima per nos devotione die 1ma evoluti mensis februarii perceptis, qualis pro privilegiali divi Blasii episcopi et martyris die quippe 3tia modo dicti mensis juxta observatam clementissimam medio excelsae ipsius Camerae benigne nobis submissam idaeam magistratualis intra nos invocato s. Spiritus lumine quieta omnino et pacifica successerit restauratio, ex schemate et annexo demisse dietario nostro restauratorio uberius informari dignabitur excelsa Camera. Quantum autem extractum de cassae remanentia et restantiis apud cives ne fors haerentibus praesenti humillime relationi nostra accludi praescriptum attinet, nos eatenus excelsae Camerae aliud refferre non valemus, quam quod prior civitatis hujus camerarius Joannes Skerlecz post sui restaurationem et alterius ellectionem suo in officio successori paratae pecuniae florenos duntaxat Rhenenses 60 resignavit, quid vero et quantum in cassa adhuc remanserit, nobis non constat, siquidem idem camerarius a primordio statim alterius ellectionis et expost saepius ac tempore etiam postremae magistratualis restaurationis nostrae, licet per nos praemonitus, rationes suas ac per consequens erruibiles ex iisdem restantias adhucdum nobis non praesentasset, unde evenit quod cum exspectatione exhibendarum per praefatum camerarium rationum adeoque inde eruendae praefatae remanentio cassae neque tamen obtentarum tardius nonnihil praemissam restaurationem nostram excelsae Camerae in veneratione submittamus, quam ut excelsa Camera gratiose acceptare ac per Suam Majestatem sacratissimam approbandam alto patrocinio suo secundare dignetur humillime in veneratione instamus. Porro quoniam intuitu capitalium hu-

jus civitatis excelsae Camerae hactenus perscriptum haberetur, non dubitamus quin eorundem alioquin in suis locis et statu permanentium excelsae Camerae plenam notitiam non haberet, si nihilominus uberius de iisdem informari voluerit, nos id quoque facere non intermittemus, qui in reliquo gratiis et protectionibus excelsae Camerae ultro comendati manemus.

Zagrabiae die 14. martii anno Domini 1762.

Spectabilis ac magnifice domine consiliarie et administrator,
Domine nobis colendissime!

Restaurationem magistratualem civitatis hujus Zagrabiensis pro anno currente ex benignissima Suae Majestatis sacratissimae apostolicae clementia nobis pro hac etiam vice absque interventu comissarii regii concreditam ac per nos juxta normam et idaeam per excelsam Hungarico-aulicam Cameram Posoniensem nobis gratiose submissam tertia et subsequis continuative diebus praeteriti mensis februarii decenter et pacate conclusam et terminatam spectabili et magnificae dominationi vestrae eo fine transmittimus, quatenus eandem excelsae quoque Camerae pro rati habenda exhibere et praesentare dignaretur. Quod dein humillime petimus preciosis spectabilis et magnificae dominationis vestrae favoribus commendati manemus.

Zagrabiae die 14. martii anno Domini 1762.

Contradictio nomine domini Joannis Rauch (Titulus etc.)
ipso die praemissae restaurationis exhibita et superius
paragrapho quinto memorata

Nomine et ex parte nobilis et generosae dominae Catharinae Illiassich spectabilis et generosi domini Joannis Rauch, sacratissimae caesareae et regiae Majestatis consiliarii Aulico-Hungarici, coram amplissimo magistratu liberae regiae civitatis Zagrabiensis hodie insimul congregatis solennis et publica interponitur protestatio in eo, quod siquidem publica notarietate constet dominum perillustrem Sigismundum Illiassich fratrem dominae protestantis germanum et suum in bonis intra limites jurisdictionis hujus civitatis existentibus condivisionalem domum muratam intra muros et moenia dictae urbis existentem ac occasione divisionis cum domina protestante habitae ad portionem suam obventam, alias sibi et dominae protestanti avitam, perpetuo vendidisse et a sanguine successioneque sororea nulla rationabili de causa, minus vero urgente aliqua ratione suis viis et modis occultis, de quibus reservatur, alienasse. Jam autem eidem dominae protestanti pro certo innocuisset, eundem dominum fratrem suum alia etiam bona et tenuta portionis suae sibi ab eadem domina protestante sorte pari divisoria obventa, intra praemissae jurisdictionis limites et Comitatu Zagrabiensi existentia distrahere, alienareque velle et jam cum nonnullis de eo occultos suos, ne dominae protestanti innotesceret, contulisse conatus, quod sicut in praejudicium jurium dominae protestantis et damnum successionis ejusdem evidens vergeret, ita ejusmodi venditioni, alienationi, imo et inscriptioni involutionique in parte vel toto fiendis nunc pro tunc et

tunc pro nunc contradicit, reclamat et protestatur palam, publice et manifeste, inhibendo tam praescitum dominum fratrem suum, a venditione, alienatione etiam ad tempus fienda inscriptione involutioneque, quam et universos ac singulos ab emptione ac qualicunque eorundem bonorum in parte vel toto aperte vel occulte fienda conventione et apprehensione reservando sibi et suis viam omni meliori modo tam rem apprehensam recipiendi, quam de dolosis ne fors tractatibus tractantes conveniendi facultatem petendo sibi super praemissis extradari testimoniales.

Datum Zagrabiae in domo senatorea dictae civitatis die 3ia februarii 1762.

1763.

Series restaurationis magistratualis
anni millesimi septingentesimi sexagesimi tertii

Anno Domini 1763. die vero 3ia mensis februarii sive ipso festo divi Blasii episcopi et martyris, termino videlicet privilegiali celebrandae ex clementissimo suae sacratissimae apostolicae Majestatis indultu restaurationis magistratualis Zagrabiae in domo praetorea senatorea omnino intra muros et moenia praelibatae civitatis inque Comitatu ejusdem nominis existente habita per magistratum et ellectam communitatem una simul constitutam, ex senatu interiori domino Benedicto Krajachich ab officio et sede suspenso sed et pluribus in Regno officiis dotato, per mortem vero et decessum domini olim Nicolai Babochai aliter Cheh una sede senatorali vacante, adeoque reliquis numero decem dominis senatoribus praesentibus, ex exteriori autem senatu absentibus Michaele Miksich, altero Michaele Brezovachki et Joanne Skerlecz, Feliciano Bellich ex provecta admodum et debili aetate ac Joanne Gasparinchich aegrotantibus, per mortem autem Matthiae Lenhordt una, per resignationem Joannis Gorup alia ac tandem tertia aeque per resignationem Georgii Santich sedibus assessoralibus vacantibus ad instituendam praedeclaratam restaurationem magistratualem

Acta

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae apostolicae per excelsam Cameram Hungarico Aulicam de dato 26ta mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et ellectam communitatem (exceptis supranominatis) hora 8a matutina ad ecclesiam divi Marci evangelistae parochialem ex domo praetorea procedentes, audito inibi solenniter decantato missae sacrificio invocatoque s. Spiritus lumine, rursus ad praefatam domum praetoream regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes pro observata ab olim in hac civitate consuetudine ad publicationem fassionum pro hodierna die expeditarum et pro majoris civitatis sigilli impressione praesentatarum ventum fuit.

Qua occasione fassionibus Joannis Vuk aliter Depoczi super certa terra arrabili pro circumspectis Andrea cothurnario et Joanne Budinschak factis dominus Josephus Hohnemer suo et dominae genitricis suae nomine contradixit, qui etiam ad 15tum diem abhinc computandum contradictionis suae rationem redditurus in praesentiam amplissimi magistratus citatus et certificatus est.

Quo finito reportatoque ad conservam et archivium in sacristia antelatae ecclesiae parochialis habitum praementionato majori sigillo egregius Josephus Hohnemer qua praefatae civitatis substitutus tribunus plebis universis fassionibus, contractibus, emptionibusque et venditionibus quibusvis aut dispositionibus, in quantum juribus civitatis hujus fiscalibus praejudicarent, hactenus quoquo modo interventis, palam publice et manifeste contradixit praemissasque hactenus contradictiones fiscales reiteravit.

Nec absimiliter dominus Franciscus Hadrovich intuitu certae terrae arrabilis Za vertmi chismessinszkemi sic dictae per actualem dominum civitatis judicem, ejusdemque fratruelem Stephanum Szale a domina olim Magdichiana dein etiam Zannaiana consorte emptae jure vicinitatis a pridem interpositas contradictiones suas renovavit.

Quo facto pro tanto exactiori praelibatae magistratualium restaurationum normae debita observatione eadem saepefata norma, benignissimum item suae sacratissimae apostolicae Majestatis mandatum restauratorium sub dato in archiducali civitate Vienna Austriae die secunda mensis 9bris ita et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-Aulicae Posonii die 22da attacti mensis novembris anni proxime praeteriti 1762. ad hanc civitatem datum intimatorium decretum per dominum civitatis notarium in publico lecta et interpraetata extiterunt. Pro cujusmodi praedeclaratae ideae restaurationis exigentia cum primis ad replendum exterioris senatus numerum descensum exstitit; itaque per mortem praefati Mathiae Lenhordt prima sedis assessoralis vacantia semet offerente, pro eadem candidabantur domini Samuel Orlik, Nicolaus Szudetich et Joannes Svabel, ex quibus plurium votis dominus Nicolaus Szudetich ellectus est hac tamen et praevie per se assumpta conditione, ut in actuali officii camerariatus civitatis hujus ellectione idem quoque officium assumere obligatus maneat, qui nihilominus ob aegram valetudinem suam in publicum comparere nequiens adjurari etiam non poterat, pro proximo vero convalescentiae suae tempore consuetum assessorale depositurus juramentum.

Occurrente praeterea et in considerationem sumpto eo, quod Felicianus Bellich aetate et debilitate in tantum confectus esset, quod non tantum ad gerendum ultro officium assessorale inhabilis redditus sit, verum etiam mediis vitae destitutus ad xenodochium civitatis reponi debuerit, idcirco censebantur duo e gremio ellectae communitatis ad eundem Felicianum Bellich fine eo mittendi, ut declaret se num praemissum suum officium assessorale ultro retinere vel vero eidem valedicere velit; quem in finem domini Stephanus Szale et Joannes Cheh exmissi uniformiter retulerunt memoratum Felicianum Bellich propter compertam sui debilitatem et palam omnibus constantem ejusmodi servitio satisfaciendi impossibilitatem officio suo cum plena gratiarum actione, quod hucusque in eodem conservatus extiterit, valedixisse; atque

hinc alia sede assessorali vacante pro eadem candidati sunt praefati domini Samuel Orlik, Joannes Svabel cum Josepho Stiller, inter quos pluribus votis dominus Joannes Svabel ellectus consuetum deposuit juramentum.

Pro tertia per resignationem Joannis Gorup vacante sede assessorali complenda praefato domino Samueli Orlek in canndidatione jungebantur dictus Josephus Stiller et Augustinus Pirling, ex quibus pluralitate votorum dominus Samuel Orlik electus instantanee juramentum deposuit assessorale.

Ac demum per resignationem alterius Georgii utpote Santich quarta itidem sede assessorali vacante pro eadem replenda candidabantur suprascripti Josephus Stiller, Augustinus Pirling, hisque nobilis Petrus Harapinovich jungebatur, ex quibus potioritate votorum Josephus Stiller ellectus ob suam domi non existentiam adjurari nequiverat, exindeque sedes ejusdem vacua remanserat.

Quia vero tenoribus praeattactae restaurationis magistratualis ideae praeciperetur ante ellectionem senatoralem sedes omnes in exteriori senatu compleri debere; in casum itaque praenarratae vaccantiae pro complenda ejusmodi sede assessorali ultro ad candidationem regredi oportebat, uti et candidati extiterunt suprafati Augustinus Pirling, Petrus Harapinovich cum Ignatio Pergraffer, quos inter Petrus Harapinovich cum eodem Ignatio Pergraffer in aequalitate votorum positus ellectivo dein domini judicis voto superans denominatus deposito consueto assessorali juramento pramissam cepit sedem.

His taliter actis pro sede una senatorali per mortem et decessum suprascripti olim Nicolai Babochai aliter Cheh vacante ex exteriori senatu pro eadem replenda candidati sunt Josephus Maczan, Georgius Skalia et Joannes Cheh, e numero quorum pluralitate votorum praefatus dominus Georgius Skalia ellectus consuetum senatorale deposuit juramentum.

Per promotionem cujus, siquidem unius ad huc sedis assessoralis vaccantia enata fuisset, intereaque praeinsertus Josephus Stiller in praesentiam utriusque senatus velut in modalitate praevia in assessorem ellectus comparuisset, hinc stante adhucdum ejusdem ellectione solitum juramentum assessorale deposuit, taliterque per captam postremo loco sedem suam seriem et numerum assessoralem complevit.

Quoniam porro in aequam considerationem justamque reflexionem et id sumptum exstitisset, quod dominus Benedictus Krajachich pluribus in Regno hoc officiis ac functionibus, vicinorum utpote fiscalatuum Capitularis et domini comitis generalis Draskovich, ob ejusmodi viciniam jurisdictioni hujus civitatis immediate opositam officio suo senatorali incompatibilibus provisus haberetur et alioquin tanquam a sede et officio senatorali suspensus civitati huic jam a triennio non serviret, hinc fine aperiendae alteri serviendi occasionis, dubiis nam alter in locum ejusdem constitui possit, nec ne ? votis diutius agitabatur, donec potioribus ellectae communitatis votis superatum fuit usque ulteriorem benignam eatenus suae sacratissimae apostolicae Majestatis resolutionem et gratiosam excelsae Camerae dispositionem ab alterius in locum praefati domini Krajachich ellectione supersedendum esse. Quo superato

exsurgens dominus Josephus Hohnemer qui medio tempore post interventam domini Petri Blasekovich officii tribuni plebis resignationem eidem in praemisso officio surrogatus fuerat dicto officio valedixit, communibus nihilominus votis in eodem tribuni plebis officio suprafatus dominus Josephus Hohnemer confirmatus est.

Domino quoque Stephano Zareczki sua serie officium capitaneatus resignante pro eodem candidati sunt domini prior Stephanus Zareczki, Franciscus Hadrovich et Adamus Szitarik, ex quibus plurium votis dictus dominus Stephanus Zareczki confirmatus est.

In officio civitatis tricesimali ad rationem Suae Majestatis sacratissimae sequestrato pro primario domino Stephano Chabrian ultro confirmato, cum subalternus ejusdem sive secundarius Felicianus Bellich officio assessorali valedixisset, pro eodem secundario dominus Daniel Schmidt ellectus est.

Pro praefectura xenodochii siquidem dominus Josephus Maczan, velut senior xenodochii praefectus idem officium plene resignasset et ulteriorem pro tali sui candidationem in publico deprecatus fuisset, ideo pro eodem candidabantur domini Stephanus Cheh, Samuel Orlik et Joannes Svabel, ex quibus pro primario praefecto electus est dominus Joannes Svabel, ultro pro secundario sive juniori xenodochii praefecto Josepho Bellich confirmato.

Officium civitatis perceptorale primo domino Michaeli Miksich collatum, verum successive et antedicti officii functionem, sive post ejusdem in captivitatem Borussicam abscessum in dominum Stephanum Szale translatum, eodem domino Stephano Szale resignante, pro eodem candidabantur domini idem Stephanus Szale, Samuel Orlik et Stephanus Cheh, ex quibus prior dominus Stephanus Szale pluralitate votorum ultro confirmatus est.

Officio aedituatus parochialis s. Marci ecclesiae per priores aedituos, utpote seniorem dominum Joannem Cheh, juniorem vero Thomam Sztojanich resignato in ejusmodi officio ambo priores quoque confirmati sunt.

Per praeviam domini Georgii Skalia in officium senatorale promotionem vaccante aedituatu capellarum patientis Christi et s. Margarethae, pro quo candidati extiterunt Josephus Stiller, Petrus Guzanich et Joannes Gasparinchich, e quibus potioritate votorum praefatus Joannes Gasparinchich ellectus est, qui ob actualem aegram ejusdem constitutionem primo in conspectum magistratus adventus sui tempore solitum deponere juramentum obligabitur.

In officio aedituali s. Joannis Nepomuceni prior Josephus Valenczi communibus votis confirmatus est.

Ita et prior capellae s. Rochi aedituus Matthias Spulko potioritate votorum ellectus et confirmatus est.

In officio aedituali capellae s. Spiritus post memoratam praefati domini Michaelis Miksich in captivitatem Borussicam emigrationem surrogatus eidem dominus Joannes Skerlecz aeque potioribus votis confirmatus est, ut primum rediturus aeque juramentum suum deponere obligabitur.

Qui omnes praemissi ac praesentes aeditui super servitiis suis et functionibus insimul consuetum deposuerunt juramentum.

Officio et functione appraeciatorum rerum venalium in foro et jurisdictione hujus civitatis occurribilium plene vacante, siquidem priores et quidem Georgius Santich officio assessorali valedixisset, alter vero Michael Brezovachki hinc et e Regno abesset, pro eodem complendo officio ejusdemque debita cura et invigilantia servanda potioribus votis suprascriptus Petrus Guzanich et alter Petrus Harapinovich ellecti sunt.

Officium hujus civitatis spanatus Mathias Spulko aeque pro more ac consuetudine resignavit quidem verum et ultro idem in praemisso officio plurium votis confirmatus adjuratus est.

In officio decani ad exigentiam gratiosi excelsae Camerae decreti prior quoque decanus dominus Josephus Hohnemer confirmatus est, in parochiali ecclesia super officio et functione sua adjurandus.

Officio notariali ex benignissima Suae sacratissimae Majestatis apostolicae resolutione per excelsam Cameram civitati huic gratiose intimata sub annuam ellectionem non cadente prior civitatis notarius dominus Michael Thadaeus Struchich ultro quoque officio suo functurus est.

Quibus ita praemissis sedibusque tam interni quam externi senatus repletis ac officiis modo praevio dispositis, posteaquam dominus civitatis judex Ladislaus Szale officium suum resignasset, pro eodem officio candidabantur domini idem emeritus Ladislaus Szale, alter Ladislaus Kiraly et Josephus Ponekovich, e numero quorum praefatus dominus Ladislaus Szale pluralitate votorum denominatus, ellectus et confirmatus atque sub pulsu majoris campanae ad ecclesiam parochialem in comitiva dominorum senatorum et ellectae communitatis deductus est, ibidemque decantato hymno Ambrosiano consuetum praelegente domino notario deposuit juramentum.

Pariter quoque suprafatus Josephus Hohnemer qua decanus super officio et functione sua praelegente eodem domino notario adjuratus est.

Et sic praemissae restaurationis magistratualis actus pro suprascripta die quiete, tranquille et pacifice terminatus est.

Die immediate sequenti sive 4ta mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea loco quippe soliti consessus, ex interiori senatu domino Benedicto Krajachich ab officio suspenso, reliquis autem praesentibus, ex exteriori vero Joanne Gasparinchich aegrotante, Joanne Skerlecz, Michaele Brezovachki, Michaele Miksich, Stephano Cheh et Mathia Juraich absentibus, ultro continuative in restauratione subofficialium processum est.

Et quia per dominum civitatis judicem relatum exstitisset, quod dominus Nicolaus Szudetich sub hesterna restauratione neoellectus et creatus assessor ob modernam sinistram valetudinem et alioquin secus etiam debilem complexionem suam praemisso officio cum gratiarum actione renunciaverit et valedixerit, talemque valedictionem suam per litteras in publico productas et visas domino judici significaverit; quo intellecto Nicolaus Huzjak, ante hac civitatis castellanus, pro vacante modo antelato sede una assessorali cum conditione etiam illico assumendi officii camerariatus hujus civitatis institit; qui etiam plurium votis resolutus super utroque praemisso officio successive adjuratus est.

Siquidem prioribus annis inspectores sive visitatores caminorum propter exiguam illam quottam, quae ipsis ex cassa civitatis annue pendi solebat, iisdem detractam munio suo satisfacere neglexissent et recusassent in tantum, quod praecedentibus antehac annis ne quidem constituebantur, magistratus autem et communitas magnum in eo defectum et per iteratam ignis eruptionem errorem advertisset, hinc constituitur, ut amodo habituri ejusmodi invigilantiam, quottam quoque consuetam, singulus videlicet ipsorum florenum Hungaricalem unum ex cassa civitatis habeat et promereatur; itaque pro ejusmodi officio domini Samuel Orlik, Joannes Svabel, Josephus Stiller et Petrus Harapinovich velut novissimi assessores resoluti sunt, exactius imposterum munio et obligationi suae satisfacturi.

Organista Ignatius Pergraffer et choralistae ultro quoque confirmantur, hac praefato organistae data activitate, ut si quem ex actualibus choralistis immutandi aliumve substituendi necessitatem observaverit, id ipsum amplissimo magistratui proponere et de substituendo subjecto providere possit atque valeat.

Campanatores parochialis ecclesiae sancti Marci priores Martinus utpote Mesniar et Joannes Gabrieli confirmati sunt, sedulam in ecclesia munditiei curam servaturi.

Campanator s. Margarethae Petrus Ptichek, ita et campanator patientis Christi Josephus Szever prout et campanator capellae s. Ursulae Georgius Steffanich ultro etiam confirmantur.

Qui omnes praemissi campanatores super muniis et servitiis suis insimul consuetum deposuerunt juramentum.

Adveniente ad munus sacristae parochialis ecclesiae ordine, quia observatum hoc evoluto anno esset, quod munus ejusmodi campanatores exercentes rarius ipsi hospites in sacristia comperiebantur, verum medio servorum et sodalium suorum obligationem suam obibant, id autem aperti periculi foret, ne res ecclesiae per contrectationem talium dispareant et deperdantur, idcirco conclusum est, ut imposterum sacrista praefatae ecclesiae parochialis salarium florenorum 30 ex cassa ecclesiae habiturus, continuo ipse in persona in ecclesia maneat, res ecclesiae ac ea quae ipsius intererunt, sollicite exacte atque sine defectu administret, ut autem et id regulatiori via et ordine fiat, domino civitatis parocho incumbet obligationem sacristae quanto citius seriatim elaborare, scripto comprehendere et amplissimo magistratui praesentare, hominemque ad id aptum et idoneum proponere. Praeorationis rosarii singulis diebus in praefata ecclesia sine intermissione fiendae munio penes Balthasarem Stajduhar, choralistam praefatae ecclesiae cum consueto eatenus resoluto quanto ultro relicto existente.

Priori castellano Nicolao Huzjak in officium assessorale evecto atque adeo castellani officio vacante, pro eodem debite obeundo circumspectus Michael Domiankovich resolutus solicitum deposuit juramentum.

Taliterque totius restaurationis series conclusa exstitit.

Neo-assumptorum in concivitatem series cum accurata nominis, cognominis, nascitae, conditionis et taxae expressione in prothocollo civili inserta habetur.

His taliter praemissis dominus civitatis judex omnes et singulos rationibus civitatis hujus quoquo modo obnoxios de iisdem quanto citius reddendis publice monuit.

Die tandem 7ma februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea convocatis et considentibus ex interiori quidem senatu dominis Ladislao Szale judice, Mathia Struchich, Ladislao Kiraly, Joanne Sattner, Adamo Szittarik et Georgio Skalia, ex exteriori autem Josepho Hohnemer, Thoma Sztojanich, Josepho Maczan, Josepho Bellich, Josepho Valenczi, Petro Guzanich, Daniele Schmidt, Mathia Spulko, Petro Blasekovich, altero Petro Harapinovich, Josepho Stiller ac Nicolao Huzjak, civibus copiosiori numero in domo praetorea senatorea congregatis constitutiones privilegiales, statuta, ita et puncta delegatae caesareo-regiae commissionis Cameralis Croatico idiomate praelecta sunt.

Schema

seu status personalis magistratualium et communitatis officiorum anni praesentis cum circumscriptione in benignissima idaea praescripta

Mathias Struchich, nobilis, Crota, illiteratus.

Ladislaus Szale, nobilis, Hungarus, causarum advocatus, judex qui qua talis ex resolutione Suae Majestatis sacratissimae pro judicio verbali cedentem septenarium seu denarios 11 1/2 propter populi pauperiem rarius percipiens ex usu ab olim ex decimis campi quidem exigui, si quo anno de frumento pro parte cleri proveniant currus 15 tollit 16tum cum obligatione decimatoribus praestandi prandii, ex vino a tribus promonthoriis seorsive tesseram sub prima secundam juxta procreationem subinde unam vel duas urnas, subinde pintas aliquot musti, dum autem aliquando cum pomis citrinis, piscibus et aliis minutiis quaestores comparent, praesentant se judici cum unius alteriusve grossi in talibus parvalibus valore, in fixo vero cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Ladislaus Kiraly, Hungarus, causarum advocatus emeritus.

Franciscus Hadrovich, nobilis, Croata, litteratus.

Benedictus Krajachich, nobilis, Croata, causarum advocatus, ministerialis Banco Deputationis in Croatia et comitis generalis Josephi Draskovich plenipotentiarius, a sede et officio suspensus.

Stephanus Zareczki, civitatis Zagrabiensis capitaneus, litteratus, qua talis habet ex cassa civitatis praefatae salarii annue florenos 20 ex decimis Hraschensium frumenti solitos vertices, qui anno praeterito exportarunt mixturae in toto vaganos seu metretas 4 1/4 ab obsigillatione singulae mensurae Posoniensis policei dictae denarios Hungaricales 5, a macellis et rebus venalibus in foro duae partes ex quanto illo obveniunt appraeciatoribus, tertia dicto capitaneo exportans anno effluxo florenos in toto 7 denarios 22 1/2, ex jure autem stapulae seu depositionis mercium occasione sex in anno nundinarum hic existentium titulo regalium vigore salvi conductus ab olim percipi solitorum obveniunt eidem ab uno cum caepis rubris aut cotibus pro cultris necessariis, cauconibus et reliquis rebus mercantilibus onerato curru denarii 5 plurimum, ast rarissi-

me denarios 10 vel loco horum in natura caeparum restim unam valoris florenorum Rhenensium 2, cauconum unum alterumve manupletium valoris denariorum 10, ab uno curru piscium vilissimum piscem alburnum vel gerretem ossiculis plenum valoris denariorum 2 1/2, a quaestoribus Graecis, quorum per triginta et ultra solent in foro Mandussevecz applicare tentoria pro integris sex nundinis insimul ab omnibus unum par cutium seu pellium Cordubensium, a questoribus Calagiis in natura de rebus minutissimis a valore denariorum 15, a mercatoribus Italis extraneis in pecunia subinde denarios 15, subinde a potentioribus plus, pro depositione querellae denarios 11 1/2, occasione paradae Paschalis pro fatigio ex cellario civitatis vini cubulum 1 et Pentecostalis paradae ad capellam s. Spiritus ex ipsius capellae cellario vini cubulum 1/2, ab obsigillatione singulae ulnae mercatoribus distribui solitae grossos 2, ab obsigillatione cubiti aeque distribui soliti grossum 1.

Josephus Ponekovich, Croata, litteratus, capitalis tricesimae Zagrabiensis perceptor.

Michael Blasekovich, nobilis, Croata, causarum et comitum Antonii ab Auerspergh ac haeredum Ludovico- Erdödyanorum et venerabilis Capituli Zagrabiensis ficsalis advocatus.

Michael Sattner, Carniolus, commode litteratus, bibliopegus.

Adamus Szitarik, Hungarus, litteratus.

Joannes Gregorich, nobilis, Croata, litteratus, dicae et impositionis Regni subalternus perceptor.

Georgius Skalia, Croata, litteratus, mercator.

Quorum singuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Communitatis seu juratorum assessorum eodem ordine senii

Michael Thadaeus Struchich, nobilis, Croata, causarum advocatus et notarius civitatis, qua talis cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimum Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem.

Thomas Sztojanich, Croata, illiteratus, cothurnarius et subalternus aedituus parochialis ecclesiae, qua talis cum salario florenorum 10 ex cassa ecclesiae.

Stephanus Babochai aliter Cheh, nobilis, Croata, Comitatus Zagrabiensisjudex nobilium.

Josephus Hohnemer, nobilis, Croata, causarum advocatus, postae Zagrabiensis magister, tribunus plebis et civitatis decanus, qua talis cum salario per excelsam Cameram eidem resoluto florenorum 50.

Joannes Gasparinchich, Croata, illiteratus, faber, capellarum s. Margarethae et patientis Christi aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassis praefatarum capellarum.

Josephus Maczan, Croata, professione sartor, utcunque litteratus.

Josephus Bellich, Croata, commode litteratus, subalternus xenodochii praefectus, qua talis cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Josephus Valenczi, Styrus, Germanice litteratus, mercator, aedituus capellae s. Joannis Nepomuceni, qua talis sine omni salario.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus, provisor dominii Erdödyani Keresztinecz et tricesimae civitatis exactor, sine salario et functione.

Mathias Spulko, Croata, professione sartor, illiteratus, spanus civitatis et aedituus capellae s. Rochi, qua spanus cum salario florenorum 40 ex cassa civitatis, qua aedituus vero florenorum 2 grossorum 8 ex cassa ejusdem capellae.

Mathias Juraich, nobilis, Croata, commode litteratus.

Joannes Skerlecz, Croata, commode litteratus, nodifex et capellae s. Spiritus aedituus, qua talis cum salario florenorum 5 ex cassa capellae.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor, illiteratus, appreciator seu fori inspector, sine salario una cum socio suo ab infra declarando. ambo tamen cum accidentiis a macellis civitatis et rebus venalibus cum civitatis capitaneo (uti ad officium ejusdem capitanei expressum est) dividendis, item pro dimensuratione frumenti, si eatenus requiruntur, a singulo vagano denarium 1, item a curru piscibus recentibus quandoque ad jurisdictionem civitatis pervenire contingentibus onerato libras piscium 2; item a curru lampretis onerato de rariori contingentia ad jurisdictionem civitatis perveniente policeum 1 lampretarum, nec non a curru caseis onerato unius casei quartam partem, ac denique a singulo suino capite in foro civitatis emacillando pretium librae unius in pecunia accipiunt.

Michael Brezovachki, Hungarus ex Muraköz, litteratus.

Stephanus Szale, nobilis, Hungarus, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium, civitatis perceptor, qua talis cum salario florenorum 30

Joannes Cheh, Croata litteratus, administrator tricesimae Berdoviczensis et parochialis ecclesiae primarius aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa ecclesiae.

Daniel Schmidt, Croata, litteratus, professione lebetarius, tricesimae civitatis contrascriba, sine salario et functione.

Michael Miksich, nobilis, Croata, Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Petrus Blasekovich, nobilis, Croata, causarum advocatus, Comitatus Zagrabiensis fiscalis.

Joannes Svabel, Hungarus Insulanus Chaktornyensis, inclytae familiae portionisque Georgio-Erdödyanae bonorum Keresztinecz provisor, adeoque litteratus et xenodochii senior praefectus, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Samuel Orlik, nobilis, Hungarus, suprafatae portionis bonorum Croaticorum praefectus.

Petrus Harapinovich, nobilis, Croata, illiteratus, nodifex et appretiator sive fori inspector sine salario cum accidentiis tamen supra expositis ac cum socio dividendis.

Josephus Stiller, Croata Carlostadiensis, Germanice litteratus, mercator.

Nicolaus Huzjak, Croata, nodifex utcunque litteratus et civitatis camerarius, qua talis cum salario florenorum 50 ex cassa civitatis.

Sacratissima caesareo-regia apostolica Majestas,
Domina domina clementissima!

Postquam benignissimum apostolicae Majestatis vestrae sacratissimae de dato in archi-ducali civitate Vienna Austriae 2da mensis novembris et anni immediate effluxorum ex connaturali Majestatis vestrae sacratissimae clementia emmanatum nobisque annualem restaurationem magistratualem pro consueto ejusdem privilegiali termino anni praesentis pro hac etiam vice sine interventu commissarii Majestatis vestrae sacratissimae regii quiete et pacifice ac pro conservatione et incremento hujus peculii peragendam benigne committens ac praecipiens mandatum per Cameram Majestatis vestrae apostolicae Hungarico Aulicam die 13. decembris anni prioris in subditali devotione percepissemus, ante cujus imminentiam significata in tempore omnibus quibus oportebat hac Majestatis vestrae sacratissimae in nos clementia et concredita nobis restauratione hujusque termino in diem tertiam februarii anni labentis adveniente, post auditum hora 8va matutina in parochiali ecclesia sancti Marci solenniter decantatum missae sacrificium invocatamque sancti Spiritus gratiam, ad domum praetoream comparentes occupatis ordine senii tam per interiorem, quam et exteriorem senatum sedibus, praemissisque de more et consuetudine in hac civitate singulis annis praemitti solitis, opus restaurationis nostrae agressi sumus. Et quidem primo loco sedium in exteriori senatu respective per mortem Mathiae Lenhordt, respective vero per resignationes Georgii Santich, Joannis Gorup et Feliciani Belich quatuor assessoralium, in interiori autem senatu per mortem et decessum Nicolai Babochai aliter Cheh unius senatoralis vacantiis semet exhibentibus, observantes in omnibus clementissimam Majestatis vestrae sacratissimae medio Camerae suae Posoniensis nobis submissam candidationis et ellectionis normam ac idaeam, praemissas in primis assessorales, dein unam senatoralem ac tandem post hanc per unius ex exteriori senatu ad interiorem promotionem adhuc vacantem ejusdem assessoralem redintegravimus sedes. Quibus redintegratis reliquisque officiis civilibus modalitate in humillime adnexo dietario ac penes hoc restaurationis schemate expressa dispositis, tandem in ellectione judicis post resignationem ejusdem processimus, in cujusmodi officio prior judex, qua vir juris peritus confirmatus et denuo ellectus solitum ad cornu majoris arae in parochiali ecclesia deposuit juramentum; taliterque praeattacta privilegiali tertia februarii et subsequis continuative diebus ordine in humillime advoluto dietario contento restaurationis nostrae actum decenter debite ac pacate peregimus et terminavimus. Quem ut apostolica Majestas vestra sacratissima benignissime ratificare et confirmare dignetur in subditali devotione nostra humillime de genu supplicantes vitamque et sanguinem nostrum in altissimum Majestatis vestrae sacratissimae servitium in humillima subjectione nostra offerentes emorimur.

Zagrebiae 6ta martii 1763.

Excelsum Camerale Consilium,
Domini domini nobis benigne gratiosissimi!

Benignissimo sacratissimae caesareo regiae apostolicae Majestatis de dato Viennae Austriae die 2da novembris mandato restauratorio, ita et gratioso excelsae ejusdem Camerae intimatorio decreto, in humillima per nos devotione die 13. decembris mensis et anni effluxorum perceptis, qualis pro privilegiali divi Blasii episcopi et martyris die quippe tertia februarii anni praesentis juxta observatam clementissimam medio excelsae istius Camerae benigne submissam idaeam, magistratualis intra nos invocato praevie s. Spiritus lumine auditoque solenniter decantato in parochiali ecclesia missae sacrificio quieta omnino et pacifica successerit restauratio, ex schemate et annexo hic demisse dietario nostro restauratorio uberius informari dignabitur excelsa Camera. Caeterum siquidem prior civitatis hujus camerarius Daniel Schmidt ob interventam tempore consuetae electionis camerarialis et per nos circumstantialiter excelsae Camerae repraesentatam difficultatem ad praeinsinuatum usque restaurationis magistratualis terminum in eodem officio persistere debuerit, per consequense nec rationes suas hucusque adornare nobisque exhibere valuerit, ideo extractum remanentiae cassae et restantiarum hac occasione excelsae Camerae submittere nequimus, facturi id ipsum, utprimum praefatus, nunc jam emeritus camerarius Daniel Schmidt alioquin de redendis officii sibi rationibus serio commonitus (priori camerario Joanne Skerlecz ob intermissas anni 1761, et reddi neglectas rationes sub processu fiscali actualiter constituto et rationariam viam prosequente) rationes suas nobis praesentaverit. Hinc in eo velut facto nostro non eveniente nobis per excelsam Cameram indulgeri perdemisse petimus, praemissamque restaurationem nostram excelsae Camerae in veneratione submittimus, quam ut eadem excelsa Camera gratiose acceptare ac per suam apostolicam Majestatem sacratissimam approbandam alto patrocinio suo secundare dignetur, in humillima veneratione instantes gratiisque et protectionibus excelsae Camerae ultro commedati manemus.

Zagrabiae 6ta martii 1763.

1764.

Series restaurationis magistratualis anni millesimi septingentesimi sexagesimi quarti

Anno Domini 1764. die vero 3tia mensis februarii sive ipso festo divi Blasii episcopi et martyris termino videlicet privilegiali celebrandae ex clementissimo suae sacratissimae apostolicae Majestatis indultu restaurationis magistratualis Zagrabiae in domo praetorea senatorea omnino intra muros et moenia praelibatae civitatis inque Comitatu ejusdem nominis existente habita per magistratum et ellectam comunitatem una simul constitutam, ex exteriori senatu domino Benedicto Krajachich ab officio et sede suspenso pluribusque in Regno officiis dotato adeoque a functione senatorali impedito, domino Michaele Blasekovich in causis

coram foro Tabulae Banalis vertentibus Varasdini occupato, domino vero Adamo Szitarek pro officio senatorali officium provisoratus excellentissimi domini archiepiscopi Colocensis in bonis Baja a mense adhuc junio anni prioris 1763. praeeligente adeoque ab notabilem patriae distantiam et servitii immutationem officio senatorali consequenterque actuali restaurationi magistratuali adesse nequeunte, atque adeo praefatis dominis senatoribus absentibus, per mortem vero et ex hac luce decessum domini Josephi Ponekovich aeque senatoris una sede senatorali vacante, ex exteriori autem senatu unico domino Petro Blasekovich velut etiam in causis coram foro Tabulae Banalis decurrentibus impedito absente, reliquis vero omnibus praesentibus restaurationis magistratualis institutae

Acta

Quorum initio pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae apostolicae per excelsam Cameram Hungarico-Aulicam de dato 26tae mensis augusti anni adhuc 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae ex magistratu et ellecta communitae (exceptis supranominatis) hora octava matutina ad ecclesiam divi Marci evangelistae parochialem ex domo praetorea procedentes audito inibi solenniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine rursus ad praefatam domum praetoream regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes, quo observata ab olim in hac civitate consuetudine ad publicationem fassionum pro hodierna die expeditarum ac pro majoris civitatis sigilli impressione praesentatarum ventum fuit; occasione cujus publicationis

fassioni domini Sigismundi Illiassich pro illustrissimo domino comite Christophoro a Vojkffy super tenutis Illiasichianis ad Savum inque jurisdictione hujus civitatis habitis celebratae fiscus sive tribunus plebis hujus civitatis contradixit.

Fassioni item dominae Annae natae Kozjak, domini Georgii Gergurich suae sacratissimae apostolicae Majestatis in Confiniis Regni Croatiae banalibus unius compagniae pedestris lieutunantii consortis, pro circumspectis Petro Czekovich, Nicolao Chernich et Josepho Petravich, civibus, super horto, foenili et terra arabili celebratae nomine spectabilis domini Regni vicebani Joannis Busan prudens et circumspectus Josephus Valenczi, nomine autem privativo dominus Joannes Svabeli civitatis hujus camerarius contradixerunt.

Fassioni denique per dominum Davidem Kurill super terra et foenili ejusdem paternis pro provido Andrea Haramia, civitatis colono, factae circumspectus Nicolaus Chernich, civis et praefatus civitatis camerarius dominus Joannes Svabel contradictionibus suis obviarunt.

Qui omnes praemissi contradictores ad decimum quintum diem hodiernae diei contradictionum suarum rationes reddituri in praesentiam amplissimi magistratus citati et certificati sunt.

His finitis reportatoque ad conservam et archivum in sacristia antelatae ecclesiae parochialis habitum praementionato majori civitatis sigillo dominus Josephus Hochnemer, qua civitatis actualis tribunus plebis adeoque fiscus, universis et singulis contractibus, fassionibus, emptionibusque et venditionibus ac aliis quibusvis ligis et conditionibus,

juribus civitatis hujus fiscalibus quomodocunque praejudiciosis, signanter vero tractatui ratione bonorum Berdo in jurisdictione et territorio hujus civitatis existentium, avitorum quidem Kralichianorum, inter dominum Antonium Kralich, Suae Majestatis sacratissimae in Confiniis Regni banalibus unius compagniae capitaneum, et reverendissimum dominum Joannem Protulepecz, cathedralis ecclesiae Zagrabiensis canonicum, proto-notarium apostolicum (tit.) tanquam a jurisdictione civili alienum, adeoque in praejudicium civium onera jurisdictionis civitatis supportantium suo modo et tacito sub colore intervento solenniter palam, publice ac manifeste contradixit.

Dominus quoque Franciscus Hadrovich contradictiones suas annis anterioribus intuitu certae terrae arabilis Za vertmi Chismessinzkemi loco sic dicto habitae per actualem dominum civitatis judicem ejusdemque dominum fratruelem Stephanum Szale a domina olim Magdichiana, dein autem Zanaiana consorte conventae et emptae jure vicinitatis interpositas renovavit.

Quo facto pro tanto exactiori praelibatae magistratualium restaurationum normae debita observatione eadem saepefata norma, benignissimum item suae sacratissimae Romanorum imperatoriae Majestatis et Coregentis augustissimi mandatum restauratorium sub dato in archi ducali civitate Vienna Austriae die quarta mensis januarii, ita et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-Aulicae Posonii die decima septima ejusdem mensis januarii anni decurrentis 1764. ad hanc civitatem datum restaurationis intimatorium decretum per dominum civitatis notarium in publico lecta et interpraetata exstiterunt.

Pro quorum exigentia in exteriori senatu hucdum nulla vacantia apparente ad unius senatoralis per mortem et ex hac vita domini olim Josephi Ponekovich decessum vaccantis sedis redintegrationem deventum est. Et quia excelsa Camera mediante gratioso decreto suo in anno adhuc 1762. die 26. novembris ad magistratum et ellectam hujus civitatis communitatem emmanato disponere dignabatur, ut offerente semet prima in interiori senatu apertura dominus Josephus Hohnemer cum officio consulis ad magistratum transferatur. Hinc exposcentibus ejusdem servitiis civitati huic in officio consulis et decani priori hoc biennio praestitis nec minus etiam genitoris ejusdem de civitate hac pluribus retroactis annis in senatorali et aliis ad id functionibus bene merito exigentibus idem dominus Josephus Hochnemer nemine contraveniente in senatorem et consulem ellectus et denominatus est, praestito instantanee senatorali super consulatus vero officio in ecclesia parochiali depositurus juramentum.

Per cujus promotionem ac una et resignationem Josephi Stiller in publico factam duabus sedibus assessoralibus vaccantibus, pro quarum adimplendarum prima candidabantur Joannes Gorup, Georgius Fuchek et Thomas Vuger; e quibus in assessorem Joanne Gorup votis duodecim electo, prioribus duobus utpote Georgio Fuchek et Thomae Vuger in candidatum pro alia sede assessorali Joannes Nemachich adjunctus extitit, ad hanc vero Georgio Fuchek votis 14 electo ambo praeinsinuati neoelecti assessores consuetum deposuerunt juramentum.

Praemissis vaccantiis modo praevio repletis animadversoque eo quod domini magistratuales quorum officiis publicum civitatis huius

commodum proponere et adimplere incumberet, pro hoc tamen solenni restaurationis actu nonnulli semet partim servitiis et functionibus privativis, partim vero publicis etiam occupando absentarent, uti casus in praeambulo denotatorum dominorum senatorum, utpote dominorum Michaelis Blasekovich, Benedicti Krajachich et Adami Szitarik absentium esset, anne fors iidem in officio senatorali ultro praeservandi manerent, vel vero illorum loco alii constituendi venirent? huiusmodi quaestione publice agitata, siquidem dominus Adamus Szitarek per assumptionem officii provisoratus bonorum excellentissimi et illustrissimi domini comiti -archiepiscopi Colocensis a medio jam junio anni praeteriti 1763. in longinquioribus inclyti regni Hungariae partibus maneret et diversis de se ad hanc civitatem comparere nequente insinuatoriis litteris fide digne relatis significaret, se officio huic senatorali adesse haud posse, proinde respectu eiusdem ulteriori consultatione minus necessaria, adeoque apertis omnium votis concluso eo ut in locum et sedem eiusdem senatoralem alter civitatis publico adfuturus eligatur; ultro in votorum decisione remansit de dominis Michaele Blasekovich et Benedicto Krajachich an in officio conservandis vel vero eorum loco aliis eligendis quaestio hacque publicis globulorum emissionibus proposita et substrata existente evenit, dominum Michaelem Blasekovich de praesenti quidem specialius coram foro Tabulae banalis impeditum, secus autem et in occurentiis negotiorum civitatis huius frequentiorem et velut jurium patriae gnarum ultro conservandum! loco vero domini Benedicti Krajachich alioquin pluribus in Regno officiis et privatorum functionibus iam antehac tam Suae Majestati sacratissimae, quam et exelsae Camerae repraesentatis et detectis impediti, ab officio item et sede senatorali pluribus annis suspendi neque tamen suae suspensionis depurationem apud altissimum Suae Majestatis sacratissimae thronum procurare valentis, signanter vero promotionem modo praevio ex dispositione quoque et decreto excelsae Camerae interventa domini Josephi Hochnemer tanquam in affinitate primo gradu eidem connexi ab eiusmodi sedis conservatione excussi alterum ad sedem et officium senatorale evehendum; ex cuiusmodi in publico emissa votorum potioritate binis sedibus senatoralibus vaccantibus, siquidem ellecta communitas per promotionem modo fati domini Josephi Hochnemer capite suo sive tribunc plebis destituta mansisset promotioque prioris clarior elucesceret, visum fuit utrique, tam videlicet interiori quam exteriori senatu electa alioquin communitate pleno numero considente in electione tribuni plebis procedere.

Vacante itaque modo praevio officio tribuni plebis pro eodem candidabantur domini Matthias Juraich, Stephanus Cheh aliter Babochai et Stephanus Szale, ex quibus pluribus votis dominus Stephanus Cheh electus consuetum deposuit juramentum.

Redintegrato electae communitatis numero et capite ad replendas ex praemissis enatas duas interioris senatus vacantias descendere necessum fuit, pro quarum priori candidati sunt domini Mathias Juraich, Daniel Schmidt et Joannes Skerlecz; e numero quorum potioribus votis dominus Matthias Juraich electus est suumque senatorale deposuit juramentum.

Per cujus promotionem in exteriori senatu vacante una sede assessorali pro eadem prioribus duobus candidatis Thomae utpote Vuger et

Joanni Nemachich superaddito tertio Georgio Santich, idem Georgius Santich votis 13 electus juramentum assessorale praestitit.

Una adhuc sede senatorali vacante pro eadem replenda candidabantur priores domini Daniel Schmith et Joannes Skerlecz, iisdemque additus Josephus Valenczi; sub cujusmodi votorum emissione in aequalitate votorum 9 positis Daniele Schmitdh et Joanne Skerlecz voto decisivo electus dominus Daniel Schmidth seratorale deposuit juramentum.

Tandem et ex hujus promotione in exteriori senatu enata una vaccantia pro eadem replenda prioribus duobus candidatis Joanni Nemachicht et Thomae Vuger Ignatius etiam Pergroffer adjunctus est, ex quibus praefatus Thomas Vuger pluralitate votorum electus consuetum deposuit iuramentum.

Quibus tam senatoralibus quam assessoralibus sedibus repletis dominoque Stephano Zareczki, capitaneo, officio suo valedicente pro eodem candidati extiterunt domini idem prior, Franciscus item Hadrovich et Joannes Gregorich; ex quibus potioribus votis dominus Joannes Gregorich electus quidem fuit, idem tamen officium nullatenus acceptando ad propositam sibi florenorum Hungaricalium viginti quinque poenam accessit seque depositurum declaravit. Quo acceptare nolente ad novam candidationem et electionem progressum est taliterque prioribus dominis candidatis Stephano Zareczki et Danieli Schmidth dominus Mathias Juraich additus ac in votisatione electionis in aequalitate votorum cum domino Daniele Schmidth positus, decisivo nihilominus superante idem dominus Matthias Juraich electus consuetum deposuit juramentum.

Officio tricesimali functionem ex parte civitatis nullam habente ad conservandam tamen ejusdem officii memoriam ultro penes dominum Stephanum Chabrian omnium votis mansit.

Actis praedeductis notabile tempus pomeridianum extrahentibus, officio alioquin decanatus per praeviam consulis constitutionem cessante, notariali vero sub electionem annuam ex benigna dispositione regia non cadente, siquidem restauratio electione judicis civitatis coronari praememorata idaea praeciperetur, ideoque exurgens dominus prior civitalis judex Ladislaus Szale idem officium resignavit, pro quo in candidatione eidem domino resignanti adjuncti exstiterunt domini Ladislaus Kiraly et Franciscus Hadrovich, ex quibus pluralitate votorum prior dominus Ladislaus Szale electus et confirmatus sub pulsu majoris campanae pro depositione juramenti ad ecclesiam parochialem serie dominorum senatorum et assessorum comitatus decantato inibi hymno Abrosiano consuetum praelegente domino notario deposuit juramentum.

Dominus quoque Josephus Hochnemer qua civitatis consul super ejusmodi officio suo itidem per dominum notarium adjuratus est, et sic praemissae restaurationis magistratualis actus pro suprascripta die quiete et pacifice terminatus est.

Die immediate sequienti sive quarta februarii Zagrabiae in praefata domo praetorea senatorea absentibus domino Michaele Blasekovich, Josepho Maczan, altero Josepho Valenczi et Petro Blasekovich, reliquis vero tam ex interiori quam ex exteriori senatu praesentibus, series restaurationis praemissae continuata est, et quidem

Per promotionem domini Joannis Svabel ad officium camerariatus siquidem praefectura xenodochii civitatis vaccaret, pro eadem candidabantur domini Georgius Fuchek, Michael Brezovachki et Joannes Skerlecz, pro vicepraefectura vero Matthias Spulko, Josephus Bellich et Thomas Vuger; e numero quorum pro seniore sive primario praefecto Michael Brezovachki, pro secundario vero sive juniori Josephus Bellich electi corporale praestiterunt juramentum.

Officio perceptorali domino Stephano Szale valedicente pro eodem candidati sunt idem dominus Stephanus Szale, Georgius Fuchek et Nicolaus Huzjak; ex quibus praefatus Nicolaus Huzjak electus consuetum deposuit juramentum.

Aedituatum parochialis ecclesiae domino Joanne Cheh plene resignante ulterioremque sui candidationem deprecante pro primario candidabantur domini Samuel Orlek, Joannes Skerlecz et Georgius Santich, pro secundario vero Thomas Sztoianich, Georgius Fuchek et Joannes Gorup: ex quibus pro primario dominus Samuel Orlik, pro secundario vero Joannes Gorup electi sunt.

Aedituatum capellae patientis Christi et s. Margarithae Joanne Gasparinchich resignante et deprecante pro eodem candidati sunt idem Joannes Gasparinchich, Georgius Fuchek et Joannes Skerlecz; quorum postremus Joannes Skerlecz pluralitate votorum electus est.

In aedituatu sancti Joannis Nepomuceni prior Josephus Valenczi ultro quoque confirmatus est.

In aedituatu capellae s. Rochi candidabantur prior Matthias Spulko, Thomas Vuger et alter Thomas Sztoianich, e quibus Thomas Vuger effectus est.

Pro aedituatu capelae s. Spiritus candidabantur Stephanus Chabrian, Stephanus Szale, Matthias Spulko; ex quibus pluribus votis Stephanus Chabrian electus est.

Qui omnes praemissi aeditui super servitiis et functionibus suis insimul consuetum deposuerunt juramentum.

Pro spanatu candidati sunt prior Matthias Spulko, Georgius Santich et Petrus Guzanich; ex quibus prior Mathias utpote Spulko pluralitate votorum victus et confirmatus consuetum deposuit juramentum.

Duo appreciatores rerum venalium prioribus Petro Guzanich et Petro Harapinovich valedicentibus inter reliquos candidatos pluribus votis Georgius Santich et Josephus Maczan electi sunt.

Quatuor caminorum visitatores accuratam angariatim visitationem et inspectionem penes ordinatam iisdem recognitionem habituri Joannes Gorup, Georgius Santich, Georgius Fuchek et Thomas Vuger electi sunt.

Peractis et collatis modo praevio officiis dominus civitatis judex omnes et singulos rationibus civitatis hujus quoquomodo obnoxios de iisdem quantocius reddendis publice monuit.

Organista Ignatius Pergroffer cum choralistis confirmatur; unico Balthasare Staiduhar rejecto in cujus locum quo accuratius munia divina tam in ecclesia quam et choro obiri possent cum interventu domini civitatis parochi ac sub affidatione ejusdem ut unus ex clero ad chorum cum obligatione praeorandi singulis diebus rosarii erga solitum annuale florenorum quinquaginta quinque insimul constituens salarium substi-

tuatur perque dominum parochum eligatur et procuretur decisum ac dicti domini parochi curae sumissum est.

Campanatores ecclesiae parochialis s. Marci priores,utpote Martinus Mesniar et Joannes Gabrieli accuratam ecclesiae et sacristiae curam et munditiem gesturi confirmantur.

Campanator s. Margarethae post mortem Petri Ptichek Andreas Delach suffectus confirmatur cum obligatione tamen reparandi aedificii et inhabitationis suae.

Campanator capellae patientis Christi Josephus Szever ultro confirmatur.

Campanator capellae s. Ursullae Georgius Steffanich aeque confirmatur; qui praemissi campanatores omnes consuetum deposuerunt juramentum.

Neoassumptorum in concivilitatem series cum accurata nominis, cognominis, nascitae conditionis et taxae expressione in prothocollo civili inserta habetur.

Die vero 6ta ejusdem mensis februarii in praefata domo praetorea senatorea ex interiori senatu dominis Michaele Blasekovich et Georgio Skalia, ex exteriori autem Josepho Valenczi, Stephano Szale, Joanne Cheh, Petro Blasekovich et Georgio Fuchek absentibus, reliquis vero omnibus praesentibus

litterae spectabilis et perillustris domini administratoris Cameralis Pauli Krusper de dato primae februarii anni currentis Varasdini emmanatae, domino vero civitatis judici hesterna sive quinta currentis traditae in publico lectae sunt; mediantibus quibus magistratum et communitatem relate ad tenores gratiosi excelsae Camerae de 26ta mensis novembris anni adhuc 1762. de domino Josepho Hochnemer ad interiorem senatum pro casu occursurae vacantiae promovendo reflectit.

In obversum cujus promotionis hac restauratione secutae generous dominus Stephanus Babochai aliter Cheh, qua tribunus plebis, contradictionem nomine electae communitatis factam et concinnatam praesentavit atque protocollo inserendam petiit. Cujus perlectae idem dominus Josephus Hochnemer praemissa protestatione communicationem sibi indulgeri expetiit;

cujus contradictionis tenor talis est:

Nobilis ac generosus dominus Stephanus Babochai aliter Cheh, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus judex nobilium, fori utriusque juratus causarum advocatus ac liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis assessor, qua tamen electae communitatis mox fatae civitatis die 3tia decurrentis mensis februarii anni 1764ti post admissum, erga solam resolutionem Cameralem ad propositionem neoconfirmati domini judicis Ladislai Szale, in sedem senatoralem generosi domini Josephi Hochnemer eo tum officium tribuni plebis gerentis, legitime electus et constitutus tribunus plebis, praemissa debita erga omnes quos praesens protestatio quoquo modo respicere posset, devotione per modum solennissimae contradictionis et protestationis in defluo ejusdem civitatis restaurationis consessu detegit eo modo: quod siquidem eadem electa praedictae civitatis jurata communitas penes clementer elargita a divis olim imperatoribus et regibus privilegia et libertates successu etiam temporis benigne confirmata in libera adusque semper restaura-

tionis officiorum electione perstitisset, praefatus autem dominus Hochnemer officium dictae communitatis tribuni plebis gerens cujus juratae obligationis fuisset, eadem privilegia et libertates potius manutenere quam promotionem sui anhelando ad instantias excurere et contra salubrem Cameralem per benigna regia mandata confirmatam restaurationis praescriptam normam, sedem senatoream interessate appetere, in eandem absque omni aliorum duorum de rege et peculio regio bene meritarum personarum candidatione, minus cum debita votisatione, ad solam neoconfirmati domini judicis in exordio factam propositionem admissus et evectus sit, ne ejusdem similis in sedem senatoralem admissio et evectio contra normam restauratoream per benigna mandata regia praeceptam, privilegia item libertates facta praehabita reflexione ad articulum 36tum 1715ti liberae electioni juratae communitatis praejudicare videatur, solennem interponit juris cautellam ac in omnem casum reservat, petendo praesentem protestationem tam prothocolo quam et fiendae in homagiali devotione restauratoriae sedis rellationi inseri.

Adveniens illustrissimus dominus comes Sigismundus Voikffi, Suae Majestatis sacratissimae in Confiniis Banalibus unius regiminis equestris colonellus, institit ut cum pro decore et ornamento civitatis domum peramplam et multis millium centuriis laterum indigam erigat, eidem civitatis fornacem latericiam in Tratine existentem exarendare considens magistratus et communitas dignaretur; qua praevie publicae licitationi exposita ac ad florenos Rhenenses centum decem deducta communibus omnium votis pro praenarata summa pecuniaria titulato domino comiti exarendata est, hac quoque ejusdem domini comitis declaratione adjecta, quod in quantocunque pro exustione laterum civitas domino comiti ligna suppeditare poterit, talia omnino a civitate emere singulumque currum a grossis 9 persolvere velit.

Demum supra nominatis rerum venalium appreciatoribus contra pistrices sive panivendulas, ita et contra laniones diversas quaerellas et excessus proponentibus, signanter quod illae panes suos elaboratae ab olim limitationi non approportient, hi vero quod justam carnium mensuram et ponderationem in una subinde libra quadrantem, in duabus libris duos quadrantes et sic ultro ascendendo adimentes, non observent, quod item trippas, pedes aliaque animalium accessoria mensurae addi solita non purgent et non purgata divendant. Horum vere, quia nullo juramenti viculo stringerentur et aliquali salario fixo obligarentur, nullam etiam debitam vigilantiam et animadversionem praestare possent, institerunt proinde, ut elaborando praevie ac per omnes imposterum futuros appreciatores assumendo et deponendo juramento, iisdem tam de condigno proventu aut salario fixo, quam et de competenti conditioni suae assessorali in transgressores ac justiponderis et pretii non observatores authoritate iisdem de publico civitatis hujus provideatur; ideoque justo adinvento eo, ut debita mensura et libratio ab omnibus praemissis servetur, iisdemque appreciatoribus tanquam reliquis civibus eminentioribus competens existimatio tribuatur, conclusum est, ut appreciatores super muniis et functionibus suis juramento elaborando imposterum adstringantur, laniones vero debitae mensurae et librationis transgressores, signanter in quadrante ad unam libram deffectum committentes a singulo quadrante in grossis 5, ultra vero librae

deffectum excedentes etiam graviori poena muctentur et puniantur. Cujuramenti vinculo stringerentur et aliquali salario fixo obligarentur, velut ejusmodi deffectum denunciantibus, altera magistratui qua judici, tertia denique cassae civitatis cedat. Et sic sub votisatione de salario appreciatorum necdum conclusa, imo ad dominos magistratuales nec deveniente, meridie vero elapsa sedes dissoluta est sine uberiori conclusione.

Die septima februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea considentibus dominis Ladislao Szale judice, Matthia Struchich, Ladislao Kirali, Francisco Hadrovich, Stephano Zareczki, Michaele Sottner, Joanne Gregorich, Georgio Skalia, Josepho Hochnemer consule, Matthia Juraich capitaneo et Daniele Schmith

pro servitio et functione castellani civitatis ex candidatis Nicolao Dolachki, Joanne Aspergergar(!) et Josepho Ladissich, stante alioquin ab olim penes judicem civitatis pristina electione, praefatus Joannes Aspergar pro castellano denominatus est et adjuratus.

Schema seu status personalis
magistratualium et communitatis ac officiorum anni praesentis
cum circumscriptione in benignissima idaea praescripta

Matthias Struchich, nobilis Croata, illiteratus.

Ladislaus Szale, nobilis Hungarus, causarum advocatus, judex qui qua talis ex resolutione Suae Majestatis sacratissimae pro judicio verbali caedentem septenarium seu denarios 11 1/2 propter populi pauperiem rarius percipiens, ex usu ab olim ex decimis campi quidem exigui, si quo anno de frumento pro parte cleri proveniant currus 15, tollit 16tum cum obligatione decimatoribus praestandi prandii; ex vino a tribus promonthoriis seorsive tesseram sub prima secundam juxta procreationem subinde unam vel duas urnas, subinde pintas aliquot musti; dum autem aliquando cum pomis citrinis, piscibus et aliis minutiis quaestores comparent, praesentant se judici cum unius alteriusve grossi in talibus parvalibus valore; in fixo vero cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Ladislaus Kirali, Hungarus, causarum advocatus, emeritus.

Emericus Hadrovich, nobilis Croata, literatus.

Stephanus Zareczki, Croata, literatus.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, causarum et comitum Antonii ab Ausperg ac haeredum Ludovico-Erdödianorum et venerabilis Capituli Zagrabiensis fiscalis advocatus.

Michael Sottner, Carniolus, commode litteratus, bibliopega.

Joannes Gregorich, nobilis Croata, litteratus, dicae et impositionis Regni subalternus perceptor.

Georgius Skalia, Croata, litteratus, mercator.

Josephus Hochnemer, nobilis Croata, causarum advocatus, postae Zagrabiensis magister, consul, qua talis cum salario per excelsam Cameram eidem resoluto florenorum 50.

Matthias Juraich, nobilis Croata, causarum advocatus, dominii Perlasziani Ozalj fiscalis, civitatis Zagrabiensis capitaneus, qua talis habet ex cassa civitatis praefatae salarii annue florenorum 20, ex decimis Hra-

schensium frumenti solitos vertices, ab obsigillatione singulae mensurae Posoniensis policei dictae denarios Hungaricales 5, macellis et rebus venalibus in foro duae partes ex quanto illo obveniunt appreciatoribus, tertia dicto capitaneo, exportans anno efflusso florenos in toto 7, denarios 22 1/2, ex jure autem stapulae seu depositionis mercium occasione sex in anno nundinarum hic existentium titulo regalium vigore salvi conductus ab olim percipi solitorum obvenium eidem ab uno cum caepis rubris aut cotibus pro cultris necessariis, cauconibus et reliquis rebus mercantilibus onerato curru denariorum 5 plurimum, ast rarissime denariorum 10 vel loco horum in natura caeparum restim unam valoris cruciferorum 2 cauconum unum alterumve manuplectium valoris denariorum 10, ab uno curru piscium potissimum piscem alburnum vel gerretem ossiculis plenum valoris denariorum 2 1/2; a quaestoribus Graecis, quorum per 30 et ultra solent in foro Mandussevecz applicare tentoria, pro integris sex nundinis insimul ab omnibus unum par cutium seu pellium Cordubensium, a quaestoribus Kalagiis in natura de rebus minutissimis a valore denariorum 15, a mercatoribus Italis extraneis in peculia subinde denariorum 15, subinde a potentioribus plus; pro depositione quaerellae denariorum 11 1/2, occasione paradae Paschalis pro fatigio ex caellario civitatis vini cubulum 1, et Pentecostalis paradae ad capellam sancti Spiritus ex ipsius capelae caellario vini cubulum 1/2; ab obsigillatione singulae ulnae mercatoribus distribui solitae grossos 2, ab obsigillatione cubiti aeque distribui soliti grossum 1.

Daniel Schmidth, Croata, litteratus, lebetarius;

quorum singuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Communitatis seu juratorum assessorum eodem ordine senii

Michael Thadaeus Struchich, nobilis Croata, causarum advocatus et notarius civitatis, qua talis cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimam Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem.

Thomas Sztoianich, Croata, illiteratus, cothurnarius.

Stephanus Babochai aliter Cheh, nobilis Croata, litteratus, tribunus plebis.

Joannes Gasparinchich, Croata, illiteratus, faber.

Josephus Maczan, Croata, professione sartor, utcunque litteratus, appreciator seu fori inspector, sine salario una cum socio suo ab infra declarando, ambo tamen cum accidentiis a macellis civitatis et rebus venalibus cum civitatis capitaneo (uti ad ejusdem capitanei officium expressum est) dividendis; item pro dimensuratione frumenti si eatenus requiruntur a singulo vagano denarium 1, item a curru piscibus recentibus quandoque ad jurisdictionem civitatis pervenire contingentibus onerato libras piscium 2, item a curru lampretis onerato de rariori contingentia ad jurisdictionem civitatis perveniente policeum 1 lampretarum, nec non a curru caseis onerato unius casei quartam partem, ac denique a singulo suino capite in foro civitatis emacillando pretium librae unius pecunia accipiunt.

Josephus Bellich, Croata, commode litteratus, 122 subalternus xenodochii praefectus, qua talis cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Iosephus Valenczi, Styrus, Germanice litteratus mercator, aedituus capellae s. Joannis Nepomuceni, qua talis sine omni salario.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus, provisor dominii Erdödiani Keresztinecz, capellae s. Spiritus aedituus, qua talis cum salario florenorum 5 ex cassa capellae, et tricesimae civitatis exactor sine salario et functione.

Matthias Spulko, Croata, professione sartor, illiteratus, spanus civitatis, qua talis cum salario florenorum 40 ex cassa civitatis.

Joannes Skerlecz, Croata, commode litteratus, nodifex, capellarum s. Margaretae et patientis Christi aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassis praefatarum capellarum.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor, illiteratus.

Michael Brezovachki, Hungarus ex Insula Muraköz, litteratus, xenodochii senior praefectus, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus, inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Cheh, Croata, litteratus, administrator tricesimae Berdoviczensis.

Michael Mikssich, nobilis Croata, literatus, Comitatus Crisiensis cassae perceptor.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, causarum advocatus, Comitatus Zagrabiensis fiscalis.

Joannes Svabel, Hungarus Insulanus Chaktorniensis, inclytae familiae portionisque Georgio Erdödianae bonorum Keresztinecz provisor, adeoque literatus, civitatis camerarius, qua talis cum salario florenorum 75 ex cassa civitatis.

Samuel Orlik, nobilis Hungarus, suprafatae portionis bonorum Croaticorum praefectus, parochialis ecclesiae primarius aedituus, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa ecclesiae.

Petrus Harapinovich, nobilis Croata, illiteratus, nodifex.

Nicolaus Huziak, Croata, nodifex, utcunque litteratus, civitatis perceptor, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa civitatis.

Joannes Gorup, Croata, illiteratus, nodifex subalternus parochialis ecclesiae aedituus, qua talis cum salario florenorum 10 ex cassa ecclesiae.

Georgius Fuchek, nobilis Croata, literatus, apothecarius.

Georgius Santich, Croata, modicum literatus, nodifex, appreciator sive fori inspector, sine salario cum accidentiis tamen supraexpositis cum socio dividendis.

Thomas Vuger, Croata, illiteratus, sartor, aedituus capellae s. Rochi, qua talis cum salario florenorum 2 grossorum 8 ex cassa ejusdem capellae.[1]

[1] Sex paginae purae sequuntur.

1767.

Series restaurationis magistratualis anni millesimi septingentesimi sexagesimi septimi

Anno Domini 1767. die vero 3tia mensis februarii, termino alias privilegiali celebrandae restaurationis magistratualis Zagrabiae in domo praetorea senatorea, omnino intra muros et moenia praefatae civitatis et Comitatu nominis ejusdem existente, habita per magistratum et electam comunitatem una insimul constitutos, ex senatu interiori domino Ladislao Kirali aegrotante, per mortem autem dominorum olim Michaelis Sottner ac Matthiae Struchich sedibus eorundem vaccantibus, ex electa demum comunitate dominis Petro Blasekovich et Joanne Cheh aeque propter adversam valetudinem domino autem Josepho Zaverski secus absentibus, aliis poro tribus Josepho Maczan, Michaele Thadaeo Struchich et Joanne Gasparinchich medio tempore demortuis sequentia acta tractata et comunibus respective ac potioribus votis conclusa extiterunt.

Et imprimis quidem pro exigentia benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam die 26ta mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et electam comunitatem (exceptis supra nominatis ac etiam domino judice Ladislao Szale ex ratione affectionis pedum corporisque ex diuturniore infirmitate acceptae debilitatis comparare adesseque nequeuntis) hora 8va matutina ad ecclesiam parochialem s. Marci ex praescripta domo praetorea servato ordine procedentes, invocato Divino Numine in reditu ex ecclesia

conformitate prioris moris usuque receptae consuetudinis ad publicationem litterarum fassionalium ac earundem majori civitatis sigillo coroborationem descensum fuit.

Qua occasione publicatae fassioni Nicolai Katkich super certo horto pro Joanne Salecz, cive venerabilis Capituli Zagrabiensis adeoque externo, celebratae dominus provisor Joannes Svabeli contradixit. Contra fassionem vero Nicolai Babochai aliter Cheh super totalitate portionis suae eidem in hac jurisdictione sorte divisoria obventae pro domino Michaele Mixich ejusque domina consorte jam antehac celebratam ejusdem fatentis patruus dominus Stephanus Babochai aliter Cheh qua fratruelissarum suarum fatentis vero sororum atque condivisionalium curator; quemadmodum et dominus Franciscus Hadrovich intuitu cujusdam silvae, ut exponitur juris Darichiani, aeque in hac jurisdictione sitae pro haeredibus Nicolao Babochianis sive Chehianis jam pridem interventae fassioni oppositas suas contradictiones reitterarunt.

Dominus autem Stephanus Szale, qua hujus civitatis actualis fiscus, universis ejusmodi fassionibus, contractibus, alienationibus et quibusvis venditionibus aut dispositionibus in quantum juribus fiscalibus praejudicarent hactenus quoquo modo interventis palam pariter contradixit omnesque fiscales hactenus eatenus interventas ejusmodi contradictiones reittervait proque reitteratis declaravit.

Quo facto pro tanto exactiori antelatae benignae normae regiae debita eaque homagiali observantia eadem saepefata benignissima norma

regia clementissimum item mandatum regium restauratorium sub dato in archi-ducali civitate Vienna Austriae die 17. mensis januarii prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-Aulicae Posonii die 25. praescripti mensis januarii anni labentis, supraserti ad hanc civitatem ellargitum intimatum per dominum civitatis notarium in publico perlecta proque intelectu Latinum idioma ignorantium respective vernacula lingua explanata extiterunt. His autem ita praemissis

juxta praescriptum ejusdem anterecensitae benignae normae regiae ad replendas modalitate pramissa vaccantes tam quippe assessorales quam vero senatorales sedes progressum est.

Pro quarum quidem prima assessorali ex tribus per magistratum candidati, domino quippe Benedicto Arbanasz, Georgio Igerchich et Josepho Ladessich, secundus in ordine Georgius Igerchich electus est.

Pro altera autem ex tribus aeque per magistratum propositis, utpote jam fato domino Benedicto Arbanasz, Josepho Ladessich ac Antonio Raittar, aequa sorte secundus in ordine praedeclaratus Josephus Ladessich electus est.

Porro pro tertio similiter ex tribus per praedeclaratum magistratum candidatis, praefato nempe domino Benedicto Arbanasz, domino Iosepho Spissich ac saepefato Antonio Raittar, primo ordine positus titulatus dominus Benedictus Arbanasz electus est.

Taliterque electa comunitate jam pleno numero existente modoque electis praevie adjuratis ac per suas sedes dispositis

pro prima senatorali sede vaccante ex tribus more solito per magistratum propositis, et quidem dominis jam fato Benedicto Arbanasz, Michaele Brezovachki et Joanne Skorlecz, secundus dominus Michael Brezovachki electus et adjuratus eandem primam vaccantem sedem aprehendit.

Quo itaque intra electam praescriptam comunitatem priorem sedem suam relinquente, pro hac rursus replenda, ultro pariter ex tribus per magistratum de novo candidatis, praelibato videlicet domino Josepho Spissich, Petro Gerkavecz, Matthia Siprak, primus idem dominus Josephus Spissich electus pariterque adiuratus.

Qua electa comunitate iterum restabilita

pro secunda senatorali vaccantia sequentes sunt candidati, antelatus quippe dominus Benedictus Arbanasz, Ignatius Pergroffer et Joannes Skerlecz, e quibus praevalentibus votis utimo loco positus nominatus dominus Joannes Skerlecz electus ac aeque adjuratus est.

Pro cujus pariter redintegranda sede ex tribus ittidem per magistratum propositis, utpote jam fato Matthia Siprak, Petro Gerkavecz ac Josepho Pavun, praescriptus Petrus Gerkavecz electus et adjuratus est.

Hacque modalitate crebrofata electa comunitate semel atque itterum restabilita

Pro officio tribuni plebis praevie ejusdem per dominum Stephanum Szale facta in publico resignatione, priori eidem domino Stephano Szale per magistratum ac in forma solitae candidationis duo adhuc alii, suprascriptus nimirum dominus Benedictus Arbanasz ac Georgius Santich superaditi extitere, ex quibus prior idem dominus Stephanus Szale in eodem officio confirmatus et adjuratus est.

Post hoc autem pro alio capitaneatus officio priori capitaneo domino Stephano Zareczki aeque duo adhuc alii domini Joannes Gregurich et Georgius Skalia superaditi fuere, a quorum numero prior confirmatus adjuratus extitit.

Demum pro officio consuli priori domino Joanni Gregorich pariter duo aditi exiterunt domini, quippe Michael Brezovachki et Georgius Skalia, e quibus equidem prior dominus Joannes Gregurich confirmatus est.

Tandem ad electionem officii judicatus deventum est. Et priori domino judici Ladislao Szale superaditi fuerunt domini Stephanus Babochai aliter Cheh ac Matthias Juraich, ambo quippe viri in re et praxi juridica in longius hactenus versati, a quibus votis, ac solitum erat, secrete datis numero 13 praefatus dominus Stephanus Babochai aliter Cheh electus est, qui una cum antelato domino consule Joanne Gregurich in praefata ecclesia parochiali post decantatum hymnum Ambrosianum manu tacto sancto Evangelio solene deposuit juramentum moreque solito ad propriam domum comitatus extitit.

Post quod die imediate sequenti praedenotata haec magistratualis restauratio, in quantum nempe praecedente prima die complementari nequivisset, serie subsequa continuata est.

Primo quidem et ante reliqua, posteaquam suprafatus dominus Ladislaus Szale jam emeritus hujus civitatis judex, qui nempe prima hesternae restaurationis die summa cum difficultate nec secus quam per binos de juratis civibus in corio portatili ac intra numeros praefatorum civium horsum de redda (!) ad domum praetoream delatus, in gremium et conspectum utriusque senatus comparere potuit, hac vero die a consessu restauratorio ac mutuis in rem comunem convertendis consultationibus (quantumvis eadem per cives adhibita deportatio nec reprobata nec ulla ratione eidem inhibita fuisset) se se sponte subtrahere voluit vel forte propter adversas affectiones adauctosque corporis sui dolores semet absentare debuit medio jurati civitatis castellani suum ad electam comunitatem in eo sumpsisset recursum, quatenus haec pro officio notariali aptum eundem recognoscere denominareque vellet. Is autem cum hoc officio neglecta etiam, non tamen simpliciter deserta adeoque in gratiam pure senatoralis sallarii, reservata sede sua senatorali, quod de Tabula pro uno de electa comunitate ad latus consessus magistratualis constituta, idem officium notariale obire promptus paratusque adesset. Cujus igitur praefati domini Ladislai Szale praedenotato postulato et instantia per saepefatam electam comunitatem amplius excussis ac sive valetudinario ejus statu, propter quem jam plura adusque etiam publica negotia negligi oportuit, sive paniter prioribus illis dum ante adhuc assumptum judicatum officium hoc notariale pluribus annis plus quidem nomine quam re, nec sive super fideliter non saltem conservandis, sed et conficiendis etiam actis et conclusis magistratualibus eliciti sacramenti praevaricatione portasset, nullis diurnalibus ejusdem extantibus remonstrarique per eum valentibus actis spectatis ac per consejuens justis exinde de promptis motivis in providam reflexionem assumptus, ne facto dicti domini Ladislai Szale in quem eventum idem in notarium eligeretur, quive in juventa sua, quae alias faciliorem reddere solet laborem, in apponendis improthocolandisque actis magistratualibus segnior fuit, actu

vero minus validior esset, magistratum utrumque atque adeo ipsum peculium hoc regium actorum et conclusorum suorum vestigia pro futuro quoque desiderare debere, nunquam tamen assequi posse accidat, quemadmodum acta eadem actu desiderarentur nec tamen assequerentur, queis et it accederet, quod alia etiam 5 annorum acta hujus civitatis eodem domino Ladislao Szale judice ac Michaele Struchich nuper de electa comunitate notario jam quidem fatis functo, ejusdem domini Ladislai Szale praegesti notariatus exemplo aeque nulla publico prothocollo inserta nec secus quam in fragmentis minus authenticis reperibilia extent, qui utique tam gravis ac utriusque officii juramento adversans hic publici officii deffectus, quia nullius quam ejusdem temporis judicis (cujus quipe, ut conclusa publiceque determinata, non solum sancte serventur, fideque intemerata effectuentur, verum etiam pro re nata, publica quoque fidedignitate tueri legitimarique possint per quam purimum interesset) aut incuriae aut vero inconventiae merito adscribi imputarique posset et deberet, una omnium eo concurrerunt vota, hac in parte ejusdem domini Ladislai Szale desiderio defferi non posse, verum non modo gravioribus diversis, quibus haec civitas medio tempore involuta haberetur, rerum atque negotiorum circumstantiis expostulantibus sed et prioribus etiam domini Michaelis Blasekovich in bonum comune directis actis et factis id suadentibus, tum ideo cum et ex eo quod idem dominus Blasekovich post fata antelati olim Michaelis Thadaei Struchich, prioris quippe de electa comunitate notarii, ad tempus praesentis restaurationis denominatus notarius, neglectum actorum publicorum prothocollum resuscitare inque pro futuro deservituram methodum, ea qua prius solitus erat serie redigere, jam inceperit interea; adeoque titulo pure provisorio ac per consequens citra ullam altissimae notariatum hunc intra electam comunitatem relinquentis dispositionis praevaricationem hoc notariale officium eidem domino Michaeli Blasekovich, ita tamen proferendum, censebatur, ut is pro suo in bonum commune adusque testato zelo ea quae neglecta sunt emendare, quae vero equentur in debita methodo servare inque fidem publicam transire omnimode adnitatur.

Hac itaque antelati domini Ladislai Szale pro notariatu facta suplicatione praemissa modalitate superata.

Pro praefectura xenodochi candidati extiterunt prior quippe Ignatius Pergroffer, dominus Stephanus Chabrian et Joannes Gorup, e quibus dominus Stephanus Chabrian electus est; huic vero pro adjutorio, pro secundo ejusdem xenodochii praefecto, in priori sua functione Josephus Bellich confirmatus extitit.

Pro perceptoratu

ex tribus candidatis Nicolao Huziak, domino Michaele Mikssich et Josepho Ladessich praefatus dominus Michael Mikssich electus est et solitum deposuit juramentum.

Pro aedituo s. Marci ecclesiae, et quidem primario, ex tribus candidatis dominis Petro Blasekovich, Benedicto Arbanasz et Josepho Spissich posterior dictus dominus Josephus Spissich electus est.

Pro aedituo vero juniore ejusdem ecclesiae s. Marci ex tribus pariter candidatis Joanne Goruph, Josepho Ladessich ac Nicolao Huziak praefatus Josephus Ladessich electus est.

Pro aedituo s. Margarethae et patientis Christi ex tribus similiter candidatis Georgio Fuchek, Joanne Svabeli et Petro Guzanich secundus dominus Ioannes Svabeli electus est.

Pro aedituo capellae s. Joannis Nepomuceni ex tribus equidem candidatis Georgio Fuchek, Ignatio Pergroffer ac Joanne Goruph electus est Ignatius Pergroffer.

Pro aedituo s. Rochi omnium votis Matthias Spulko, prior nempe ejusdem capellae aedituus confirmatus.

Pro aedituo s. Spiritus aeque omnium votis dominus Benedictus Arbanasz denominatus est.

Qui omnes praemissi aeditui solitum aedituale instanee deposuerunt juramentum.

Pro apretiatoribus vero Georgius Igerchich pro seniore, juniore autem Petrus Guzanich declarati sunt.

Tandem pro spanatu

ex tribus candidatis: Matthia nempe Spulko, priore spano Georgio Igerchich, Petro Harapinovich praedenotatus Georgius Igerchich electus adjuratusque extitit.

Porro castellanus civitatis Georgius Gallich, ita tamen ut a neoelectis assessoribus, senatoribus et civibus huic servitio competentes taxas prior castellanus Georgius Igerchich jus percipiendi habeat, constitutus est et adjuratus.

Quarteriorum magister Joannes Nemachich cum anua 12 vaganorum nigrae mixturae mercede declaratus est.

Ultimo demum parochialis ecclesiae sacrista Georgius Dellach, campanatores vero Petrus Basuli et Martinus Mesnar in praeviis suis servitiis confirmati sunt, qui aeque excepto praefato sacrista actu infirmo, solitum fidelitatis deposuerunt juramentum.

Schema seu status personalis
magistratualium et comunitatis ac officiorum anni praesentis
1767. cum circumscriptione in benignissima idaea praescripta.

Et quidem senatorum

Stephanus Babochai aliter Cheh, actualis judex, Croata, causarum advocatus et Comitatus Zagrabiensis emeritus judex nobilium, cum salario qua tali florenorum 60.

Ladislaus Szale, Hungarus, olim causarum advocatus et hujus civitatis emeritus judex.

Ladislaus Kirali, Hungarus, pariter causarum condam advocatus.

Franciscus Hadrovich, nobilis Croata, litteratus, Comitatus Crisiensis cassae perceptor.

Stephanus Zareczki, Croata, litteratus, capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, causarum advocatus, Comitatus Zagrabiensis et civitatis nominis ejusdem ordinarius notarius, qua talis cum salario florenorum 150.

Joannes Gregurich, nobilis Croata, litteratus, civitatis actualis consul, qua talis cum salario forenorum 50.

Georgius Skalia, litteratus, mercator.

Josephus Hohnemer, nobilis Croata, loci postae magister et causarum advocatus.

Matthias Juraich, nobilis Croata, causarum advocatus et excelentissimi domini comitis Theodori Bachani bonorum fiscalis.

Michael Brezovachki, Insulanus, litteratus.

Joannes Skerlecz, nobilis Croata, litteratus.

Quorum singuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis persolvuntur.

Electae comunitatis seu assessorum

Stephanus Szale, Hungarus, actualis civis tribunus plebis, qua talis cum salario florenorum 50, simul etiam Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium,

Josephus Bellich, Croata, litteratus, subalternus xenodochii praefectus, qua talis cum salario florenorum 12 ac pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii percipiens,

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus, provisor dominii Erdödyani Keresztinecz, praefati xenodochii praefectus primarius, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii exolvens,

Matthias Spulko, Croata, professione sartor, illiteratus, capellae s. Rochi aedituus, cum salario florenorum 2, grossorum 8,

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor, illiteratus, apreciator secundus sine salario,

Joannes Cheh, Croata, litteratus, administrator tricesimae Berdoviczensis,

Michael Mikssich, nobilis Croata, litteratus, Comitatus Crisiensis cassae perceptor, emeritus civitatis vero actualis perceptor, qua talis cum salario florenorum 30 ex cassa civitatis percipiens,

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, Comitatus Zagrabiensis supremus judex nobilium,

Joanes Svabely, Insulanus, familiae Erdödyane bonorum Keresztinecz provisor et capellarum patientis Christi et sanctae Margarethae aedituus, cum salario florenorum 30,

Samuel Orlik, nobilis Hungarus, suprafatae familiae Erdödyanae bonorum praefectus,

Petrus Harapinovich, nobilis Croata, illiteratus, nodifex.

Nicolaus Huzjak, Croata, nodifex,

Joanes Goruph, Croata, illiteratus, nodifex,

Georgius Fuchek, nobilis Croata, litteratus, apothecarius,

Georgius Santich, Croata, nodifex,

Ignatius Pergroffer, Styrus, organista, Germanice et Croatice bene litteratus, actualis camerarius, cum salario florenorum 75 et organista florenorum 50, qui et capellae s. Joannis Nepomuceni aedituus sine salario,

Michael Zapalathy, Italus, in Regno medicus,

Josephus Zaversky, Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes,

Joanes Nemachich, Croata, litteratus, quarteriorum magister, cum salario nigrae mixturae vaganorum 12,

Georgius Igerchich, Croata, argentifaber, actualis civitatis spanus, qua talis cum salario florenorum 40 et primarius apreciator sine salario,

Josephus Ladessich, nobilis Croata, nodifex, ecclesiae parochialis s. Marci secundus aedituus, cum salario florenorum 13,

Benedictus Arbanasz, nobilis Croata, Comitatus Zagrabiensis cassae perceptor et capellae s. Spiritus aedituus, cum salario flornorum 5 ex cassa capellae solvendo,

Josephus Spissich, nobilis Croata, campi Turopolija fiscalis, ecclesiae parochialis primus aedituus, cum salario florenorum 30 ex cassa ecclesiae exolvendo,

Petrus Gerkavecz, Croata, argentifaber, illiteratus.

Lectum per Michaelem Blasekovich,
praefatae civitatis senatorem et notarium

1768.

Series[1] restaurationis magistratualis
anni millesimi septingentesimi sexagesimi octavi

Anno Domini 1768. die vero 3tia mensis februarii, termino videlicet privilegiali celebrandae restaurationis magistratualis, ipso nempe festo divi Blasii episcopi et martyris, in domo praetorea, senatorea, liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis, omnino intra muros et moenia praelibatae civitatis inque comitatu nominis ejusdem existenti habita, per magistratum et ellectam comunitatem una insimul constitutos, ex senatu interiore dominis Josepho Hochnemer judice, Stephano Zareczky capitaneo, Michaele Brezovachky consule, Mathia Juraich, Georgio Skalija et Joanne Skerlecz juratis senatoribus, reliquis vero sex sedibus vaccantibus; ex ellecta demum comunitate dominis Stephano Szale tribuno plebis, Stephano Chebrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Samuele Orlik, Michaele Mikssich, Joanne Svabely, Petro Harapinovich, Nicolao Huzjak, Joanne Gorrup, Georgio Santich, Joanne Nemachich, Georgio Igerchich, Ignatio Pergroffer, Josepho Ladessich, Benedicto Arbanasz, Josepho[1] Spissich, et Petro Gerkavecz praesentibus, Josepho vero seniore Zaversky et Michaele Zapolaty absentibus, binis autem sedibus assessoralibus vaccantibus institutae magistratualis restaurationis

Acta

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26ta mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et electam comunitatem (exceptis supra nominatis), hora 8va matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae progressum fuit, ubi audito soleniter decantato missae sacrificio invocatoque s. Spiritus lumine, rursus ad praenotatam domum praetoream regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes, pro observata veteri peculii hujus regii praxi et consuetudine praeferenter ante omnia publicationem fassionum sub majori civitatis sigillo expeditarum praemittendam censebant.

Occasione cujus publicationis fassioni dominae Josephae, natae Krajachich, relictae viduae Lukavszky super vinea Hladniak pro Josepho Kemsich perennaliter celebratae dominus Josephus Lukinich aliter Pavun contradixit; nec absimiliter

Fassioni Mathiae Spulko et Joannis Kovachich, qua tutorum et curatorum pupillorum Andreae olim Hruskovich super domo olim Hruskovichiana pro Josepho Gergecz aeque perennaliter emmanatae dominus Mathias Loffich contradictionis velamine obviavit; nec secus

fassioni fisci civitatis pro Petro Giumlia super fundo ad usque deserto infra portam lapideam sito admodum reverendus dominus Emericus Mogorich, loci praebendarius, jure sibi incumbente contradixit; nec absimiliter

fassioni domini olim Mathiae Sztruchich intuitu duorum hortorum per eundem domino Christophoro Bornemisza venditorum dominus assessor Tabulae judiciariae Carolus Levachich contradixit; praeterea

venditioni domus Peharnikianae dominus Mathias Juraich, Joannes Skerlecz, nec non Petrus Blasekovich contradixerunt super qua domo pro actuali possessore arculario, cum fassio adhuc solennis non sit expedita, talis modi expeditioni ultro reclamant et super eadem non expedienda solennem interponunt protestationem; demum

Generosus dominus Stephanus Szale qua liberae et regiae civitatis hujus fiscus omnibus et universis fassionibus, venditionibus et translationibus in quantumne fors juri fisci magistratualis praejudicarent palam, publice, et manifeste contradixit, semetque pro contradicente, quoad omnia juribus fisci magistratualis judiciosa, declaravit.

Qua peracta pro tanto exactiori Suae Majestatis sacratissimae dispositionis observantia, benignissima per Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria, clementissimum item mandatum regium restauratorium de 16a januarii prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 22a ejusdem mensis januarii et anni labentis ad hanc civitatem emanatum intimatum cum interpretatione etiam ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt; his praemissis

Pro tenore praerecensitae benignae normae regiae ad replendas sedes vaccantes tam assessorales quam et senatorales progressum est; et quidem:

Pro 1ma sede assessorali ex candidatis per magistratum dominis Josepho Gajer tricesimatore Zagrabiensis, Josepho item Lukinich aliter Pavun, nec non Adamo Sztruchich potioritate votorum postremus eorundem candidatorum dominus quippe Adamus Sztruchich in assessorem ellectus est.

Pro 2a sede assessorali ex candidatis dominis Josepho Gajer, Nicolao item Cheh et Josepho Lukinich aliter Pavun, aeque pluralitate votorum praenominatus dominus Josephus Lukinich aliter Pavun in assessorem electus est.

Quibus taliter electis atque adeo exteriori magistratu plenarie completo ipsa etiam interioris magistratus redintegratione occurente; itaque:

[1] Erronee bis in prothocollo inscriptum.

Pro 1a sede senatorali

candidabantur domini Samuel Orlik, Petrus Blasekovich et Georgius Igerchich, occasione cujus candidationis praennotato domino Samuele Orlik ex ratione status sui et officii inclytae familiae Erdödyanae praefectoralis ac etiam ob exiguitatem senatoralis salarii, per consequens impossibilis suae penes civitatem continuae mansionis et subsistentiae senatoratum magistratus simpliciter deprecante, inque hujus locum domino Stephano Szale in complementationem candidatorum per magistratum substituto pluralitate votorum ex praemissis candidatis in senatorem ellectus est Georgius Igerchich, quo taliter in senatorem ellecto atque adeo nova assessorali vaccantia emergente, ex eo:

Pro 3a sede assessorali

ex candidatis dominis Josepho Gajer, Petro Appoka et Nicolao Chunchich praeinsertus dominus Appoka ellectus est.

Pro 2a sede senatorali

candibantur domini Josephus Spissich, Petrus Blasekovich et Stephanus Szale, ubi denuo praenotatis dominis Josepho Spissich et Petro Blasekovich pariratione (!) ex fundamento status sui continuae item permansionis apud civitatem et exilitatem salarii officium senatorale ultro citroque deprecantibus, praenotatus dominus Stephanus Szale in senatorem evasit cui si in praemisso senatorali officio gestum Comitatus Zagrabiensis officium vicejudicis nobilium ex incompatibilitate quaque ratione poneret impedimentum, praemisso officio Comitatus se valedicturus declaravit, quo facto novaque sedis assessoralis vaccantia emanata, idcirco:

Pro 4ta sede assessorali

ex candidatis per magistratum dominis Josepho Gajer, Ladislao Labass et Nicolao Chunchich praenotatus dominus Ladislaus Labass in assessorem electus est, qua sede assessorali denuo completa; eapropter:

Pro 3a sede senatorali

candidabantur domini Josephus Spissich, Petrus Appoka et Joannes Gorrup, ubi denuo praenotato domino Josepho Spissich officium senatorale ex praemissis rationibus deprecante ellectus est Joannes Gorrup; quo modalitate pramissa ellecto atque adeo iterata vaccantia assessorali emergente; ideo

Pro 5a sede assessorali

ex candidatis dominis Josepho Gajer, Nicolao Chunchich et Paulo Thauzy ellectus est dominus tricesimator Josephus Gajer; quo electo

Pro 4a sede senatorali

candidabantur domini Josephus Gajer, Ignatius Pergroffer et Josephus Lukinich aliter Pavun, ex quibus pluralitate votorum ellectus est praerepetitus Ignatius Pergroffer; per cujus ellectionem denuo vaccantia assessorali eveniente; eapropter

Pro 6a sede assessorali

ex candidatibus dominis Ignatio Mikulich, Laurentio Vukinay et Nikolao Chunchich ellectus est praerepetitus Laurentius Vukinay; qua sede iterum completa

Pro 5a sede senatorali

candidabantur domini Josephus Lukinich aliter Pavun, Joannes Cheh et Adamus Sztruchich, ex quibus ellectus est praerepetitus Adamus Sztruchich; per cujus promotionem iterum vaccantia assessorali occurente; ex eo

Pro 7a sede assessorali

ex candidatis dominis Ignatio Mikulich, Antonio Raithar et Nicolao Chunchich mentionatus dominus Ignatius Mikulich ellectus est; quo ellecto

Pro 6a sede senatorali

candidabantur domini Josephus Spissich, Josephus Gajer et Josephus Lukinich aliter Pavun, ex quibus saepe fatus dominus Josephus Spissich communi voto contra suam reclamationem in senatorem ellectus est, qui siquidem post ipsam etiam ellectionem idem senatorale officium denuo deprecatus fuisset, ex eo ob non assumptionem ejusmodi officii reservata contra eundem ad desumendas solitas poenas vi statutorum benignorum actione, in locum ejusdem cum binis prioribus dominis candidatis propositus erat dominus Ignatius Mikulich, ex quibus tamen praenotatus dominus Josephus Lukinich aliter Pavun munus senatorale obtinuit; in cujus locum iterata vaccantia in assessoratu occurente; tandem

Pro 8va sede assessorali

ex candidatis dominis Mathia Soffich, Nicolao Chunchich et Georgio Gallich praeinsinuatus dominus Mathias Soffich pluralitate votorum in assessorem ellectus est.

Qui omnes praemissi domini senatores et assessores deposito consueto juramento suas caeperunt sessiones excluso domino Petro Appoka, qui ob absentiam et habita in Tabula banali Varasdini occupationes cum redditu depositurus est juramentum.

Itaque et his pertractatis atque adeo interiori quam et exteriori magistratu complementato existente

Pro officio tribuni plebis

ob factam domini Stephani Szale ad officium senatorale promotionem pro eodem candidabantur Ignatius Mikulich, Josephus Gajer et Georgius Santich, ex quibus pluralitate votorum ellectus est Georgius Santich, qui etiam super fideli causarum civitatis activarum et passivarum nec non reliquorum etiam jurium et negotiorum civitatis promotione et prosecutione omnimodaque defensa solenne corporale deposuit juramentum.

Pro officio capitanei

Domino Stephano Zareczky idem officium pro recepta praxi resignante, pro eodem candidabantur domini utpote idem Stephanus Zareczky, Georgius Skalija et Joannes Skerlecz, ex quibus praescriptus dominus Stephanus Zareczky ultro confirmatus et solitumque deposuit juramentum.

Pro officio consulis

Domino non absimiliter Michaele Brezovaczky officio consulis valedicente pro eodem candidabantur domini prior utpote Michael Brezovachky, Joannes Skerlecz et Georgius Skalija, ex quibus potioritate votorum in consulem ellectus est dominus Georgius Skalija, qui etiam consuetum deposuit juramentum; tandem

Pro officio judicis

priori domino judice, utpote Stephano Cheh intermedio tempore fatis functo, ac in locum ejusdem per realem ellectionem domino Josepho Hochnemer interim aliter officium judicis supportante idemque more solito resignante, itaque pro eodem judicis officio candidati erant domini utpote prior Josephus Hochnemer, Mathias Juraich et Joannes Skerlecz, ex quibus (domino Mathia Juraich ex certis sibi cognitis rationibus idem officium deprecante) praeinsinuatus dominus Josephus Hochnemer in judicatu ultro confirmatus est, qui etiam taliter ellectus rursum digrediendo ad ecclesiam parochialem s. Marci ibidem post decantatum hymnum Ambrosianum solenne deposuit juramentum moreque consueto ad propriam domum comitatus extitit.

Die immediate sequenti 4a utpote ejusdem mensis februarii praenotata magistratualis restauratio cum interventu tam interioris cum et exterioris magistratus, absentibus nihilominus ex ellecta comunitate Michaele Mikssich, Petro Appoka, Joanne Cheh, Michaele Zapolaty et Josepho seniore Zaverski in quantum die hesterna complementari nequivisset, serie subsequa continuata est:

In limine cujus domino Petro Blasekovich officium notariale per Michaelem alterum Blasekovich altissimo jussu regio adhuc mense decembri resignatum interim aliter gestum, ob valetudinarium statum suum et habitum in Comitatu officium judicis nobilium ultro deprecante eidemque valedicente, itaque

Pro eodem officio notariali

candidabantur domini utpote prior Petrus Blasekovich, Josephus Spissich et Petrus Appoka, ex quibus praeinsinuatus dominus Josephus Spissich velut a juris cognitione et genere natalium multum comendatus et emeritus plurium familiarum fiscalis, tam in se quam in suis de eadem civitate bene meritus communi omnium voto pro tenore gratiosae excelsae Camerae Hungarico-aulicae de anno 1760. ordinationis et dispositionis in notarium ellectus est, qui etiam deposito catenus solenni notariali juramento notarialem quoque cepit sessionem.

Porro quia dominus Ignatius Pergroffer prior civitatis camerarius ad officium senatorale promotus fuisset, per cujus promotionem officio camerali vaccante; idcirco

Pro officio camerali

ex candidatis dominis Ignatio Mikulich, Ladislao Labass et Mathia Soffich, potioritate votorum ellectus est praeinsertus dominus Ignatius Mikulich, qui et solitum officii deposuit juramentum; tandem ad minora officia comunitatis ultro descendendo:

Pro praefecto primario xenodchii

ex candidatis dominis Stephano Chebrian, Josepho Ladessich et Nicolao Huzjak, potioritate votorum prior ejusdem xenodochii praefectus Stephanus utpote Chebrian ultro confirmatus est, cui pro subalterno ellectus est Mathias Spulko.

Pro perceptore

ex candidatis dominis Ladislao Labass, Mathia Soffich et Joanne Nemachich electus est praeinsertus dominus Ladislaus Labass, qui et solitum officii sui deposuit juramentum.

Pro primario aedituo s. Marci

ex candidatis dominis priori utpote Josepho Spissich, Benedicto Arbanasz et Josepho Gajer electus est praeinsertus dominus Josephus Gajer.

Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae s. Marci

ex candidatis priori Josepho Ladessich, Petro Harapinovich et Nicolao Huzjak, prior utpote Josephus Ladessich ultro confirmatus est.

Pro aedituo s. Margarethae et Christi patientis

ex candidatis priori domino videlicet Joanne Svabely, Petro Guzanich et Petro Gerkavecz, praenotatus dominus Joannes Svabely ultro confirmatus est.

Pro aedituo s. Joannis Nepomoceni

ex candidatis Petro Guzanich, Petro item Harapinovich nec non Petro Gerkavecz electus est idem Petrus Gerkavecz.

Pro aedituo capellae s. Rochi

ex candidatis dominis priori Mathia Spulko, Petro Guzanich et Mathia Soffich, electus est praeinsertus Mathia Soffich.

Pro aedituo capellae s. Spiritus

ex candidatis dominis priori utpote Benedicto Arbanasz, Petro Blasekovich et Joanne Nemachich, praettactus dominus Petrus Blasekovich ellectus est.

Qui omnes praemissi domini aeditui cum suis subalternis consuetum deposuerunt juramentum.

Pro appreciatoribus

ex candidatis dominis Benedicto Arbanasz, Josepho Ladessich et Petro Guzanich ellecti sunt praenotati Josephus Ladessich et Petrus Guzanich; quo facto spanatu etiam civitatis per promotionem Georgii Igerchich ad senatoratum vaccante; adeoque

Pro spano ejusdem civitatis

ex candidatis per magistratum Joanne Nemachich, Mathia Spulko et Nicolao Huzjak, potioritate votorum ellectus est praeattactus Nicolaus Huzjak qui etiam consuetum officii sui deposuit juramentum.

Pro magistro quarteriorum

ex candidatis priori Joanne Nemachich, Mathia Soffich et Petro Gerkavecz ellectus est praenotatus Mathias Soffich; quibus ita peractis

Pro caminorum inspectoribus

de eadem electa comunitate ex junioribus constituti sunt et quidem intra moenia civitatis domini Laurentius Vukinai et Petrus Appoka, extra civitatem vero domini Josephus Gajer et Mathias Soffich, quorum singulus ex cassa civitatis habiturus est Hungarum unum.

Dein Georgius Gallich, castelanus civitatis in officio suo castellanatus confirmatus exstitit.

Caeterum quia dominus Michael Mikssich, civitatis hujus assessor, hesterna die ex consesu magistratuali circa tempus prandii relictis publicis negotiis et actu restaurationis, cui ex officio tamquam assessor interesse debuisset, semet domum furibunde proripuisset ac demum circa quartam pomeridianam cum majori adhuc furia ad praetoream advolasset et contra benignam regiam dispositionem occasione restaurationis pertractationem negotiorum cum omni modestia et tranquilitate fiendam praescribentis sub ipsa electione judicis in totum magistratum complura sehomata (!) conjecisset, ob non candidationem sui ad senatoratum graves excitasset clamores, ac intra eosdem mensam pulsando et ab eodem omnes alios assessores cum furia sua amovendo contra omnia item acta et facta magistratus protestando et iisdem praesumptuose reclamando, non modo altissimam dispositionem regiam et gratiosas excelsae Camerae ordinationes temerarie violasset, sed et universa comembra magistratus in honore suo laesisset, idcirco tam ejusdem inconveniens hic actus, cum et Joannis Nemachich aeque ob non candidationem sui de domo praetorea semet proripientis et sequenti die omnes tres globulos ex malitia simul ad eundem locum injicientis, Suae Majestati sacratissimae et excelsae Camerae pro adferendo legali remedio cum actis restaurationis repraesentandus ordinatus et antequam hoc in passu negotium ad suas competentias Josephus Lukinich aliter Pavun, Adamus Sztruchich senatores, nec non Laurentius Vukinay et Georgius Santich, assessores eundem dominum Mikssich hodie persona liter accedant ipsumque super universis hesterna die actis et factis specifice reflectant ac una interrogent, quosnam sub terminis per se effutatis, utpote heluonum, canum, lucronum et his similibus intellexerit genuinam superinde magistratui huic relationem facturi.

Porro die 5a ejusdem mensis februarii in domo praetorea, absentibus ex interiori magistratu Stephano Szale, ex exteriori vero Petro Appoka, Joanne Cheh, Josepho Zaversky et Laurentio Vukinay, caeteris vero ex utroque magistratu praesentibus existentibus in merito servitorum parochialis ecclesiae s. Marci et capellarum continuata est praerepetita restauratio.

Occasione cujus domino Ignatio Pergroffer, organista una etiam senatore cum binis ad latus suum habitis choristis in suo officio relicto.

Pro sacrista ejusdem ecclesiae ultro denominatus est Georgius Dobrilovich.

Campanatores vero Martinus utpote Mesnyar et Petrus Basuly sub conditione futurae emendationis ultro confirmati sunt.

Reliqui autem campanatores et quidem sanctae Ursulae Georgius Stephanich, Christi Patientis Josephus Szever, sanctae Margarethae Michael Kovachich aeque ultro stabiliti sunt, qui etiam una cum praemisso sacrista solenne fidelitatis deposuerunt juramentum.

Taliterque totius restaurationis series conclusa exstitit.

Neoassumptorum vero in concivilitatem series cum denominatione cognominum nascitae, conditionis ac taxae ex pressione in prothocollo civili expressa habetur.

Praemissis itaque pro recepta praxi determinatis existentibus, quo exactior Suae Majestatis sacratissimae et excelsae Camerae relatio fieri valeat dominus civitatis judex illos, qui quaqua ratione reddendis rationibus essent obnoxii, ut tales quo celerius perficiant, commonuit.

Shema seu status personalis
magistratualium et comunitatis ac officiorum anni labentis 1768.
cum circumscriptione in benignissima idaea praescripta
et quidem senatorum:

Josephus Hochnemer, judex, nobilis Croata, loci postae magister et causarum advocatus, qui qua talis ex resolutione Suae Majestatis sacratissimae pro judicio verbali caedentem septenarium seu denarios 11 1/2 propter populi pauperiem rarius percipiens, ex usu ab olim ex decimis campi quidem exigui, si quo anno de frumento pro parte cleri proveniant currus 15, tollit 16. cum obligatione decimatoribus praestandi prandii; ex vino a tribus promonthoriis seorsive tesseram sub prima secundam juxta procreationem, subinde unam vel duas urnas, subinde pintas aliquod musti; dum autem aliquando cum pomis citrinis, piscibus et aliis minutiis quaestores comparent, praesentant se judici cum unius alteriusve grossi in talibus parvalibus valore; in fixo vero cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis.

Stephanus Zareczky, Croata, litteratus, civitatis Zagrabiensis capitaneus qua talis habet ex cassa praefatae civitatis annue florenos 20, ex decimis Hraschensium frumenti solitos vertices, ab absigillatione singulae mensurae Posoniensis policei dictae denarios Hungaricales 5; a macellis et rebus venalibus in foro duae partes ex quanto illo obveniunt apreciatoribus, tertia dicto capitaneo, exportans anno efflusso florenos in toto 7, denarios 22 1/2, ex jure autem stapulae seu depositionis mercium occasione sex in anno nundinarum hic existentium titulo regalium vigore salvi conductus ab olim percipi solitorum obveniunt eidem ab uno cum caepis rubris aut cutibus pro cultris necessariis, cauconibus et reliquis rebus mercantilibus, onerato curru denariorum 5, plurimum atque rarissime denariorum 10 vel loco horum in natura caeparum restim unam valoris cruciferorum 2, cauconum unum alterumve manuplectium valoris denariorum 10, ab uno curru piscium potissimum piscem alburnum vel gerretem ossiculis plenum valoris denariorum 2 1/2, a quaestoribus Graecis, quorum per 30 et ultra solent in foro Mandussevecz applicare tentoria, pro integris sex nundinis insimul ab omnibus unum par cutium seu pellium Cordubensium, a quaestoribus Kalagiis in natura de rebus minutissimis a valore denariorum 15, a mercatoribus Italis extraneis in pecunia subinde denariorum 15, subinde a potentioribus plus;

pro depositione querellae denariorum 11 1/2, occasione paradae Paschalis pro fatigio ex cellario vini cubulum 1/2; ab obsigillatione singulae ulnae mercatoribus distribui solitae grossos 2, ab obsigillatione cubiti aeque distribui soliti grossum 1.

Georgius Skalija, Croata, literatus, mercator et consul civitatis, qua talis cum salario per excelsam Cameram resoluto florenorum 50.

Mathias Juraich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimi domini comitis Theodori de Bathian provisor.

Michael Brezovaczky, Insulanus, literatus.

Georgius Igerchich, Croata, professione argentifaber, illiteratus.

Stephanus Szale Hungarus, una etiam Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorrup, Croata, illiteratus et professione sua nodifex.

Ignatius Pergroffer, Styrus, cum salario florenorum 50, loci parochialis ecclesiae sancti Marci Evangelistae organista, Germanicae et Croaticae dumtaxat linguae et scripturae gnarus.

Adamus Sztruchich, nobilis Croata, emeritus vigiliarum magister, literatus.

Josephus Lukinich aliter Pavun, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et emeritus ejusdem civitatis fiscalis.

Quorum singuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis persolvuntur.

Communitatis vero seu juratorum civitatis assesorum eodem ordine senii

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, illustrissimi domini episcopi Belgradiensis Stephani Putz fiscalis et actualis civitatis notarius, qua talis cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimam Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem.

Georgius Santich, Croata, professione nodifex, tribunus plebis cum salario florenorum 50.

Stephanus Chebrian, Croata, bene literatus et inclytae familiae Erdödyanae dominii Keresztinecz provisor, primarius praefectus xenodochii, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 ex cassa xenodochii exolvendo.

Mathias Spulko, Croata, professione sartor, illiteratus et praefati xenodochii cum salario florenorum 12 ac pro piscibus floreni 1 ex cassa ejusdem xenodochii persolvendo subalternus praefectus.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor, illiteratus, et rerum venalium potissimum vero victualium appretiator seu fori inspector, sine salario.

Joannes Cheh, Croata, bene literatus et Suae Majestatis sacratissimae tricesimae Berdoviczensis administrator.

Michael Mikssich, nobilis Croata, emeritus Comitatus Crisiensis cassae perceptor et banderialis condam capitaneus.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et Comitatus Zagrabiensis judex nobilium, capellae Spiritus sancti cum salario florenorum 5 ex cassa ejusdem capellae solvendo aedituus.

Joannes Svabely, Insulanus, bene literatus, et inclytae lineae Georgio-Erdödyanae bonorum Keresztinecz provisor ac capellarum patientis Christi et s. Margarethae, cum salario florenorum 30 aedituus.

Samuel Orlik, nobilis Hungarus, bene literatus et praenotatae inclytae familiae Erdödyanae bonorum Croaticorum praefectus.

Petrus Harapinovich, nobilis Croata, illiteratus, professione nodifex.

Nicolaus Huzjak, Croata, professione nodifex, actualis spanus civitatis cum salario florenorum 770.

Michael Czopolati, Italus, in Regno medicus.

Josephus Zaverski, nobilis Croata et Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

Joannes Nemachich, Croata, commode literatus, emeritus quarteriorum magister.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, professione nodifex, illiteratus parochialis ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 15, secundarius aedituus ac una appretiator sive fori inspector, sine salario.

Benedictus Arbanasz, nobilis Croata, bene literatus et Comitatus Zagrabiensis generalis cassae perceptor.

Petrus Gerkavecz, Croata, professione argentifaber, capellae s. Joannis Nepomoceni aedituus sine salario.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et plurium familiarum fiscalis procurator.

Ladislaus Labass, nobilis Croata, bene literatus, illustrissimi domini comitis a Sermaghe inspector et actualis cum salario florenorum 30 civitatis perceptor.

Josephus Gajer, Hungarus, Posoniensis, tricesimae Zagrabiensis administrator, bene literatus, et parochialis ecclesiae s. Marci, cum salario florenorum 30 ex cassa ecclesiae solvendis primarius aedituus.

Laurentius Vukinay, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis cum salario florenorum 100 civitatis fiscalis procurator.

Ignatius Mikulich, nobilis Croata, emeritus Comitatus Varasdinensis judex nobilium et cum salario florenorum 75 actualis civitatis camerarius.

Mathias Soffich, Croata, literatus, quarteriorum magister, cum salario nigrae mixturae vaganorum 12.

Lectum, publicatum et improthocollatum per
Josephum Spissich de Japra, juratum civitatis notarium.
m. p.

1768.

Series magistratualis restaurationis anni
millesimi septingentesimi sexagesimi noni

Anno Domini 1769. die 10a mensis februarii Zagrabiae, in domo praetorea, senatorea omnino intra muros et moenia praelibatae civitatis Comitatui nominis ejusdem ingremiatae per magistratum et electam communitatem una insimul constituos, et quidem praesentibus ex inte-

riori senatu Josepho Hochnemer judice, Stephano Zareczky capitaneo, Mathia Juraich, Michaele Brezovachky, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich, Joanne Gorup, Stephano Szale, Adamo Sztruchich, Ignatio Pergroffer et Josepho Pavun juratis senatoribus, absente et infirmo existente Georgio Skalija consule; ex electa demum communitate Georgio Santich tribuno plebis seu fisco, Stephano Chebrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Michaele Mixich, Petro Blasekovich, Joanne Svabely, Samuele Orlik, Petro Harapinovich, Nicolao Huzjak, Joanne Nemachich, Josepho Ladessich, Benedicto Arbanasz, Petro Gerkavecz, Petro Apoka, Ladislao Labass, Josepho Gajer, Ignatio Mikulich et Mathia Soffich aeque praesentibus, Michaele autem Czipolati, Josepho Zaversky et Laurentio Vukinay absentibus, servatae magistratualis restaurationis

Acta:

et inprimis cum benignum mandatum restauratorium primo post privilegialem restaurationis diem in festum Divi Blasii incidentem supervenisset, consuetaque magistratualis restauratio in praescriptam diem 10am mensis labentis februarii praefixa extitisset; idcirco pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26to mensis augusti, anni 1755. civitati huic submissae, regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et electam communitatem (exceptis supra nominatis) hora nona matutina ex praedicta domo praetorea ad ecclesiam parochialem sancti Marci Evangelistae progressum fuit, ubi audito soleniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine, rursus ad praenotatam domum praetoream regredientes atque sedes suas secundum senium occupantes, ex quo in proxime praeterito festo sancti Blasii fassiones jam publicatae et sub majori civitatis sigillo expeditae fuissent, perlectionem normae restaurationis praemittendam existimabant; qua praemissa

Dein clementissimum Suae Majestatis sacratissimae mandatum restauratorium de 20a mensis januarii prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico- aulicae de 27a ejusdem mensis et anni labentis ad hanc civitatem emanatum intimatum cum interpretatione etiam ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt; quibus publicatis

cum intermedio tempore scriptis eatenus ad magistratum literis dominus vicecomes Josephus senior Zaversky officium assessoratus resignasset, idcirco pro praescripto benignae restauratoriae normae ad complendam ejusmodi sedem assessoralem progressum est; et quidem:

Pro eadem sede assesorali

candidabantur domini Josephus junior Zaversky, Franciscus Dolovecz et Michael Blasekovich, ex quibus praerecensitus dominus Josephus junior Zaversky potioritate votorum electus est consuetumque deposuit juramentum.

Itaque et hac sede redintegrata, per consequens utroque magistratu integro existente ad consuetam restaurationem observata adusque methodo descensum erat, ac ideo;

Pro officio tribuni plebis

praevia ejusdem officii per Georgium Santich resignatione, pro eodem officio per magistratum candidabantur idem Georgius Santich,

domini Michael Mixich et Ignatius Mikulich, ex quibus etiam postremus eorundem Ignatius utpote Mikulich electus est, solitumque officii sui deposuit juramentum.

Pro officio capitanei

domino Stephano Zareczky idem officium pro recepta consuetudine resignante pro eodem candidabantur prior dominus capitaneus, domini item Mathias Juraich et Stephanus Szale, ex quibus praescriptus dominus Stephanus Zareczky ultro confirmatus et adjuratus est.

Pro officio consulis

domino non absimiliter Georgio Skalija priori consule ob valetudinarium statum suum aeconomiam civitatis dirigere nequeunte, sed et secus idem officium suo modo resignante itaque pro eodem officio per magistratum candidabantur idem prior consul, item Michael Brezovachky et Georgius Igerchich, ex quibus electus est praescriptus dominus Brezovachky consuetum in ecclesia officii sui depositurus juramentum, quod et effective deposuit.

Pro officio judicis

et hujus etiam officii praevia per priorem judicem dominum utpote Josephum Hochnemer resignatione pro eodem judicatus officio candidabantur praeter priorem judicem domini Mathias Juraich et Joannes Skerlecz, ex quibus prior dominus judex ultro confirmatus est, qui etiam taliter confirmatus subinde digrediendo ad ecclesiam parochialem sancti Marci, ibidem post decantatum hymnum Ambrosianum solenne deposuit juramentum, moreque consueto usque residentiam comitatus extitit.

Tandem, quia officium notariatus fundamento gratiosi excelsae Camerae decreti de anno 1760. 29a mensis decembri emanati et in benigna regia resolutione fundati propter manipulationem negotiorum et archivii cognitionem annuali restaurationi non subjaceret, imo stabile esset, idem notariatus officium in statu quo relictum est.

Die immediati sequenti 11a videlicet ejusdem mensis februarii Zagrabiae in praedicta domo praetorea cum interventu tam interioris cum et extenioris magistratus, absentibus nihilominus ex senatu Georgio Skalija, ex electa vero communitate Michale Czipolati, Benedicto Arbanasz, Stephano Chebrian, Ladislao Labass et Laurentio Vukinay, magistratualis restauratio in quantum hesterna die complementari non poterat serie sequenti continuata est:

Pro praefecto primario xenodochii

ex candidatis per magistratum utpote priori Stephano Chebrian, Joanne Nemachich et Georgio Santich electus est praeinsertus Joannes Nemachich, cui pro subalterno ex tribus candidatis, Mathia videlicet Spulko, Petro Harapinovich et Petro Guzanich, electus pariter est praedictus Petrus Harapinovich.

Pro perceptore

ex candidatis dominis priori Ladislao Labass, Georgio Santich et Josepho Ladessich, idem dominus Labass ultro confirmatus est et velut absens cum adventu juramentum depositurus est.

Pro primario aedituo s. Marci

ex candidatis dominis priori Josepho Gajer, Benedicto Arbanasz et Petro Appoka, praeinsertus dominus Gajer ultro confirmatus est.

Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae

ex candidatis Josepho videlicet Ladessich, priori Georgio Santich et Petro Gerkavecz, dictus Josephus Ladessich ultro confirmatus est.

Pro aedituo Christi patientis et s. Margarethae

ex candidatis per magistratum priori Joanne Svabely, Petro Guzanich et Michaele Mixich, electus est praementionatus Michael Mixich.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

ex candidatis priori Petro Gerkavecz, Michaele item Czipolati et Petro Apoka, electus est praeinsinuatus Michael Czipolati.

Pro aedituo capellae s. Rochi

ex candidatis priori Mathia Soffich, Petro Guzanich et Mathia Spulko electus est praeattactus Mathias Spulko.

Pro aedituo capellae s. Spiritus

ex candidatis priori Petro Blasekovich, Joanne Svabely et Petro Apoka, idem dominus Blasekovich ultro confirmatus est.

Qui omnes praemissi aeditui cum suis subalternis consuetum deposuerunt juramentum.

Pro apretiatoribus

ex candidatis Josepho Ladessich, Petro Guzanich et Georgio Santich electi sunt praenominati Petrus Guzanich et Georgius Santich.

Pro spano

ex candidatis per magistratum priori Nicolao Huzjak, Mathia Spulko et Josepho Ladessich, idem Nicolaus Huzjak ultro confirmatus est, qui etiam consuetum officii sui deposuit juramentum.

Pro magistro quarteriorum

ex candidatis priori utpote Mathia Soffich, Joanne Nemachich et Petro Gerkavecz electus est saepedictus Joannes Nemanich.

Pro caminorum inspectoribus

de eadem electa communitate ex junioribus constituti sunt et quidem intra moenia civitatis Laurentius Vukinay et Josephus Zaversky, extra civitatem vero Mathias Soffich et Ladislaus Labas, quod singulum ex cassa civitatis habiturus est Hungarum unum.

Demum circumspectus Georgius Gallich, castellanus civitatis in officio suo ultro confirmatus est.

Nec absimiliter organista civitatis dominus utpote Ignatius Perggroffer una cum binis suis ad latus habitis choristis in suo esse permanserunt.

Porro Georgius Dobrilovich pro sacrista ecclesiae s. Marci ultro denominatus, campanatores vero tam parochialis ecclesiae, cum et capellarum nec absimiliter omnes confirmati sunt, qui etiam consuetum fidelitatis deposuerunt juramentum.

Ac ita serie totius magistratualis restaurationis pacate et modeste terminata existente, neo autem assumptis civibus cum denominatione cognominum, nascitae, conditionis et taxa, caeteroquin prothocollo civitatis insertis qui exactior Suae Majestatis sacratissimae et excelsae Camerae relatio fieri valeat, dominus civitatis judex illos, qui quaquademum ratione reddendis rationibus essent obnoxii, ad talium compillationem, magistratui quae quo celerius fiendam praesentationem serio commonuit.

Lectum, publicatum et improthocolatum
per Josephum Spissich de Jappra praefatae civitatis
juratum notarium.

Schema seu status personalis magistratualium
et communitatis ac officiorum anni praesentis 1769. cum
circumscriptione in benignissima idea praescripta, et quidem senatorum

Josephus Hochnemer, judex, nobilis Croata, loci postae magister et causarum advocatus, cum salario praeter exiguas accidentias, qua talis florenorum 60.

Stephanus Zareczky, Croata, literatus et civitatis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

Georgius Skalija, Croata, literatus et professione sua mercator.

Mathias Juraich, nobilis Croata, fori utrisque juratus causarum advocatus et excelentissimi domini comitis Theodori de Battian fiscalis prior.

Michael Brezovachky, Insulanus, literatus et consul civitatis, qua talis cum salario per excelsam Cameram resoluto florenorum 50.

Joannes Skerlecz, Croata nobilis, literatus.

Georgius Igerchich, Croata, professione argentifaber, commode literatus.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus, emeritus Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorup, Croata, illiteratus et professione sua nodifex.

Ignatius Perggroffer, Styrus, una etiam loci parochialis ecclesiae sancti Marci cum salario florenorum 50 organista, Germanicae et Croaticae linguae et scripturae bene gnarus.

Adamus Sztruchich, nobilis Croata, emeritus vigiliarum magister, literatus.

Josephus Lukinich aliter Pavun, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et bonorum Episcopatus nunc per excelsam Cameram possessorum fiscalis,

quorum singuli ut senatores cum salario 60 florenorum ex cassa civitatis persolvuntur.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Japra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, emeritus plurium inclytarum familiarum fiscalis, actualis civitatis notarius, qua talis cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis pendendorum et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimam Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem.

Ignatius Mikulich, Croata nobilis, inclyti Comitatus Varasdiensis emeritus judex nobilium et actualis tribunus plebis, cum salario florenorum 50.

Stephanus Chebrian, literatus et inclytae familiae Erdödyanae dominii Keresztinecz provisor.

Mathias Spulko, Croata, professione sartor, illiteratus, capellae s. Rochi aedituus, cum salario florenorum 2, grossorum 8.

Petrus Guzanich, Croata, professione sartor, illiteratus et rerum venalium potissimum autem victualium apretiator seu fori inspector, sine salario.

Joannes Cheh, Croata, bene literatus et Suae Majestatis sacratissimae tricesimae Berdoviczensis administrator.

Michael Mixich, nobilis Croata, emeritus inclyti Comitatus Crisiensis cassae perceptor et actualis patientis Christi et s. Margarethae aedituus cum salario florenorum 30.

Petrus Blasekovich, Croata nobilis, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et capellae s. Spiritus, cum salario florenorum 6, aedituus.

Joannes Svabely, Insulanus, literatus et inclytae lineae Georgio Erdödyanae dominii Keresztinecz provisor.

Samuel Orlik, nobilis Hungarus et praenotatae inclytae familiae Erdödyanae bonorum Croaticorum praefectus.

Petrus Harapinovich, nobilis Croata, professione nodifex, illiteratus et xenodochii civitatis cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1 subalternus praefectus.

Nicolaus Huzjak, Croata, professione nodifex et actualis spanus civitatis cum salario florenorum 40.

Georgius Santich, Croata, professione nodifex, Croatice literatus.

Michael Czipolati, Italus, in Regno medicus et capellae s. Joannis Nepomuceni aedituus sine salario.

Joannes Nemachich, Croata, commode literatus et primarius xenodochii civitatis praefectus, qua talis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1, nec non quarteriorum magister erga pensionem nigrae mixturae in vaganorum 12.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, professione nodifex, illiteratus, parochialis ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 15 subalternus aedituus.

Benedictus Arbanasz, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis generalis cassae perceptor.

Petrus Gerkavecz, Croata, professione argentifaber, illiteratus.

Petrus Apoka, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti domini comitis vicecolonelli Draskovich fiscalis.

Ladislaus Labass, nobilis Croata, illustrissimi domini comitis generalis a Sermaghe bonorum inspector et actualis civitatis perceptor cum salario florenorum 30.

Josephus Gajer, Hungarus, Posoniensis, tricesimae Zagrabiensis tricesimator et parochialis ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 30 primarius aedituus.

Laurentius Vukinay, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100.

Mathias Soffich, Croata, literatus, et actualis camerarius cum salario florenorum 75.

Josephus junior Zaversky, Croata nobilis, fori utriusque juratus causarum advocatus et emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis fiscalis.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesarea regia et apostolica Majestas, Domina, domina clementissima!

Postquam clementissimum Majestatis Vestrae sacratissimae de 20ma mensis januarii anni labentis erga demissas preces nostras emanatum mandatum nobis annualem restaurationem magistratualem pro consueto privilegiali termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3am mensis februarii incidentis hac etiam vice sine interventu commissarii Majestatis Suae sacratissimae regii peragendam indulgens 5a ejusdem mensis feruarii in subditati subjectione percepissemus, quemadomodum idem benignum Majestatis Suae sacratissimae mandatum restauratorium ob summam procul dubio asperitatem viarum jam transacto divi Blasii festo primo supervenisset, ita in obsequium clementissimae Majestatis Vestrae sacratissimae dispositionis consuetam magistratualem restaurationem ex ratione intercurrentium feriarum bachanalisticarum in 10am ejusdem praefigere et prorogare necessitabamur, qua adveniente pro praescripto benignae occasione restaurationis observari solita norma audito praevie in parochiali ecclesia solenne missae sacrificio et invocato Spiritus sancti numine ad domum praetoream concessimus, ubi etiam perlectis et explanatis, tam praeattacto benigno Majestatis Vestrae sacratissimae mandato restauratorio, cum et Camerae suae Posoniensis, intimatorio decreto observantes in omnibus praeinsinuatam clementissimam Majestatis Vestrae sacratissimae per eandem Cameram Posoniensem benigne praescriptam candidationis et electionis normam, primum et ante omnia vacantem per resignationem Josephi senioris Zaversky Comitatus Zagrabiensis vicecomitis sedem assessoralem modalitate in humillime adnexo diario ac penes hoc restaurationis schemate expressa redintegravimus, etpost vero in restaurandis aliis civilibus officiis processimus quibus restauratis ad ipsam quoque electionem judicis deventum fuit, in cujus modi etiam officio prior judex Josephus utpote Hochnemer ultro confirmatus, consuetum oficii sui in parochiali ecclesia deposuit juramentum.

Quod porro attinet domesticas rationes nostras, Georgii quidem Santich emeriti pro anno 1766. camerarii, viam novi intra dominium a bjectorum partis, prout et assumptione civium qualiternam ultro in effectum benignae Majestatis Vestrae sacratissimae ordinationis progredi conabamur, ex praeanexo diario, schemate et neoassumptorum civium, Majestas Vestra sacratissima clementer informari dignabitur.

Quod porro attinet domesticas rationes nostras, Georgii quidem Santich emeriti pro anno 1766. camerarii, viam novi intra dominium a barone Josepho a Phöffershoven consiliario Majestatis Vestrae sacratissimae camerali mense adhuc septembri obtinentis, a tamen intra 6 mensium spatium novisare negligentis hodierno cursore Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae Posoniensi submittimus, Ignatii demum Perggrof-

fer anni 1767. aeque emeriti camerarii mox terminata censura magistratualis purisatione proximo cursore ad eandem Cameram pro debita obligatione nostra trasmissuri sumus.

Quem etiam progressum nostrum consumataeque restaurationis actum, ut Majestas Vestra sacratissima benigne ratihabere dignetur, in homagiali subjectione humillime suplicamus, vitamque et sanguinem nostrum in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium consecrantes in perenni fide et fidelitate emorimur. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex et magistratus liberae et regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex sessione nostra magistratuali die 13a martii 1769. celebrata.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale consilium regium, Domini domini gratiosissimi!

Benignissimo Suae Majestatis sacratissimae de 20a mensis januarii anni labentis emanato mandato restauratorio, ita et gratioso excelsae Camerae intimatorio decreto die 5a evoluti mensis februarii adeoque jam post festum divi Blasii episcopi et martyris privilegialem videlicet restaurationis diem per nos in humillima devotione acceptis qualisnam juxta observatam clementissimam medio istius excelsae Camerae nobis benigne submissam idaeam pro die 10a ejusdem mensis februarii in quam ob intercurrentes ferias bachanalisticas negotium differendum erat, magistratualis inter nos successerit restauratio. Ex schemate et annexo diario nostro informari dignabitur eadem excelsa Camera, quam etiam talis peractam et in praeannexis schemate et diario uberius circumscriptam, ut excelsa Camera una cum acclusa specificatione neoassumptorum civium (pluribus eatenus semet partim non insinuantibus, partim vero statum libertatis suae legitimare non valentibus) gratiose acceptare et per Suam Majestatem sacratissimam approbandam alto suo patrocino secundare dignetur, in omni veneratione humillime instamus.

Quod vero attinet statum activorum passivorumque civitatis debitorum, nec non restantiarum apud cives haerentium, remanentiaeque cassae nobiscum actis restauratoriis mediante alterius ordinis gratioso suo de 22a mensis decembris anni proxime evoluti emanato decreto specificari comissa, in effectum ejusdem quoque gratiosi excelsae Camerae decreti pro consueta obligatione nostra demisse referimus, activa debita civitatis ex accepta pro beneficio proventuum tricesimalium summa conflata et ex annuali 5 a centum interusurio elocata ad florenos 11640 numerari, debita autem passiva non nisi ad florenos 220 exstendi ejusmodi pecunia quemadmodum domui Szitarekianae per civitatem titulo executionis pro diversis praetensionibus jam in jure superatis sub summa florenorum 1500 apprehensae et actualiter ex annuali censu florenorum 40 elocatae, investita foret, ita distracta ejusmodi domo idem quoque debitum protestato nostro in augmentum peculii hujus regii zelo expuncturi sumus. Quantum autem concernit restantias apud camerarios et perceptores annorum priorum haerentes, Joannes quidem Skerlecz post convictionem sui in florenis 380, nec non Joannes Nemachich accpeta itidem in florenis 80 gravatoria sententia, per extradationem formalium obligatoralium (sufficiente caeteroquin fundo provisi) publicam contentarunt cassam, relicta vero Adami condam Shmit, praeter consignationem magistratui restantiae Brezovachkianae in florenis 200, effective deposuit florenos 21, prout et ex distracto per publicam licitationem Josephi condam Maczan (in florenis 380 d. 51 succumbentis) horto recenter incassati sunt floreni 280. Supernatans autem summa florenorum 100 d. 51 adhuc ab ulteriori fundorum ejusdem dependet executione, insuper, quia praeter praemissos Stephanus Szale et Nicolaus Huzjak triennalibus perceptoralibus contributionalis quanti et census sancti Martini, imo posterior eorundem taxae etiam dietalis per duos florenos fundis impositae obnoxiarentur, rationibus et ad easdem praestandas cum praenotatis jam convictis anno adhuc superiori fiscali actione conventi essent, Michael vero Brezovachky praeter praeattactos florenos 200 in florenis 500 restantiarius in dilucidatione suarum procederet rationum, itaque, ubi hi quoque processus in optatum finem deducti fuerint et intuitu praemissorum trium ratiocinantium fidelem eidem excelsae Camerae relationem facturi sumus. Pro uberiori autem recentiorum restantiarum notitia, cum Georgius Santich in florenis 1050, cruciferis 57 1/2, succumbens vi datae sibi per illustrissimum dominum baronem Josephum a Phöffershoven gremialem ejusdem excelsae Camerae consiliarium adhuc mense septembris intra dominium novisandi facultatis per integros 6 menses et quod excedit, muneri suo satisfacere intermisisset, idcirco tam ejusdem, cum et Ignatii Perggroffer aeque in florenis 67 cruciferis 9 8/4, restantiarii cameriales rationes una cum tertiae angariae extractu angaricali pro consueta revisione eidem excelsae Camerae humillime submittimus. Demum quia civitas haec parte ab una anno superiore in prosecutionem perfectionis Braxae, certique murati pontis in via Telloniali erecti et confractionem lapidis pro stratura civitatis necessarii, ipsamque planationem platearum graves admodum erogasset pecunias, parte vero ab altera praeattactae restantiae partim per extradationem obligatorialiam expunctae essent, partim vero adhuc a liquidatione et respective judicio, quoad transmissas rationes ejusdem excelsae Camerae dependerent, imo nec ipsa interusuria ob defectum pecuniae adaequate incassari poterant, remanentia cassae anni superioris nulla prorsus reperitur, compluresque auszczugales mercatorum, potissimum vero, quoad ferrum in utile civitatis conversum, praetensiones ex proventibus anni labentis expungere necessitamur. Caeterum quid eadem excelsa Camera mediante suo de 29a mensis decembris anni 1760. emanato decreto propter cognitionem archivii, manipulationemque negotiorum publicorum annualem notariatus restaurationem inhibuisset, gratiosam excelsae Camerae in eo ultro venerabundi recognoscimus dispositionem, interim cum ursa alia civilia officia de anno in annum restaurarentur et intuitu hujus in posterum restaurandi nostras humillimas fundendo preces in perenni venerationis cultu emorimur. Excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex et magistratus liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis datum Zagrabiae ex sessione nostra magistratuali die 13a mensis martii 1769. celebrata.

Lectum et improthocollatum per eundem notarium m. p.

1770.

Anno domini 1770mo die 22da mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea, senatorea, inque consessu magistratuali praesentibus ex interiori magistratu dominis Josepho Hochnemer judice, Stephano Zareczky capitaneo, Georgio Skalija, Mathia Juraich, Joanne Skerlecz, Michaele Brezovachky consule, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Joanne Gorup, Ignatio Pergroffer, Adamo Sztruchich et Josepho Pavun juratis senatoribus, ex ellecta vero comunitate seu exteriori magistratu Josepho Gajer fisco seu tribuno plebis, Stephano Chebrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Michaele Miksich, Petro Blasekovich, Joanne Svabely, Samuele Orlik, Nicolao Huzjak, Petro Harapinovich, Georgio Santich, Joanne Nemachich, Josepho Ladessich, Benedicto Arbanasz, Petro Gerkavecz, Petro Appoka, Ladislaus (!) Labass, Laurentio Vukinay, Ignatio Mikulich, Mathia Soffich praesentibus, absentibus vero Joanne Cheh et Josepho Zaversky, Michaele porro Czopolati intermedio tempore fatis functo celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Quamquam tam ex privilegiis ab augustissimis olim Regni Hungariae regibus clementer colatis ac tot saeculorum usu continuo roboratis, cum et ex veteri liberae et regiae civitatis hujus Montis Graecensis Zagrabiensis praxi restauratio magistratualis in ipso festo divi Blasii episcopi et martyriis celebrari assuevisset, quia nihilominus generalis inclytorum dominorum statuum et ordinum congregatio potissimum in merito contributionis considens, in diem primam mensis februarii Varasdini praefixa intercurisset, inibique praeter dominos judicem et Mathiam Juraich velut deputatos notarium quoque, plures etiam alios e gremio magistratus et communitatis longiori tempore praerepetitae generali Regni congregationi interesse inibique morari opportuisset, idcirco consueta magistratuali restauratione in diem 22dam mensis aprilis comuni omnium opinione dilata existente, eademque die subinde reccurente, ante omne exordium consuetae restaurationis, primum et ante omnia pro praescripta benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26to mensis iugusti 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum magistratualium restaurationum praescribentis normae per magistratum et ellectam communitatem (exceptis supranominatis) hora 7ma matutina progressum fuit ad parochialem ecclesiam sancti Marci Evangelistae ubi etiam audito soleniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus nomine, demum ad domum praetoream digredientes et secundum senium sedes suas occupantes, cum caeteroquin iam in antecessum ad festum praerepetiti divi Blasii episcopi publicatio fassionum sub majori civitatis sigillo expediendarum intercessisset, ex eo perlectione benigni mandati restauratorii et gratiosi excelsae Camerae decreti cum primis necessaria existente, itaque

clementissimum Suae Majestatis sacratissimae mandatum restauratorium de 15a mensis januarii prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 20ma ejusdem mensis et anni labentis ad hanc civitatem emanatum, intimatum cum interpretatione etiam ex Latino

in Croaticum lecta et publicata sunt, quibus publicatis ac praeattacta etiam benigna norma cum aliis nonnullis ad publicum congressum pertinentibus negotiis in publico explanatis existente tandem

Quia intermedio tempore generosus dominus Michael Czopolati, medicus et simul civitatis hujus assessor ad aeternitatem evocatus fuisset, per consequens per mortem et e vivis decessum ejusdem assessoratus vacasset, eapropter pro tenore benignae praescriptae normae cum primis ad redintegrationem ejusdem sedis progressum fuit.

Pro qua sede assessorali

per interiorem magistratum candidabantur domini Paulus Thauszi inclyti Comitatus Zagrabiensis vicefiscalis, Donatus Lukavszky et Josephus Vuger, ex quibus potioritate votorum ellectus est idem Donatus Lukavszky qui et consuetum deposuit juramentum.

Praemissa itaque in antecessum vacante sede assessorali completa et consueta magistratuali restauratione ab exteriori magistratu seu ellecta communitate inchoari debentur.

Pro officio fisci seu tribuni plebis

Praevia ejusdem officii per dominum Josephum Gajer resignatione pro eodem officio praeter eundem dominum Josephum Gajer candidabantur domini Samuel Orlik et Joannes Svabely, ex quibus idem dominus Svabely ellectus est officiique sui deposuit juramentum.

Pro officio decani

Quia idem officium ex gratioso excelsae Camerae de 29a mensis decembris 1760. emanato decreto, ex interiori magistratu ad exteriorem seu ellectam communitatem transferendum praeciperetur, ex eo avulso eodem officio ab officio consulis in interiori magistratu sessionem suam habentis pro eodem officio ex ellecta communitate candidabantur dominus Benedictus Arbanasz, Josephus Ladessich et Matias Spulko; ex quibus potioritate votorum ellectus est idem Josephus Ladessich, officiique sui consuetum deposuit juramentum habiturus ex cassa florenos 50.

Officio notariali aeque fundamento praeallegati excelsae Camerae de 29a decembris 1760. emanati decreti sub annualem restaurationem non cadente imo eadem excelsa Camera altero etiam de 2da mensis maii anni superioris 1769. erga repraesentationem magistratus et ellectae communitatis emanato decreto stabilitatem ejusdem ultro comittente, idcirco

Pro officio capitanei

Praevia ejusdem officii per dominum Stephanum Zareczky priorem capitaneum resignatione pro eodem officio candidabantur idem dominus Stephanus Zareczky, domini item Mathias Juraich et Stephanus Szale, ex quibus idem dominus Stephanus Zareczky ultro confirmatus est.

Pro officio consulis

Consulis officio, ab officio decani, cui inspectio aeconomiae civitatis competeret, modalitate praemissa ex ordinatione excelsae Camerae separato atque adeo distinctum a decano, individuum officiente penes priorem consulem Michaelem Brezovachky candidabantur domini Joan-

nes Skerlecz et Ignatius Pergroffer, ex quibus prior dominus utpote Michael Brezovachky ultro confirmatus est.

Pro officio camerarii

Siquidem idem officium semper ultima decembris restaurari assuevisset, actualis vero dominus camerarius Mathias Soffich ad computum anni alterius jam in 4um mensem serviret, ne itaque in ipso ratiocinio quaspiam difficultates oriri contingat, idem dominus camerarius usque ad finem anni ultro confirmatus est.

Pro officio perceptoris

ex candidatis dominis Benedicto Arbanasz, Ignatio Mikulich et Joanne Nemachich ellectus est idem Joannes Nemachich.

Pro primario xenodochii praefecto

ex candidatis Georgio Santich, Nicolao Huzjak et Mathia Spulko, ex quibus ellectus est idem Mathias Spulko.

Pro vicepraefecto xenodochii

ex candidatis Petro Gerkavecz, Nicolao Huzjak et Georgio Santich ellectus est praenotatus Petrus Gerkavecz.

Pro aedituo primario s. Marci

ex candidatis priori domino Josepho Gajer, domino item Benedicto Arbanasz et Georgio Santich, idem dominus Gajer ultro confirmatus est.

Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae

ex candidatis domino Benedicto Arbanasz, Josepho Ladessich priori et Nicolao Huzjak idem Josephus Ladessich ultro confirmatus est.

Pro aedituo Patientis Christi

ex candidatis dominis priori Michaele Miksich, Samuele Orlik et Petro Guzanich ellectus est idem Petrus Guzanich.

Tandem quia ellectio judicis totalem magistratualem restaurationem secundum praescriptam clementer idaeam concludere deberet, ex eo

Pro officio judicis

Praevia ejusdem officii per dominum Josephum Hochnemer priorem judicem resignatione pro eodem officio candidabantur idem dominus Josephus Hochnemer, Mathias Juraich et Joannes Skerlecz, ex quibus idem dominus Josephus Hochnemer in officio judicis potioritate votorum ultro confirmatus est, qui etiam taliter confirmatus mox digrediendo ad parochialem ecclesiam sancti Marci inibi post decantatum hymnum Ambrosianum, solene officii sui ad majus altare deposuit sacramentum.

Die imediate sequenti seu 23a ejusdem mensis aprilis Zagrabiae in praedicta domo praetorea cum interventu tam interioris, cum et exterioris magistratus, absentibus nihilominus quibus supra in merito infrasertorum ordinariorum civilium servitiorum continuata est restauratio modalitate sequenti. Et quidem

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

ex candidatis priori Petro Gerkavecz, dominis item Joanne Svabely et Ignatio Mikulich ellectus est praescriptus dominus Joanne Svabely.

Pro aedituo sancti Rochi

ex candidatis domino Ignatio Mikulich, Nicolao Huzjak et Mathia Spulko ellectus est idem dominus Ignatius Mikulich.

Pro aedituo capelae s. Spiritus

ex candidatis priori domino Petro Blasekovich, Benedicto Arbanasz et Laurentio Vukinay confirmatus est ultro idem dominus Petrus Blasekovich.

Pro appretiatoribus seu fori inspectoribus

ex candidatis dominis Michaele Miksich, Joanne Nemachich et Mathia Soffich ellecti sunt domini Michael Miksich et Mathias Soffich.

Pro spano seu villico civitatis

ex candidatis priori Nicolao Huzjak, Georgio Santich et Laurentio Vukinay idem Nicolaus Huzjak ultro confirmatus est.

Pro quarteriorum magistro

ex candidatis Joanne Nemachich, Georgio Santich et Laurentio Vukinay idem Joannes Nemachich ultro confirmatus est.

Pro caminorum inspectoribus

et quidem intra moenia civitatis denominati sunt domini Josephus Zaversky et Donatus Lukavszky, extra moenia autem seu per suburbia constituti sunt domini Ignatius Mikulich et Mathias Soffich.

Castelanus porro Georgius Gallich penes renovationem juramenti ultro confirmatus est.

Nec absimiliter organista Ignatius utpote Pergroffer ultro confirmatus est, de aliis autem coristis in locum prioris velut dissolutae vitae, ut prospiciatur conclusum est.

Porro pro sacrista sancti Marci Georgius Dobrillovich ultro denominatus est, in locum autem defuncti Martini Mesniar in campanatorem praeter Basulii ellectus est Joannes Gabrich.

Caeterum officio fiscali sub restaurationem alioquin non cadente in eodem adusque titulo provisorio constitutus dominus Georgius Felijak, ut realis fiscalis per magistratum ultro confirmatus est.

Ac ita serie totius magistratualis restaurationis terminata existente, neo autem assumptis civibus cum denominatione cognominum, nascitae conditionis et taxae prothocollo civitatis caeteroquin insertis, quo exactior Suae Majestatis sacratissimae et excelsae Camerae super universorum serie relatio fieri valeat, magistratus omnes quoque demum ratione reddendis rationibus obnoxios de talium celeriori serio commonuit.

Lectum, publicatum et improthocollatum per
Josephum Spissich de Jappra per civitatis notarium.

Schema seu status personalis
et salarialis magistratualium et communitatis ac officiorum
anni praesentis 1770mi cum circumscriptione in benignissima
idaea magistratui huic in anno 1755. clementer praescripta
et quidem senatorum:

Josephus Hochnemer, nobilis Croata, loci postae magister, causarum advocatus et actualis judex, cum salario praeter exiguas accidentias florenorum 60.

Stephanus Zareczky, Croata, litteratus et actualis civitatis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

Georgius Skalija, Croata, litteratus et professione sua mercator.

Mathias Juraich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimi et illustrissimi domini comitis Christophori Erdödy fiscalis procurator.

Michael Brezovachky, Insulanus, litteratus et actualis civitatis consul.

Joannes Skerlecz, nobilis Croata, litteratus.

Georgius Igerchich, Croata, professione sua argentifaber, sciens semet commode subscribere.

Stephanus Szalle, nobilis Hungarus et emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorup, Croata, illiteratus et professione sua nodifex.

Ignatius Pergroffer, Styrus, Germanicae et Croaticae litteratus et loci parochialis ecclesiae organista, cum salario florenorum 50.

Adamus Sztruchich, nobilis Croata, litteratus et emeritus in confiniis Regni Banalibus vigiliarum praefectus.

Josephus Lukinich aliter Pavun, Croata, fori utriusque causarum advocatus et bonorum Episcopatus Zagrabiensis nunc per excelsam Cameram possessorum fiscalis.

Quorum signuli ut senatores cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis persolvuntur.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, emeritus plurium inclytarum familiarum fiscalis et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150 ex cassa civitatis pendendorum et accidentiis pro casu expeditionum juxta benignissimam Suae Majestatis sacratissimae taxarum limitationem.

Joannes Svabelly, Insulanus, litteratus actualis civitatis fiscus seu tribunus plebis cum salario florenorum 50.

Stephanus Chebrian, Croata, litteratus et inclytae familiae Erdödyanae bonorum Keresztinecz provisor.

Mathias Spulko, Croata, illiteratus, professione sua sartor et xenodochii civitatis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 primarius praefectus.

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, professione sua sartor et actualis capellarum patientis Christi et sanctae Margarethae aedituus cum salario florenorum 30.

Joannes Cheh, Croata, litteratus et Suae Majestatis sacratissimae tricesimae Berdoviczensis exactor.

Michael Miksich, nobilis Croata, actualis fori inspector et emeritus inclyti Comitatus Crisiensis perceptor.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et actualis s. Spiritus aedituus cum salario florenorum 6.

Samuel Orlik, nobilis Hungarus et emeritus inclytae familiae Erdödyanae praefectus.

Petrus Harapinovich, nobilis Croata, illiteratus et professione sua nodifex.

Nicolaus Huzjak, Croata, illiteratus, professione sua nodifex et actualis civitatis hujus spanus cum salario florenorum 40.

Georgius Santich, Croata et professione sua nodifex et Croatice litteratus.

Joannes Nemachich, Croata, litteratus, professione sua mercator et actualis civitatis perceptor cum salario florenorum 30 et quarteriorum magister, erga pensionem mixturae vaganorum 12.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50 ac subalternus ecclesiae sancti Marci aedituus erga salarium florenorum 15.

Benedictus Arbanasz, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis generalis cassae perceptor.

Petrus Gerkavecz, Croata, illiteratus, professione sua argentifaber et subalternus xenodochii civitatis praefectus cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus, causarum advocatus et excelentissimorum ac illustrissimorum dominorum comitum Joannis Erdödy, excelsae Camerae vicepraesidis et vicecolonelli Joannis Draskovich fiscalis procurator.

Ladislaus Labass, nobilis Croata et illustrissimi domini comitis generalis a Sermaghe bonorum inspector.

Josephus Gajer, Hungarus, Posoniens, tricesimae Zagrabiensis exactor et ecclesiae sancti Marci cum salario florenorum 30 aedituus.

Laurentius Vukinay, Croata, causarum advocatus.

Ignatius Mikulich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et capellae sancti Rochi cum salario florenorum 2 grossorum 8 aedituus et caminorum inspector erga salarium Hungaricale 1.

Mathias Soffich, Croata, litteratus et actualis civitatis cum salario florenorum 75 camerarius nec non fori et caminorum erga salarium Hungaricale 1 inspector.

Josephus junior Zaversky, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus fiscalis et caminorum inspector erga salarium Hungaricale 1.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas,
Domina, domina clementissima benignissima!

Quamquam in obsequium benignissimi Majestatis Vestrae sacratissimae mandati restauratorii, erga demissas preces nostras sub 15a mensis januarii anni labentis emanati et pro hac quoque vice absque interventu

commissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii actum peragendae magistratualis restaurationis nobis clementer indulgentis, in privilegiali pro festo sancti Blasii episcopi et martyris termino in diem 3iam mensis februarii incidente in solita restauratione magistratuali nos omnino progredi opportuisset, quia nihilominus ante ipsum praerepetitae restaurationis consuetum terminum, generalis statuum et ordinum Regni Croatiae congregatio in liberam et regiam civitatem Varasdinensium pro 1ma ejusdem mensis februarii praefixa extitisset in eademque praeter judicem Mathiam Juraich et notarium plures etiam ex utroque magistratu longiori tempore detineri contigisset, idcirco praerepetita magistratuali restauratione ex ratione promotionis altissimi Majestatis Vestrae sacratissimae servitii usque 22am mensis aprilis necessario prorogata, qualis nam eo tum (audito praevie in parochiali ecclesia solenni missae sacrificio invocatoque Spiritus sancti lumine) inter nos successerit restauratio, qui item ad concivilitatem assumpti habeantur, ex annexis diario schemate et susceptorum in concivilitatem cathalogo uberius clementer informari dignabitur Majestas Sua sacratissima.

Quod porro attinet consuetas super cassa domestica rationes tales usque annum 1767. inclusive ad excelsam Majestatis Vestrae sacratissimae Cameram Posoniensem jam effective submissae habentur, pro anno vero 1768. nobis non ita pridem praesentatae, ut quam totius revideantur, prout et pro anno proxime evoluto 1769. quo celerius praestentur ac ita utriusque ordinis revisae ad suam competentiam transmittantur, pro homagiali obligatione nostra congruas sane facturi sumus dispositiones.

Quam etiam seriem praedeductam peractam magistratualem restaurationem nostram, ut Majestas Vestra sacratissima clementer suscipere et benigne ratihabere dignetur humillime de genu supplicantes in perenni fide et fidelitate emorimur Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subdi N. N. judex magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum ex sessione nostra magistratuali Zagrabiae die 29a mensis maii 1770ma celebrata.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum Camerale consilium regium, Domini, domini gratiosissimi colendissimi!

Benignissimo Suae Majestatis sacratissimae de 15a mensis januarii anni labentis emanato mandato restauratorio, ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae intimato decreto 1um mensis februarii per nos in omni humillitate perceptis, quamvis pro recepta praxi et privilegiali consuetudine nostra in merito praescitae magistratualis restaurationis pro die 3ia praerepetiti mensis februarii seu videlicet ipso festo divi Blasii episcopi et martyris nobis omnino progrediendum fuisset, quia nihilominus ante ipsum praerepetitae restaurationis terminum generalis statuum et ordinum Regni Croatiae congregatio in liberam et regiam civitatem Varasdinensem pro 1ma ejusdem mensis februarii potissimum in merito contributionis considens praefixa extitisset, in eademque praeter judicem et Mathiam Juraich, notarium etiam pluresque alios ex utroque magistratu longiori tempore morari opportuisset, idcirco praerepetita magistratuali restauratione ex privilegiali termino fundamento intercurrentis promotionis altissimi servitii regii usque 22am mensis aprilis anni labentis necessario prorogata gratis nam, eo tum (audito praevie in parochiali ecclesia solenni missae sacrificio invocatoque Spiritus sancti lumine) in conformitate normae nobis clementer adhuc in anno 1755o praescriptae inter nos successerit restauratio, qui item et cujus conditionis homines in concivilitatem suscepti habeantur; ex annexis diario, schemate et assumptorum in concivilitatem civium cathalogo uberius gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Quod porro attinet statum activorum et passivorum debitorum civitatis nec non remanentiam cassae et restantiarum apud cives haerentium, activa quidem civitatis debita inclusa pecunia tricaesimali exurgunt ad florenos 13322 cruciferos 23, passiva vero in straturam civitatis contracta efferunt florenos 900, porro remanentia cassae nulla omnino est, imo ipsa salaria personarum magistratualium ex accumulatis miserae huic civitatis laboribus inexoluta haerent.

Denique quantum ad restantias anno etiam superiore eidem excelsae Camerae uberius circumscriptas haec omnino jam in aliqua sui parte incassatae habentur, veniunt autem adhuc incassandae et quid a domino Stephano Szalle in florenis 39, cruciferis 36, a domino Michaele Brezovachky praeterittas intuitu quorum de praesenti novisaret (in florenis 588), a Georgio Santich in florenis 340, cruciferis 45 et a Nicolao Huzjak aeque praeter processui inclusas restantias florenos 91, cruciferos 30 1/2.

Quam etiam modo praevio per nos peractam magistratualem restaurationem ut excelsa Camera acceptare et per Suam Majestatem sacratissimam approbari facere gratiose dignaretur humillime supplicamus ac in reliquo gratiis et protectioni ejusdem excelsae Camerae demisissime commendati perseveramus excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex sessione nostra magstratuali die 29a maii 1770mo celebrata.

Lectum et improthocollatum per eundem
notarium m. p.

1771.

Series magistratualis restaurationis
pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo primo

Anno domini millesimo septingentesimo septuagesimo primo, die vero 3ia mensis februarii ipso nempe festo divi Blasii episcopi et martyris termino videlicet privilegiali celebrandae magistratualis restaurationis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praecallegatae liberae ac regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis omnino intra muros et moenia praerepetitae civitatis inque Comitatu nominis ejusdem existente habitae per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos et quidem ex senatu interiori praesentibus dominis Josepho Hochnemer

judice, Stephano Zareczky capitaneo, Georgio Skalija, Michaele Brezovachky consule, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Joanne Gorup, Ignatio Perggroffer, Adamo Sztruchich et Josepho Pavun juratis senatoribus, domino vero Mathia Juraich aeque senatore ob actualem statum valetudinarium absente; ex ellecta demum communitate Joanne Svabely fisco seu tribuno plebis, Stephano Chebrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Samuele Orlik, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Joanne Nemachich, Josepho Ladessich, Benedicto Arbanasz, Petro Gerkavecz, Ladislao Labas, Josepho Gajer, Mathia Soffich, Josepho juniore Zaversky et Donato Lukavsky aeque praesentibus, dominis autem Petro Blasekovich infirmo existente, Petro autem Appoka ob cursum Tabulae Banalis absente, Michaele porro Mikssich, Petro Harapinovich, Laurentio Vukinay et Ignatio Mikulich intermedio tempore fatis functis, celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26ae mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae, regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et ellectam communitatem (exceptis supranominatis) hora 7a matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae frequenti numero progressum fuit, ubi audito soleniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine rursus ad praenotatam domum praetoream regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes, pro observata veteri peculii hujus regii praxi et consuetudine praeferenter ante omnia publicationem fassionum intermedio tempore super fundis et tenutis civilibus interventarum et sub majori civitatis sigillo expeditarum praemittendam censebant.

Occasione quarum publicationis sequentes intervenerunt contradictiones. Et quidem:

Fassioni Caroli Polcz super domo celebratae ex parte honestae virginis Rosaliae Diakovich contradixit dominus Gasparus Chegetek.

Fassioni domini leuthinanti Josephi Busan super terra ad allodium civitatis sita, pro illustrissimo domino comite colonello Sigismundo Voikffi celebratae nomine reliquorum dominorum Busan contradixit (praeter fiscum Joannem Svabely ex parte civitatis) dominus Donatus Lukavsky.

Fassioni Michaelis Kobetich super horto contradixit prudens et circumspectus Nicolaus Katkich.

Fassioni cambiaticiae domini notarii Josephi Spissich super horto pro prudente et circumspecto Mathia Siprak cive et chirurgo celebratae contradixerunt domini Gasparus et Stephanus Chegetek nomine suo et honestarum virginum Catharinae et Barbarae Gerbavecz.

Quoad fassionem domini Georgii Ivanchich, inclyti Comitatus Zagrabiensis judicis nobilium, super domo pro eodem celebratae reiteravit contradictionem Deodatus Degoy tandem dominus Joannes Svabely actualis fiscus omnibus et universis fassionibus in quantum juribus fisci praejudiciosae essent, contradictionis velamine obviavit et annualem contradictionem suam ab olim vigentem renovavit.

Qui omnes contradictores ad legitimationem jurium suorum, per consequens reddendam contradictionis suae rationem relegati sunt.

Qua peracta pro tanto exactiori Suae Majestatis sacratissimae dispositionis observantia, benignissima per altefatam Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria, clementissimum item mandatum regium restauratorium de 12ma mensis novembris, prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 29na ejusdem mensis, anni proxime evoluti 1770. ad hanc civitatem emanatum intimatum cum interpraetatione etiam ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt. His porro publicatis

Pro tenore praerecensitae benignae regiae restauratoriae normae ad replendas assessorales quatuor sedes vacantes progressum est; et quidem:

Pro prima vacante sede assessorali candidabantur per magistratum domini Georgius Felijak, Antonius Raitter et Michael Blasekovich, ex quibus ellectus est praescriptus dominus Georgius Felijak.

Pro 2da vacante sede assessorali candidabantur prudentes et circumspecti Antonius Raitter, Nicolaus Chunchich et dominus Michael Blasekovich, ex quibus ellectus est praenominatus Antonius Raitter.

Pro 3ia vacante sede assessorali candidabantur domini Paulus Thauszy, Michael Blasekovich et Nicolaus Chunchich, ex quibus ellectus est praeinsinuatus dominus Paulus Thauszy; demum:

Pro 4ta vacante sede assessorali candidabantur domini Franciscus Petrovich, Michael Blasekovich et Nicolaus Chunchich, ex quibus ellectus est mentionatus dominus Franciscus Petrovich.

Itaque exteriori magistratu modalitate praemissa complementato dominisque neoellectis assessoribus post depositum consuetum sui officii juramentum sedes suas praeter dominum Franciscum Petrovich de praesenti absentem, adeoque ex post adjurandum capientibus, in negotio restaurationis inchoando ab ellecta communitate seu fisco progressum est; ac ideo etiam:

Pro officio tribuni plebis seu fisci

priori fisco utpote domino Joanne Svabely more consueto officium suum resignante, pro eodem candidabantur per magistratum idem dominus Joannes Svabely, domini item Benedictus Arbanasz et Josephus Gajer, ex quibus ellectus est praescriptus dominus Josephus Gajer, qui etiam super fideli causarum civitatis activarum et passivarum promotione, nec non reliquorum etiam jurium et negotiorum civitatis officium suum tangentium manutentione consuetum officii sui deposuit juramentum. Quo deposito:

Pro officio decani

priori decano nobili utpote Josepho Ladessich idem officium resignante pro eodem candidabantur idem Josephus Ladessich, Georgius Santich et Mathias Spulko, ex quibus praedictus Josephus Ladessich ultro in officio eodem decani confirmatus est, officiique sui renovavit juramentum. Quo praestito

Pro officio camerarii

Cum ultima mensis decembris anni proximae evoluti 1770i officium camerarii ob quadruplicis ordinis assessorales vaccantias commode restaurari nequiverat, idcirco jam tum post completum magistratum exte-

riorem actuali camerario domino Mathia Soffich idem officium resignante, pro eodem camerariatu candidabantur idem dominus Mathias Soffich, domini item Benedictus Arbanasz et Antonius Raitter, ex quibus ellectus est praedictus Antonius Raitter, qui non absimiliter consuetum officii sui deposuit juramentum; Demum

Officio notariali sub restaurationem annualem non cadente

itaque digressum fuit ad restaurationem magistratus interioris modalitate sequenti. Et quidem

Pro officio capitanei

priori domino capitaneo Stephano utpote Zareczky idem officium ad praescriptum benignae normae restauratoriae resignante, pro eodem capitaneatus officio candidabantur idem dominus Stephanus Zareczky, domini item Michael Brezovachky et Stephanus Szale, ex quibus ellectus est praefatus dominus Michael Brezovachky, officiique sui consuetum deposuit juramentum: quo praestito:

Pro oficio consulis

priori domino consule antelato utpote Michaele Brezovachky ad officium capitanei promoto idcirco pro eodem consulatus officio candidabantur domini Stephanus Zareczky, Stephanus Szale et Josephus Pavun, ex quibus ellectus est praerepetitus dominus Stephanus Zareczky.

Pro officio judicis

priori domino judice Josepho videlicet Hochnemer idem officium more legali resignante pro eodem judicis officio candidabantur idem dominus Josephus Hochnemer, domini item Joannes Skerlecz et Mathias Juraich, ex quibus ellectus est antelatus dominus Joannes Baptista Skerlecz, qui etiam taliter constitutus judex mox digrediendo ad parochialem ecclesiam sancti Marci post decantatum inibi hymnum Ambrosianum solenne officii sui deposuit juramentum, ac demum intra frequentiorem dominorum magistratualium comitivam ad proprias aedes recessit.

Die imediate sequenti seu 4ta ejusdem mensis februarii Zagrabiae in praedicta domo praetorea senatorea cum interventu tam interioris cum et exterioris magistratus absentibus nihilominus, quibus supra continuata est infrasertorum subalternorum officialium et servitorum civitatis restauratio modalitate sequenti: et quidem

Domino Joanne Svabely actuali civitatis perceptore coram considente magistratu et communitate id exponente quod idem assumptum nuper perceptoratus officium propter neoimpositum contributionale quantum et difficilem ejusdem incassationem, per consequens infalibilem restantiarum accumulationem secus reservare nequeat, nisi idem perceptoratus officium ad debitum introducendum ordinem et exactiorem cassae manipulationem penes eundem ad spatium trium annorum absque ulla restauratione maneat, quo in passu etiam considens magistratus et communitas expensis uberius neointroducti contributionalis quanti, circumstantiis omnino annuit, ut, donec idem contributionale quantum ad rectiorem ponatur ordinem antelatum perceptoratus officium absque ulla restauratione penes eundem Joannem Svabely ad spatium trium annorum permaneat.

Pro primario xenodochii civitatis praefecto

priori ejusdem xenodochii praefecto Mathia utpote Spulko idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem Mathias Spulko, domini item Benedictus Arbanasz et Donatus Lukavszky, ex quibus antelatus Mathias Spulko ultro in eodem officio confirmatus est.

Pro vicepraefecto ejusdem xenodochii

prundens et circumspectus Petrus Gerkavecz prior antelati xenodochii vicepraefectus in eodem vicepraefectoratus munio dein etiam confirmatus est.

Pro primario aedituo s. Marci et capellae sanctae Ursulae

priori aedituo ejusdem ecclesiae domino utpote Josepho Gajer ad officium fisci promoto pro eodem itaque aedituatu candidabantur domini Benedictus Arbanasz, Donatus Lukavszky et Georgius Felijak, ex quibus ellectus est idem dominus Georgius Felijak.

Pro subalterno aedituo ejusdem ecclesiae

Priori viceaedituo Josepho Ladessich eundem viceaedituatum resignante, pro eodem candidabantur idem Josephus Ladessich, dominus item Mathias Soffich et Georgius Santich, ex quibus idem Josephus Ladessich ultro confirmatus est.

Pro aedituo capellarum Patientis Christi et sanctae Margarethae

Cum Petrus Guzanich actualis earundem capellarum aedituus singulari omnino dexteritate munus aedituale praescriptarum cappellarum administrasse observaretur, ideo idem in eodem aedituatu ultro confirmatus est.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

Dominus Joannes Svabely prior ejusdem capellae aedituus aeque ultro confirmatus est.

Pro aedituo sancti Rochi

Prudens et circumspectus Mathias Spulko prior ejusdem capellae aedituus non absimiliter confirmatus est.

Pro aedituo sancti Spiritus

Dominus Petrus Blasekovich prior ejusdem capellae sancti Spiritus aedituus aeque confirmatus est.

Pro appreciatoribus fori

Ex candidatis pro appreciatoribus dominis Mathia Soffich, Joanne Nemachich et Georgio Santich ellecti sunt praenominati domini Mathias Soffich et Georgius Santich, singulus eorundem titulo mercedis ex cassa civitatis habiturus florenos 12.

Pro spano civitatis

Prudens et circumspectus Nicolaus Huzjak in munere spani ultro confirmatus est.

Die 5ta ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea cum interventu eorundem dominorum magistratualium et ellectae communitatis absentibus nihilominus, et hic quibus supra in forma continuationis subalterni civitatis et ecclesiarum servitores partim confirmati, partim vero neocreati sunt ordine sequenti: et quidem

Pro castellano

Siquidem neoellectus dominus judex propter molem negotiorum se literatum castellanum habere debere exposuisset et pro hoc munere obeundo prae reliquis prudentem et circumspectum Joannem Frankovich idoneum inveniret, ex eo erga projectum ejusmodi domini judicis idem Joannes Frankovich potioritate votorum magistratus et communitatis in locum prioris castellani Georgii Galich in castellanum denominatus est consuetumque muneris sui deposuit juramentum.

Pro quarteriorum magistro

Domino Joanne Nemachich priori quarteriorum magistro idem munus resignante, in locum ejusdem pro quarteriorum magistro per magistratum et communitatem constitutus est prudens et circumspectus Vincentius Zirer habiturus titulo deputati in sortem fatigorum ex frumento civitatis annuatim vaganos 12.

Inspectores caminorum

Ex neocreatis dominis assessoribus quatuor constituti sunt caminorum inspectores, domini utpote Georgius Felijak et Antonius Raitter, Paulus Thauzi et Franciscus Petrovich, quorum priores duo intra posteriores vero itidem duo extra moenia civitatis caminorum inspectionem sunt habituri, quos etiam singulis quatuor temporibus visitare, compertosque deffectus pro corectione magistratui scripto reffere obligabuntur.

Organista

Actualis ecclesiae sancti Marci organista dominus utpote Ignatius Perggroffer, prout et choristarum uterque ultro ad interim donec de melioribus provisio fieri poterit confirmati sunt; nec secus

Sacrista ecclesiae sancti Marci

Georgius Dobrilovich, prout et campanatores omnes confirmati sunt in locum autem demortui Georgii Fugijak capellae sancti Joannis Nepomuceni Georgius Fabianecz et sanctae Ursulae Michael Kovachich campanatores constituti sunt.

Qui omnes domini aeditui et subalterni ecclesiae et capellarum servitores consuetum deposuerunt juramentum. Tandem serie totius magistratualis restaurationis modalitate praemissa ad contextum benignae regiae dispositionis modestae ac pacate terminata, quo exactior Suae Majestati sacratissimae et excelsae Camerae super universos serie relatio fieri valeat, dominus judex et magistratus omnes et universos reddendis rationibus quoquomodo obnoxios ad talium celeriorem praestationem serio commonuit.

Schema seu status personalis
et salarialis magistratualium et communitatis ac officiorum
anni labentis 1771. cum circumscriptione in benignissima idea
magistratui huic in anno 1755. clementer praescripta;
et quidem senatorum:

Joannes Baptista Skerlecz, nobilis Croata, litteratus, actualis judex, cum salario praeter exiguas accidentias, qua talis florenorum 60.

Stephanus Zareczky, Croata, litteratus, actualis civitatis consul, pro hic et nunc qua talis absque salario.

Georgius Skalija, Croata, litteratus et professione sua mercator.

Josephus Hochnemer, nobilis Croata, litteratus et loci postae magister.

Mathias Juraich, nobilis Croata et excellentissimi ac illustrissimi domini comitis Christophori Erdödy fiscalis procurator.

Michael Brezovachky, Insulanus, litteratus et actualis civitatis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

Georgius Igerchich, Croata et professione sua argentifaber, sciens semet comode subscribere.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus et emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorup, Croata, illiteratus et professione sua nodifex.

Ignatius Perggroffer, Styrus, Germanice et Croatice literatus et loci parochialis ecclesiae sancti Marci cum salario florenorum 50 organista.

Adamus Sztruchich, nobilis Croata, litteratus et emeritus in confiniis Regni Banalibus vigiliarum praefectus.

Josephus Lukinich aliter Pavun, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus.

Quorum singulus ut senator cum salario florenorum 60 ex cassa civitatis persolvitur.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150 et accidentiis pro casu expeditionum.

Josephus Gajer, Hungarus, Posoniensis, actualis fiscus cum salario florenorum 50 et una loci regiae tricesimae exactor.

Stephanus Chebrian, Croata, literatus et inclytae familiae Erdödyanae bonorum Keresztinecz provisor.

Mathias Spulko, Croata, illiteratus, professione sua sartor et xenodochii civitatis cum salario florenorum 18 et pro piscibus floreni 1 primarius praefectus.

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, professione sua aeque sartor et actualis capellarum Patientis Christi et sanctae Margarethae cum salario florenorum 30 aedituus.

Joannes Cheh, Croata, literatus et Suae Majestatis sacratissimae tricesimae Berdovicensis exactor.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et actualis capellae sancti Spiritus cum salario florenorum 6 aedituus.

Samuel Orlik, nobilis Hungarus, et emeritus inclytae familiae Erdödianae praefectus.

Nicolaus Huzjak, Croata, illiteratus, professione sua nodifex, actualis civitatis spanus cum salario florenorum 40.

Georgius Santich, Croata, modice Croatice literatus et professione sua aeque nodifex, actualis fori inspector cum salario florenorum 12.

Joannes Nemachich, Croata, literatus, professione sua mercator.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, professione sua nodifex et actualis civitatis decanus cum salario forenorum 50, prout et subalternus parochialis ecclesiae sancti Marci cum salario florenorum 15 aedituus.

Benedictus Arbanasz, nobilis Croata, et inclyti Comitatus Zagrabiensis generalis cassae perceptor.

Petrus Gerkavecz, Croata illiteratus, professione sua argentifaber et subalternus xenodochii civitatis praefectus cum salario florenorum 12 et pro piscibus floreni 1.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus et fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimi ac illustrissimorum dominorum comitum Joannis Erdödy et vicecolonelli Joannis Draskovich fiscalis.

Ladislaus Labass, nobilis Croata, et inclyti Comitatus Zagrabiensis cassae viceperceptor.

Mathias Soffich, Croata, literatus et fori inspector cum salario florenorum 12.

Josephus junior Zaverski, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus fiscalis.

Donatus Lukavszky, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis vicenotarius.

Georgius Felijak, Croata, utriusque juratus causarum advocatus, actualis civitatis cum salario florenorum 100 fiscalis, prout et ecclesiae sancti Marci primarius aedituus cum salario florenorum 30 et intra urbanus caminorum inspector erga salarium floreni 1, cruciferorum 15.

Antonius Rajtter, Germanus, mercator, Germanice et Croatice literatus et actualis civitatis cum salario florenorum 75 camerarius, nec non caminorum inspector intra urbem cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Paulus Thauzy, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et intraurbanus cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

Franciscus Petrovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimi ac illustrissimi domini comitis Christophori Erdödy vicedirector, actualis cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum extra urbem inspector.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas, Domina domina clementissima benignissima!

Postquam clementissimum Majestatis Vestrae sacratissimae die 12ma mensis novembris anni proxime evoluti 1770. emanatum mandatum nobis annualem restaurationem magistratualem pro consueto privilegiali termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris, in diem

3iam mensis februarii incidentis hac etiam vice sine interventu comissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii peragendam indulgens, in homagiali subjectione percepissemus, idcirco in praeattacto privilegiali restaurationis nostrae termino, qualis nam inter nos pro anno delabente 1771. magistratualis intercesserit restauratio, qui item et cum quali taxa cujusve conditionis ad concivilitatem assumpti habeantur, ex humillime advolutis diario et duplici schemate status personalis clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro attinet domesticas rationes nostras, Georgii quidem Santich emeriti pro annis 1765. et 1766. camerarii ultimo ad excelsam Majestatis Vestrae sacratissimae Cameram Hungarico-aulicam transmissae habentur, Ignatii vero Mikulich pro anno 1768o ex eo adhuc a magistratuali revisione dependent, quod et tardius per eundem exhibitae fuerint et ante datam replicam idem camerarius morte praeventus extiterit, ut nihilominus nontantum eadem, verum etiam subsequi pro annis 1769. et 1770o camerarii Mathiae Soffich rationes debitum sortianter effectum quemadmodum congruas eatenus fecimus dispositiones. Ita mox post factam earundem revisionem tales ad locum destinatum pro homagiali devotione nostra transmissuri sumus.

Quem etiam progressum consumataeque restaurationis nostrae actum, ut Majestas Vestra sacratissima benigne ratihabere dignetur in subditali subjectione humillime supplicamus vitamque et sanguinem nostrum in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium consecrantes in perenni fide et fidelitate emorimur. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex, magistratus ac tota communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 14a mensis februarii 1771o celebrato.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale consilium regium, Domini domini gratiosissimi colendissimi!

Benignissimo Suae Majestatis sacratissimae de 12ma mensis novembris anni proxime evoluti 1770. emanato mandato restauratorio ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae de 29a ejusdem mensis expedito intimatorio decreto per nos in humillima subjectione jamdudum perceptis, qualisnam juxta observatam clementissimam medio ipsius excelsae Camerae nobis benigne submissam ideam pro die 3ia labentis mensis februarii inter nos successerit magistratualis restauratio, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem assumpti habeantur, ex diario et annexo duplicis ordinis status personalis schemate gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera, quam etiam taliter peractam et in praeannexis schemate et diario uberius circumscriptam restaurationem nostram, ut eadem excelsa Camera gratiose acceptare et per Suam Majestatem sacratissimam clementer approbandam alto patrocinio suo secundare dignetur, in omni veneratione humillime instamus.

Quantum vero concernit statum activorum et passivorum debitorum civitatis, nec non remanentiam cassae et restantiarum apud cives haerentium, activa quidem civitatis debita inclusa pecunia tricesimali,

ex qua pars aliqua capitalis in necessitates publicas errogata haberetur, de praesenti constituunt, non nisi florenos 12822, cruciferos 38 1/3, passiva autem adhucdum exurgunt ad florenos 800 cujus modi etiam summa, ut primum haerentes apud emeritos camerarios restantiae et quidem apud dominum Michaelem Brezovachky in florenis 955, cruciferis 37 1/2, apud Nicolaum Huzjak in florenis 262, cruciferis 38 1/4 et apud Georgium Santich in florenis 335, cruciferis 45 incassatae fuerint, ob deffectum alterius cassae per quotidianas publicas errogationes jam plene exhaustae pro debito obligamine nostro expungere omnimode sattagemus ac in reliquo penes praemissorum genuinam relationem gratiis et protectioni ejusdem excelsae Camerae humillime commendati perseveramus excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex, magistratus et tota communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum ex sessione magistratuali die 14a mensis februarii 1771. celebrato.

Lectum, publicatum et improthocolatum
per Josephum Spissich de Jappra prafatae civitatis
juratum notarium

1772.

Series magistratualis restaurationis
pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo secundo.

Anno domini 1772o die 3ia mensis februarii ipso nempe festo divi Blasii episcopi et martyris termino videlicet privilegiali celebrandae magistratualis restaurationis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praeallegatae liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis omnino intra muros et moenia praerepetitae civitatis inque comitatu nominis ejusdem existente, habita per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex senatu interiori praesentibus dominis Joanne Baptista Skerlecz judice, Georgio Skalija, Josepho Hohnemer, Michaele Brezovachky capitaneo, Georgio Igerchich, Joanne Gorrupp, Ignatio Perggroffer, Adamo Michaele Sztruchich et Josepho Pavun, Stephano autem Zareczky consule intermedio tempore fatis functo, Mathia vero Juraich judicis nobilium praescripti Comitatus officium assumente, adeoque sedibus eorundem vacantibus, porro Stephano Szalle qua ablegato civitatis in inclyta sede Tavernicali Budae celebrata existente, ex ellecta vero communitate Joanne Svabely substituto fisco, Stephano Chabrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Petro Blasekovich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Joanne Nemachich, Josepho Ladessich, Benedicto Arbanasz, Petro Gerkavecz, Petro Appoka, Ladislao Labas, Donato Lukaussky, Paulo Thauzy et Antonio Rajtter aeque praesentibus, Matthia autem Soffich fatis functo, Josepho Gajer profugo, Francisco Petrovich officium assessoratus resignante, Samuele autem Orlik et Josepho juniore Zaversky aegrotantibus, Joanne Cheh officio tricesimali impedito, Georgio demum Felijak fiscali in causa fisci civitatis in praefata sede Tavernicali commorante, adeoque a praesenti actu absentibus celebratae magistratualis restaurationis

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26a mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae, regulamque instituendarum restaurationum magistratualium perscribentis normae per magistratum et eilectam communitatem (exceptis supranominatis) hora 8va matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae frequenti numero progressum fuit, ubi audito solenniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine rursus ad praenotatam domum praetoream regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes pro observata veteri peculii hujus regii praxi et consuetudine praeferenter ante omnia publicationem fassionum intermedio tempore super fundis et tenutis civilibus interventarum et sub majori civitatis sigillo expeditarum praemittendam censebant.

Occasione quarum publicationis nobilis domina Cristina Skerlecz, nupta Protulepecz contradixit denuo fassioni super domo Gudichiano-Jursichiana interventa.

Demum generosus dominus Joannes Svabely substitutus civitatis fiscus omnibus et universis fassionibus praeteritis et praesentibus in quantum quoquomodo fisco seu juri fisci praejudicarent contradixit.

Qua peracta pro tanto exactiori Suae Majestatis sacratissimae dispositionis observantia benignissima per altefatam Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria, clementissimum item mandatum regium restauratorium de 20a mensis decembris anni proxime evoluti, prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 7a recens praeteriti mensis januarii ad hanc civitatem emanatum intimatum cum interpraetatione ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt.

His porro publicatis pro tenore benignae regiae restauratoriae normae ad replendas has vacantes sedes assessorales deventum est. Et quidem.

Pro prima vacante sede assessorali candidabantur per magistratum domini Josephus Wefforth, Nicolaus Cheh et Michael Blasekovich, ex quibus ellectus est idem dominus Michael Blasekovich.

Pro secunda sede assessorali aeque vacante candidabantur domini Josephus Wefforth, Nicolaus Cheh et Stephanus Chegetek, ex quibus ellectus est idem dominus Nicolaus Cheh.

Pro tertia sede assessorali pariter vacante candidabantur domini Josephus Wefforth, Stephanus Chegetek et Michael Krajachich, ex quibus ellectus est idem dominus Michael Krajachich.

Itaque exteriori magistratu modalitate praemissa complementato dominisque neoellectis assessoribus, in quantum praesentes essent, suas sedes capientibus ad complendas vacantes sedes senatorales deventum fuit; ac ideo etiam

Pro prima sede senatorali candidabantur domini Petrus Appoka, Joannes Svabely et Michael Blasekovich, ex quibus ellectus est idem dominus Petrus Appoka, per cujus etiam promotionem vacantia sedis assessoralis enata; itaque

ex qua pars aliqua capitalis in necessitates publicas errogata haberetur, de praesenti constituunt, non nisi florenos 12822, cruciferos 38 1/3, passiva autem adhucdum exurgunt ad florenos 800 cujus modi etiam summa, ut primum haerentes apud emeritos camerarios restantiae et quidem apud dominum Michaelem Brezovachky in florenis 955, cruciferis 37 1/2, apud Nicolaum Huzjak in florenis 262, cruciferis 38 1/4 et apud Georgium Santich in florenis 335, cruciferis 45 incassatae fuerint, ob deffectum alterius cassae per quotidianas publicas errogationes jam plene exhaustae pro debito obligamine nostro expungere omnimode sattagemus ac in reliquo penes praemissorum genuinam relationem gratiis et protectioni ejusdem excelsae Camerae humillime commendati perseveramus excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex, magistratus et tota communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum ex sessione magistratuali die 14a mensis februarii 1771. celebrato.

Lectum, publicatum et improthocolatum
per Josephum Spissich de Jappra prafatae civitatis
juratum notarium

1772.

Series magistratualis restaurationis
pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo secundo.

Anno domini 1772o die 3ia mensis februarii ipso nempe festo divi Blasii episcopi et martyris termino videlicet privilegiali celebrandae magistratualis restaurationis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praeallegatae liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis omnino intra muros et moenia praerepetitae civitatis inque comitatu nominis ejusdem existente, habita per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex senatu interiori praesentibus dominis Joanne Baptista Skerlecz judice, Georgio Skalija, Josepho Hohnemer, Michaele Brezovachky capitaneo, Georgio Igerchich, Joanne Gorrupp, Ignatio Perggroffer, Adamo Michaele Sztruchich et Josepho Pavun, Stephano autem Zareczky consule intermedio tempore fatis functo, Mathia vero Juraich judicis nobilium praescripti Comitatus officium assumente, adeoque sedibus eorundem vacantibus, porro Stephano Szalle qua ablegato civitatis in inclyta sede Tavernicali Budae celebrata existente, ex ellecta vero communitate Joanne Svabely substituto fisco, Stephano Chabrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Petro Blasekovich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Joanne Nemachich, Josepho Ladessich, Benedicto Arbanasz, Petro Gerkavecz, Petro Appoka, Ladislao Labas, Donato Lukaussky, Paulo Thauzy et Antonio Rajtter aeque praesentibus, Matthia autem Soffich fatis functo, Josepho Gajer profugo, Francisco Petrovich officium assessoratus resignante, Samuele autem Orlik et Josepho juniore Zaversky aegrotantibus, Joanne Cheh officio tricesimali impedito, Georgio demum Felijak fiscali in causa fisci civitatis in praefata sede Tavernicali commorante, adeoque a praesenti actu absentibus celebratae magistratualis restaurationis

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26a mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae, regulamque instituendarum restaurationum magistratualium perscribentis normae per magistratum et eilectam communitatem (exceptis supranominatis) hora 8va matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae frequenti numero progressum fuit, ubi audito solenniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine rursus ad praenotatam domum praetoream regredientes atque sedes suas juxta senium occupantes pro observata veteri peculii hujus regii praxi et consuetudine praeferenter ante omnia publicationem fassionum intermedio tempore super fundis et tenutis civilibus interventarum et sub majori civitatis sigillo expeditarum praemittendam censebant.

Occasione quarum publicationis nobilis domina Cristina Skerlecz, nupta Protulepecz contradixit denuo fassioni super domo Gudichiano-Jursichiana interventa.

Demum generosus dominus Joannes Svabely substitutus civitatis fiscus omnibus et universis fassionibus praeteritis et praesentibus in quantum quoquomodo fisco seu juri fisci praejudicarent contradixit.

Qua peracta pro tanto exactiori Suae Majestatis sacratissimae dispositionis observantia benignissima per altefatam Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria, clementissimum item mandatum regium restauratorium de 20a mensis decembris anni proxime evoluti, prout et gratiosum in eo excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 7a recens praeteriti mensis januarii ad hanc civitatem emanatum intimatum cum interpraetatione ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt.

His porro publicatis pro tenore benignae regiae restauratoriae normae ad replendas has vacantes sedes assessorales deventum est. Et quidem.

Pro prima vacante sede assessorali candidabantur per magistratum domini Josephus Wefforth, Nicolaus Cheh et Michael Blasekovich, ex quibus ellectus est idem dominus Michael Blasekovich.

Pro secunda sede assessorali aeque vacante candidabantur domini Josephus Wefforth, Nicolaus Cheh et Stephanus Chegetek, ex quibus ellectus est idem dominus Nicolaus Cheh.

Pro tertia sede assessorali pariter vacante candidabantur domini Josephus Wefforth, Stephanus Chegetek et Michael Krajachich, ex quibus ellectus est idem dominus Michael Krajachich.

Itaque exteriori magistratu modalitate praemissa complementato dominisque neoellectis assessoribus, in quantum praesentes essent, suas sedes capientibus ad complendas vacantes sedes senatorales deventum fuit; ac ideo etiam

Pro prima sede senatorali candidabantur domini Petrus Appoka, Joannes Svabely et Michael Blasekovich, ex quibus ellectus est idem dominus Petrus Appoka, per cujus etiam promotionem vacantia sedis assessoralis enata; itaque

Pro quarta sede assessorali candidabantur domini Josephus Wefforth et Stephanus Chegetek, nec non nobilis Georgius Gallich, ex quibus idem Georgius Gallich in assessorem ellectus est, cujus modi etiam sede complementata.

Pro secunda sede senatorali candidabantur domini Ladislaus Labass, Michael Blasekovich et Georgius Felijak, ex quibus ellectus est idem dominus Labass, per cujus promotionem denuo vacantia sedis assessoralis emergente; ex eo

Pro quinta sede assessorali candidabantur domini Stephanus Chegetek, Joannes Likarich et Josephus Wefforth, ex quibus ellectus est idem dominus Josephus Wefforth.

Qui etiam domini assessores et senatores, in quantum praesentes erant, consueta officiorum suorum deposuerunt juramenta ac ita complanato tam interiori quam exteriori magistratu, pro praescripto benignae normae regiae restauratoriae negotium restaurationis ab ellecta communitate inchoandum fuit; et hinc

Pro officio fisci

Priori substituto fisco domino utpote Joanne Svabely officium substituti fisci more consueto resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Joannes Svabely, domini item Donatus Lukauszky et Stepanhus Chabrian, ex quibus ellectus est idem dominus Lukauszky et consuetum officii sui deposuit juramentum.

Pro officio fiscali

Georgio Felijak, modo praevio absente, qui cum ex publica civitatis cassa salarium traheret adeoque judicio magistratus et communitatis sub restaurationem caderet, ex eo pro eodem officio candidabantur idem dominus Georgius Felijak, domini item Michael Blasekovich et Josephus Zaverszky, ex quibus ellectus est idem dominus Michael Blasekovich.

Pro camerario

Priori camerario Antonio Rajtter officium suum resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Rajtter, domini item Michael Krajachich, consuetumque officii sui deposuit juramentum taliterque peracta magistratus exterioris restaurabilis restauratione itaque deventum fuit ad restaurationem interioris magistratus modalitate sequenti; et quidem

Pro officio capitanei

Priori domino capitaneo Michaele Brezovachky officium suum resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Brezovachky, domini item Josephus Pavun et Adamus Sztruchich, ex quibus ellectus est idem dominus Adamus Sztruchich solitumque eatenus deposuit juramentum.

Pro officio consulis

Priore consule Stephano utpote Zareczky fatis functo, pro eodem officio candidabantur domini Michael Brezovachky, Ignatius Perggroffer et Josephus Pavun, ex quibus ellectus est dominus Josephus Pavun, consuetum in ecclesia deposuit juramentum.

Pro officio judicis

Priori domino judice Joanne Skerlecz officium suum resignante, pro eodem officio candidabantur, praeter priorem judicem domini Josephus Hohnemer et Michael Brezovachky, ex quibus ellectus est antelatus dominus Hochnemer, qui etiam taliter constitutus judex mox digrediendo ad parochialem ecclesiam sancti Marci post decantatum inibi hymnum Ambrosianum solenne officii sui deposuit juramentum ac dein inter frequentiorem concursum domum recessit.

Die immediate sequenti in eadem domo praetorea praesentibus ex utroque magistratu quibus supra continuata est restauratio officiorum subalternorum et servitorum modalitate sequenti; itaque

Pro officio decani

Priori decano Josepho utpote Ladessich officium suum non tantum resignante, verum etiam ipsam candidationem deprecante, idcirco pro eodem officio candidabantur domini Stephanus Chabrian, Mathias Spulko et Georgius Gallich, ex quibus ellectus est idem dominus Georgius Gallich consuetumque deposuit juramentum.

Pro perceptore

Dominus Joannes Svabely in officio perceptoratus ultro stabilitus est.

Pro primario xenodochii praefecto

Priori praefecto Matthia utpote Spulko idem officium resignante, pro eodem officio praeter eundem candidabantur Josephus Ladessich et Nicolaus Huzjak, ex quibus prior erga salarium florenorum 40 ultro confirmatus est.

Pro vicepraefecto xenodochii

Priori vicepraefecto munus suum resignante, pro eodem praeter eundem candidabantur Georgius Santich et Nicolaus Huzjak, ex quibus ellectus est idem Nicolaus Huzjak cum salario florenorum 15.

Aeditui sancti Marci tam primarius dominus utpote Georgius Felijak, eodem juramento confirmati sunt.

Pro aedituo Patientis Christi et s. Margarethae

Priori aedituo Petro Guzanich idem munus resignante, pro eodem candidabantur praeter eumdem domini Josephus Wefforth et Antonius Rajtter, ex quibus idem Petrus Guzanich ultro confirmatus est.

Pro aedituo Joannis Nepomuceni

Priori aedituo domino Joanne Svabely idem officium resignante, pro eodem praeter eundem candidabantur domini Josephus Wefforth et Antonius Rajtter, ex quibus idem dominus Wefforth ellectus est.

Pro aedituo sancti Rochi

Ultro confirmatus est Matthias Spulko.

Pro aedituo s. Spiritus

Candidabantur prior dominus Petrus Blasekovich et domini Joannes Svabely et Antonius Rajtter, ex quibus ellectus est postremus eorundem.

Pro inspectore primario fori

Praeter priorem Georgium Santich candidabantur dominus Joannes Svabely et Josephus Ladessich, ex quibus prior ultro confirmatus est.

Pro inspectore secundario fori

Praeter priorem Joannem Nemachich candidabantur idem dominus Joannes Svabely et Joannes Nemachich, ex quibus idem Nemachich ultro confirmatus est.

Pro magistro quarteriorum

Vicentius Zerer ultro confirmatus est habiturus titulo salarii frumenti vaganos 15.

Pro inspectoribus caminorum

Intra moenia domini Michael Blasekovich et Nicolaus Cheh, extra urbem vero Georgius Gallich et Josephus Wefforth sunt constituti.

Organista, sacrista et campanatores ultro confirmati sunt, ita tamen ut singula hebdomada unus ex campanatoribus in sacristia et ecclesia sacristae adjutorio esse debeat, qua de causa etiam universas aequaliter dividenti accidentias.

Campanatores tam parochialis ecclesiae, quam et capellarum sub renovato juramento ultro confirmati sunt.

Demum nobilis Joannes Frankovich in munere castelani sub priori juramento authoritate magistratus et communitatis ultro confirmatus est.

Quibus omnibus modalitate praemissa peractis dominus judex omnes et universos reddendis rationibus quaqua demum ratione obnoxios ad talium celeriorem praesentationem serio commonuit ac ita totalis praescripta restaurationis actus terminatus est.

Schema seu status personalis
et salarialis utriusque magistratus; et quidem dominorum sentorum

Josephus Hochnemer, nobilis Croata, juratus causarum advocatus, actualis judex et loci postae magister, qua talis cum salario florenorum 60.

Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, litteratus.

Michael Brezovachky, Insulanus, litteratus.

Joannes Skerlecz, nobilis Croata, litteratus.

Georgius Igercich, Croata et professione sua argentifaber, sciens semet commode subscribere.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus et emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Joannes Gorrupp, Croata, illiteratus et professione sua nodifex.

Ignatius Perggroffer, Styrus, Germanice et Croatice litteratus et loci parochialis ecclesiae sancti Marci organista cum salario florenorum 50.

Adamus Sztruchich, nobilis Croata, actualis civitatis capitaneus et emeritus vigiliarum magister, qua talis cum salario florenorum 20.

Josephus Lukinich aliter Pavun, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis consul, cum salario floraenorum 40.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimorum ac illustrissimorum dominorum comitum Joannis Christophori Erdödy et Joannis Draskovich fiscalis procurator.

Ladislaus Labass, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis generalis cassae perceptor.

Quorum singulus ut senator ex cassa civitatis habet annualis salarii florenos 60.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150 et accidentiis pro casu expeditionum.

Donatus Lukauzky, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et actualis civitatis fiscus, qua talis cum salario florenorum 50.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus et inclytae familiae Erdödyanae emeritus provisor.

Matthias Spulko, Croata, illiteratus, professione sartor et primarius xenodochii praefectus cum salario florenorum 40.

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, professione aeque sartor et capellarum Patientis Christi et s. Margarethae cum salario florenorum 30 aeditus.

Joannes Cheh, Croata et tricesimae Zagrabiensis exactor.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et Comitatus Zagrabiensis ordinarius fiscalis.

Joannes Svabely, Insulanus, actualis civitatis perceptor, cum salario florenorum 150.

Samuel Orlik, intermedio tempore decessit.

Nicolaus Huzjak, Croata, illiteratus, professione nodifex et subalternus xenodochii praefectus cum salario florenorum 12.

Georgius Santich, Croata, modice Croatice litteratus et professione sua aeque nodifex, actualis fori inspector cum salario florenorum 12.

Joannes Nemachich, Croata, commode litteratus et actualis fori inspector cum salario florenorum 12.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, professione sua nodifex et subalternus s. Marci aedituus cum salario florenorum 15.

Benedictus Arbanasz, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

Petrus Gerkavecz, Croata, illiteratus et professione sua argentifaber.

Josephus junior Zaversky, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus fiscalis.

Georgius Felijak, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, emeritus civitatis fiscalis et parochialis ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 30 aedituus.

Antonius Rajtter, Styrus mercator et capellae s. Spiritus cum salario florenorum 6 aedituus.

Paulus Thauzy, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus notarius et actualis

civitatis fiscalis cum salario florenorum 100, prout et caminorum intra moenia inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Nicolaus Cheh, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium et actualis civitatis camerarius cum salario florenorum 75.

Georgius Gallich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua cothurnarius et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50 prout et extra urbem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Josephus Wefforth, Italus, Goriczensis, loci apothecarius, s. Joannis Nepomuceni aedituus et extra urbem aeque caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas,
Domina domina clementissima benignissima!

Postquam clementissimum Majestatis Vestrae sacratissimae de 20a mensis decembris anni proxime evoluti 1771. emanatum mandatum nobis annualem magistratualem restaurationem in consueto privilegiali termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3iam mensis februarii incedente, hac etiam vice sine interventu comissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii peragendam indulgens in homagiali subjectione percepissemus, idcirco in effectum benignae ejusmodi Majestatis Vestrae sacratissimae concessionis regiae in praeattacto privilegiali restaurationis nostrae termino et pro anno delabente, qualis nam inter nos usque ad ratificationem Majestatis Vestrae sacratissimae magistratualis intercesserit restauratio, qui item et cum quali taxa, cujusve conditionis ad concivilitatem assumpti habeantur, ex humillime advolutis diario et duplici schemate, status videlicet personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratisima.

Quod porro concernit domesticas rationes nostras, Ignatii quidem Mikulich jam fatis functi et emeriti pro anno 1768. civitatis camerarii recentius ad Cameram Majestatis Vestrae sacratissimae Hungarico aulicam Posonium pro revisione transmissae habentur, subsequas vero annorum 1769. utut ad eandem quoque Cameram jamdudum aeque submittere destinassemus, eatenusque etiam praesentem humillimam relationem nostram ultra benignum praescriptum terminum suspendissemus, quia nihilominus vidua emeriti pro praescriptis annis camerarii erga intentatam etiam fiscalem actionem, tales nec adusque praesentasset, easdem quoque proximius praesentandas et per nos revidendas altefatae Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae in homagiali subjectione transmissuri sumus ac in reliquo penes praemissorum humillimam de genu relationem nos vitasque nostras in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perenni fide et fidelitate emorimur, Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi pepetuoque fideles subditi N. N. judex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabie ex concessu magistratuali die 4a apprilis 1772o celebrato.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale consilium regium, Domini domini
gratiosissimi, colendissimi!

Clementissimo Suae Majestatis sacratissimae de 20a mensis decembris anni proxime evoluti emanato mandato restauratorio, ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae de 7a recenter praeterlapsi mensis januarii expedito intimatorio decreto per nos in humillima subjectione perceptis, qualis nam juxta observatam clementissimam medio istius excelsae Camerae benigne submissam ideam pro die 3a non ita pridem transacti mensis februarii inter nos successerit magistratualis restauratio, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem assumpti habeantur, ex advolutio diario et annexo duplicis ordinis schemate tam videlicet utriusque ordinis personarum magistratualium quam et neoassumptorum civium uberius gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Quantum vero concernit statum activorum et passivorum civitatis debitorum, nec non remanentiam cassae et restantiarum apud cives haerentium, activa quidem civitatis debita inclusa pecunia tricesimali ab anno superiore jam per expunctionem praetensionis Georgii Santich in florenis 452, cruciferis 23 constituunt, non nisi florenos 12370, cruciferos 15 1/3, passiva vero ex quo civitas in deffectu cassae constituta pro exolutione domini comitis tavernici ex expensis ablegati in proxime praeterita sede Tavernicali existentis denuo florenis 300 mutuo levare necessitabamur, jam aeque exurgunt ad florenos 1100 cujusmodi etiam summam passivam, ut primum haerentes apud diversos et hic advolutae prout et defuncti olim Ignatii Mikulich in florenis 224, cruciferis 4 1/2 restantiae incassatae fuerint quantum per alias publicas necessitates fieri poterit, omnimode expungere satagemus.

Porro rationes cameraliales ab ultima interventa restauratione, quemadmodum praefati Ignatii condam Mikulich pro anno 1768. eidem excelsae Camerae nuper submisissemus, ita ad reluitionem eandem nos ultro refferentes, subsequas quoque annorum duorum Soffichianas licet suspensa praesenti relatione adusque expectatas, ut primum per viduam ejusdem erga iteratam fiscalem actionem nobis praesentatae et censuratae fuerint, una cum recentissimis Raitterianis pro jurata obligatione nostra transmittere haud intermittemus ac in reliquo penes praemissorum humillimam relationem gratiis et protectioni ejusdem excelsae Camerae demisse commendati in perenni venerationis cultu emorimur. Excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 4a aprilis 1772o celebrato.

Lectum per Josephum Spissich de Jappra
praefatae civitatis juratum notarium

1773.

Series magistratualis restaurationis pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo tertio

Anno domini 1773o di 3ia mensis februarii ipso nempe festo divi Blasii episcopi et martyris termino videlicet celebrandae magiatratualis restaurationis Zagrabiae in domo praetorea senatorea omnino intra muros et moenia praerepetitae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis inque comitatu nominis ejusdem existente habita per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos, et quid ex senatu interiori praesentibus dominis Josepho Hohnemer judice, Georgio Skalija Michaele Brezovachky substituto consule, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Ignatio Perggroffer, Adamo Sztruchich capitaneo, Petro Appoka et Ladislao Labass, domino vero Josepho Pavun actuali consule intermedio tempore imortalitatis legem adimplente, ex ellecta autem communitate Joanne Svabely cassae contributionalis perceptore et substituto fisco, Stephano Chabrian, Matthia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Petro Blasekovich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Joanne Nemachich, Josepho Ladessich, Petro Gerkavecz, Josepho juniore Zaversky, Georgio Felijak, Antonio Rajtter, Paulo Thauszy, Michaele Krajachich, Georgio Gallich et Josepho Weffordt, domino vicecomite Benedicto Arbanasz et Donato Lukavsky actuali fisco absentibus, Samuele autem Orlik aeque intermedio tempore vitam cum morte commutante celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Imminente mox hora 8a matutina, qua sessio praevie per dominum judicem indicta fuit, interioris et exterioris magistratus potioritate in domum praetoream senatoream adeoque consessum magistratualem congregata pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam de dato 26a mensis augusti anni 1755ti civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae numerosiores de eodem interiori et exteriori magistratu (exceptis supranominatis) ex domo praetorea senatorea ad parochialem divi Marci Evangelistae ecclesiam processerunt, ibidemque audito solenniter decantato missae sacrificio invocato etiam s. Spiritus lumine rursus ad praedictam domum praetoream senatoream reversi sunt, sedesque suas more consueto juxta senium occuparunt et ante omnia secundum observatam et longissimi temporis usu firmatam antiquissimam peculii hujus regii praxim et consuetudinem publicatio fassionum a postrema magistratuali restauratione super fundis et tenutis civilibus, jurisdictionique civitatis hujus subjectis interventarum ac sub sigillo civitatis majori expediri desiderata praemissa fuit. Occasione quarum publicationis sequentes intercurrerunt contradictiones; et quidem

1mo fassioni Catharinae natae Chernich super certa terra emmanatae nomine uxoris suae contradixit nobilis Josephus Ladessich.

2do fassioni dominae Kralichianae jam vero dominae Tisztapatakianae super certa terra pro nobili Josepho Ladessich celebratae contra

dixit dominus Josephus Spissich, mororum inspector nomine spectabilis domini Regni prothonotarii Petri Spissich.

3io fassioni domini Josephi Hohnemer pro domino spectabili assessore Christophoro Bornemisza celebratae, super certa terra per prius per eundem dominum venditorem a subdito beneficii praebendaristici s. Crucis empta contradixit reverendus dominus Emericus Mogorich, s. Crucis actualis praebendarius.

4to fassioni Matthiae Skoffich super certa terra pro arculario in jurisdictione Venerabilis capituli ecclesiae Zagrabiensis degente, adeoque non cive et extraneo expeditae ex ratione vicinitatis jus prioritatis attribuentis contradixit nobilis Josephus Ladessich.

5to fassioni excellentissimi domini comitis Francisci Patachich de Zajezda pro domino Joanne Baptista Skerlecz super certa domo emmanatae nomine consortis domini Ludovici Köröskeny contradixit dominus Petrus Appoka.

6o Deodatus Degoy de Segauz contradictionem suam respectu domus paternae antehac in dominum Emericum Pasztory translatae, tandem ab eodem per dominum judicem nobilium Comitatus Zagrabiensis Georgium Ivanchich jure perrenali emptae et possessae hac quoque vicereiterando renovavit:

7o dominus Antonius Protulepecz qua tutor prolis suae ex domina Christina olim Skerlecz progenitae, aeque contradictionem annis superioribus interpositam ratione domus olim Pudichianae, jam vero Jurssichianae denuo scripto renovavit:

8vo lecta est contradictio nomine successorum Svastovichiano-Jellachichianorum intuitu uniuscujusque tenutorum, condam Svastovichianorum in jurisdictione civitatis hujus existentium, ne fors in aliqua parte per defunctum dominum capitaneum Antonium Kralich et consortem suam Barbaram Chachkovich jam vero Tisztapatakianam attentatae venditionis per dominum Petrum Blasekovich interposita.

9o generosus Paulus Vuzdar venditioni, abalienationi et involutioni prout et inscriptioni domus suae paternae per sorores suas factae non absimiliter scripto contradixit. Super cujusmodi universis scripto intercurrentibus protestationibus et contradictionibus litterae testimoniales partibus petentibus sub solita authentica forma extradandae determinatae sunt.

10o et ultimo generosus dominus Joannes Evangelista Svabely, antelatae civitatis in absentia actualis fisci substitutus fiscus, quoad omnes et singulas praevio modo publicatas hacque vice emmanatas fassiones, si et in quantum juribus fisci qualitercumque praejudicarent et praejudicare possent, solennem interposuit contradictionem, annorum autem praeteritorum interpositae per fiscum contradictiones pro veteri praxi et consuetudine in haec usque tempora laudabiliter observata renovavit. Fassioni attamen domicellae Annae natae Szalle pro domino civitatis parocho Matthaeo Sztepanich super certa vinea olim Uzoliniana, a qua annuus alias civitati census pendi debebat, fassioni nihilominus praevie publicatae minime insertus haberetur, in specie contradixit.

Quibus ita peractis, ut tanto exactius Suae Majestatis sacratissimae dispositio observetur benignissima per altefatam Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria, clementissimum item manda-

tum regium restauratorium de 28a mensis decembris anni proxime evoluti, prout et gratiosum in eo excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae de 8a praeteriti mensis januarii ad hanc civitatem emmanatum intimatum cum interpraetatione explanationeque ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt. Porro autem pro tenore benignae restauratoriae normae si quidem vaccantes in exteriori magistratu sive ellecta communitate sedes praeferenter compleri, taliterque ipsa restauratio civici magistratus inchoari deberent, ad ejusdem per mortem et ex hac luce decessum Samuelis olim Orlek vaccantem sedem assessoralem complendam deventum fuit.

Pro qua per magistratum candidabantur domini Antonius Hadrovich, Paulus Gorrup et Matthias Radochay, ex quibus ellectus est praelibatus Antonius Hadrovich, qui ex ratione suae absentiae occasione celebratae restaurationis consuetum juramentum praestare nequivens, postquam subinde Zagrabiam advenisset, tale etiam in consessu magistratuali effective deposuit.

Itaque modalitate praemissa complementata in ellecta communitate vaccante sede ad replendam per mortem domini Josephi olim Pavun aeque vaccantem sedem senatoralem facto digressu

pro eadem candidabantur domini Georgius Felijak, Paulus Thausz et Josephus junior Zaversky, intellecta et promulgata pro sede vaccante senatorali candidatione potioritas communitatis minime contenta, vel ideo potissimum, quo dominus Paulus Thausz alias inclyti Comitatus Zagrabiensis supremus judex nobilium officium quoque senatorale positivis benignis altefatae Suae Majestatis sacratissimae et gratiosis praelibatae excelsae Camerae mandatis officiorum Comitatus cum officiis civilibus conjunctionem dudum ac saepe vetantibus gerere assumereque nequeat, ad ellectionem novi senatoris concurrere, votaque sua depromere detrectavit, magistratumque interiorem ad noviter fiendam pro vaccante sede senatorali candidationem licet quidem magno admodum labore et vel potissimum ex ratione incompatibilitatis officiorum, quae in casum nefors subsequendae domini Pauli Thausz in senatoralem dignitatem ellectionis enasceretur, permovisset, hoc tamen non obstante magistratus interioris altera quoque instituta et promulgata candidatione, non ut praelibatus dominus Paulus Thausz pro tenore positivorum benignorum Suae Majestatis sacratissimae mandatorum officiorum multiplicitatem et incompatibilitatem expresse vetantium per eundem magistratum et candidatione exmissus et illius loco alter de ellecta communitate candidatus extitisset, quin imo et hac occasione antelati domini Georgius Felijak, Paulus Thausz et Josephus junior Zaversky, ultro candidati sunt. Postquam igitur denuo ad collectionem votorum progressum fuisset, nemo omnino de antelata inibique simul constituta ellecta communitate vota sua ellicere voluit, reclamando ultro factae praevie per magistratum candidationi, declarantes potiori numero, se malle a talis modi restauratione praescindere quam itteratis positivis benignis mandatis regiis contravenire, eoque longiori tempore modo praevio agitato, neque magistratu cum ellecta communitate coalescente, licet quidem magistratus ellectae communitati saepius et identidem reposuisset praeter dominum judicem nobilium Thausz, alios adhuc idoneos et capaces candidatos esse e quibus alteruter elligi posset, potioritas nihilominus communitatis in id

nullatenus condescendit, quin imo videns actum restaurationis praesentem absque interventu comissarii regii clementer celebrandum admissum stantibus praemissis minime consummandum de ellecta communitate dominus Josephus junior Zaversky et dominus Michael Blasekovich ex domo praetorea senatorea discesserunt. Magistratus attamen in pace et summa tranquillitate quae occasione quarumvis restaurationum magistratualium altissimo nomine regio quam exactissime observanda praecipitur restaurationem hanc peragi cupins ellectam communitatem refflexit, ne ex domo praetorea senatorea dilabatur, utque unitis viribus negotium hoc commune in promotionem boni publici pertractet. Tandem ellecta communitate post abscessum praefatorum dominorum Michaelis Blasekovich et Josephi junioris Zaversky a magistratu exposcente, ut eidem interea donec magistratus de nova ittidem atque tertiaria personarum pro vaccante sede senatorali candidatione consultaverit, in vicinam ibidem habitam domum civium recedere liceat, quo et admisso existente magistratuque privative tantisper inter se consultante ubi ellecta communitas per magistratum revocata fuisset et more consueto sedes suas coepisset, idem magistratus excluso domino Georgio Felijak pro eadem sede senatorali se candidasse proposuit dominos Paulum Thausz, Josephum juniorem Zaversky et Joannem Cheh, porro etiam ellecta communitate uno ore reclamante, quod dominus Georgius Felijak ex candidatione simpliciter exclusus sit et dominus Paulus Thausz ultro in eadem perstiterit. Tandem domino Paulo Thausz pro desiderio ellectae communitatis exmisso publicati sunt candidati domini Georgius Felijak, Josephus junior Zaversky et Joannes Cheh, ex quibus in absentia praelibatorum dominorum Michaelis Blasekovich et Josephi Zaversky de sede abscedentium ellectus est praefatus dominus Josephus junior Zaversky, qui domum sub actuali, ut praemissum est, restauratione recedens post sui legitimam ellectionem neque juramentum officii deponere, neque in instanti sedem senatoralem capere poterat. Itaque ex ordinatione magis tratus et ellectae communitatis nobilis Joannes Frankovich civitatis isthujus juratus castellanus ad praelibatum dominum Josephum juniorem Zaversky cum ea declaratione missus exstitit, ut sua dominatio qua electus senator mox pro depositione juramenti capiendaque sede senatorali ad domum praetoream compareret, quo facto ulterior restaurationis progresus eo celerius fieret, medio cujus etiam magistratui et ellectae communitati renunciavit se mox compariturum, ut primum matri suae ad bona necessaria medicamenta expediverit. Longiori proinde ob id tracta mora, neque pollicito subsecuto adventu ad praelibatum dominum neoellectum senatorem dominus Paulus Gorrup, cancellista civitatis juratus missus erat, cum eadem non absimiliter declaratione, ut siquidem in senatorem ellectus haberetur, mox ad domum praetoream senatoream compareat. Medio cujus renunciavit se certa medicamenta matri suae ad bona nunc expedire debere, ob quod incidens cuperet, ut usque crastinum fine depositionis juramenti officii expectaretur, casum in contranium, si id magistratui et ellectae communitati nefors minus placeret, juramentique depositio interea prolongari nequiret, ut magistratus et praelibata communitas voluerint, eligant senatorem. Demum vero alter etiam cancellista civitatis Franciscus Maczan, uti priores duo missus erat, medio cujus aeque nunciavit se nullo modo hodierna die ad

domum praetoream venire posse, et si magistratus cum communitate usque crastinum expectare non possent, alium libere, quem voluerint, sibi elligant senatorem, magistratu eapropter et praelibata communitate subinde in id consentiente ut pro desiderio neoellecti senatoris omnino juramenti officii depositio usque crastinum differratur, idemque neoellectus senator usque sequentis diei recursum expectetur, ne autem clementer admissa restauratio magistratualis in neoellecto duntaxat senatore subsistat, conclusum est, ut more usitato vaccans in exteriori magistratu per promotionem domini Josephi junioris Zaversky sedes compleatur, tandem et reliqua officia ordine benigne praescripto restaurentur; itaque

Pro vaccante eadem assessorali sede candidabantur praeinsertus dominus Paulus Gorrup, cancellista civitatis, Joannes idem Frankovich castellanus et Matthias Radochay, ex quibus ellectus est idem Paulus Gorrup, qui juramentum solitum deposuit.

Intellecto subinde eo, quod dominus Paulus Thausz ex candidatione exmissus sit et in senatorem dominus Josephus junior Zaversky ellectus habeatur, restauratioque magistratualis continueretur. Dominus Michael Blasekovich ex consessu magistratuali recedens medio castellani civitatis ad domum praetoream redivit et actui restaurationis subseque interfuit.

Complementato adeoque tam interiori quam et exteriori praevio modo magistratu pro praescripto benignae normae restauratoriae negotium restaurationis ab ellecta communitate inchoandum venit unde fisco actuali domino Donato Lukauszky in excelsa Tabula Banali propter prosecutionem quarumdem privatarum causarum Varasdini commorante, adeque absente,

Pro officio fisci

Candidabantur prior fiscus dominus Donatus Lukauszky, domini item Michael Krajachich et Nicolaus Cheh aliter Babochay, ex quibus ellectus est idem Michael Krajachich, qui etiam deposito officii sui juramento sibi competentem coepit sessionem, quo facto digressum fuit ad restaurationem interioris magistratus; et ideo

Pro officio capitanei

Priori domino capitaneo Adamo utpote Sztrossich idem officium sua legali forma resignante, pro eodem officio candidabantur idem dominus Adamus Sztrossich, domini item Stephanus Szale et Ignatius Perggroffer, ex quibus etiam praescriptus Adamus Sztrossich ultro confirmatus est solitoque muneris sui renovavit juramentum; eoque terminato

Pro officio consulis

Domino Michaele Josepho Brezovachky, a morte domini Josephi olim Pavun, actualis consulis per magistratum et ellectam communitatem usque venturam restaurationem substituto consule, aeque idem officium hac vice more consueto resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Michael Josephus Brezovachky, substitutus consul, domini item Georgius Skalija et Ignatius Perggroffer, qui etiam subinde solitum more consueto in ecclesia divi Marci Evangelistae officii sui deposuit juramentum.

Pro officio judicis

Priori domino judice Josepho Hohnemer idem officium solita forma resignante, pro eodem officio candidabantur idem dominus Josephus Hohnemer, domini item Ladislaus Labass et Stephanus Szale, ex quibus idem dominus Josephus Hohnemer in officio judicis ultro confirmatus est. Modalitate ideirco praemissa juxta benignum normale restauratorium et pervetustam regii hujus peculii consuetudinem prima restaurationis die cum ellectione judicis toto restaurationis actu consumato, post praeviam domini judicis ellectionem datumque majoris campanae signum mox ad parochialem divi Marci Evangelistae ecclesiam more consueto progressum fuit, ubi hymno Ambrosiano solenniter decantato inter frequentiorem dominorum magistratualium clara voce officii sui ad cornu altaris majoris deposuit juramentum et peractis praemissis antelatus dominus Josephus Hohnemer de ecclesia cum dominis magistratualibus excedens domum usques solenniter comitatus est.

Quarta ejusdem mensis februarii die videlicet immediate sequenti praesentibus ex interiori magistratu dominis Josepho Hohnemer judice, Georgio Skalija, Michaele Josepho Brezovachky, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Ignatio Perggroffer consule, Adamo Sztruchich capitaneo, Petro Appoka et Ladislao Labass, dominis autem Joanne Skerlecz et Josepho juniore Zaversky absentibus, ex ellecta vero communitate Michaele Krajachich fisco, Stephano Chabrian, Matthia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Svabely, Nicolao Huzjak, Georgio Felijak, Antonio Raitter, Paulo Thausz, Michaele Blasekovich, Nicolao Cheh aliter Babochay, Georgio Gallich, Josepho Weffordt et Paulo Gorrup, aliis autem aeque absentibus, mox in exordio inchoatae magistratualis sessionis certum schediasma domini Josephi Zaversky domino judici sonans in consessum magistratualem allatum est, quo mediante declarabatur eundem dominum Josephum Zaversky, hesterna die ellectum senatorem officium senatorale resignasse; eoque ita intervento magistratus et communitas amplius ad replendam sedem senatoralem sibi neutiquam integrum esse, adeoque eandem ad recursum pro anno futuro restaurationem magistratualem vaccuam manere debere judicavit, ex eo vel maxime quod actus restaurationis interioris potissimum magistratus cum ellectione judicis confunetur (!). Porro continuata est restauratio officialium subalternorum et servitiorum modalitate sequenti; et imprimis quidem

Pro officio decani

Priori decano Georgio Gallich idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem Georgius Gallich, Matthias Spulko et Nicolaus Huzjak, ex quibus idem Georgius Gallich in praegesto officio sub eodem juramento ultro confirmatus est.

Pro primario xenodochii praefecto

Matthia Spulko idem officium resignante, pro eodem candidati fuere praerecensitus Matthias Spulko, Nicolaus Huzjak et Antonius Rajtter, ex quibus Nicolaus Huzjak ellectus est.

Pro vicepraefecto ejusdem civitatis xenodochii

Priori vicepraefecto Nicolao Huzjak modalitate praevia in primarium praefectum ellecto adeoque vicepraefectoratu hac ratione vaccante, pro eodem candidabantur Georgius Santich, Petrus Gerkaveez et dominus Josephus Weffordt, ex quibus praenominatus Petrus Gerkaveez ellectus est.

Pro primario aedituo s. Marci

Priori aedituo domino Georgio Felijak eundem aedituatum resignante, pro tali candidati sunt idem aedituus prior dominus Georgius Felijak, dominus spectabilis vicecomes Benedictus Arbanasz et Antonius Rajtter, ex quibus idem prior aedituus dominus Georgius Felijak ultro confirmatus extitit.

Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae s. Marci

Priori viceaedituo nobili Josepho Ladessich praegestum officium pariformiter resignante, pro eodem praeter eundem candidabantur dominus Antonius Rajtter et Matthias Spulko, ex quibus ultro confirmatus est praefatus prior viceaedituus nobilis Josephus Ladessich.

Pro aedituo Patientis Christi et capellae s. Margarethae

Priori aedituo Petro Guzanich idem munus resignante, pro tali praeter eundem candidabantur dominus Antonius Rajtter et Josephus Weffordt, ex quibus ultro confirmatus est idem anterior aedituus Petrus Guzanich.

Aedituus s. Joannis Nepomuceni dominus Josephus Weffordt in praegesto per se officio communi voto confirmatus est.

Aedituus s. Rochi Matthias Spulko pari ratione communi magistratus et ellectae communitatis voto in eodem aedituatu ultro relictus est.

Aedituus sancti Spiritus dominus Antonius Rajtter non absimiliter in eodem aedituatu in futurum quoque abeundo communi omnium voto confirmatus est.

Pro primario fori inspectore

Priori inspectore primario Georgio Santich idem officium solita forma resignante, pro tali cum eodem candidabantur domini Joannes Svabely et Nicolaus Cheh aliter Babochay, ex quibus antelatus dominus Nicolaus Cheh aliter Babochay ellectus est.

Pro secundario fori inspectore

Secundario fori inspectore post praemissam primarii inspectoris ellectionem eundem inspectoratum resignante, pro eodem denominati sunt candidati cum priori domino Joannes Svabely et Georgius Santich, ex quibus idem Joannes Nemachich ultro confirmatus est.

Quarteriorum magister Vincentius Zerer, civis, in suo praehabito munere ultro relictus et confirmatus est.

Sequuntur caminorum inspectores

Caminorum inspectores caminos per civitatem singulis quatuor temporibus visitaturi et comperiendos deffectus magistratui pro ponenda medella scripto relaturi sunt juxta consuetudinem antiquam juniores

quatuor assessores et quidem intra moenia dominus Josephus Weffordt et Georgius Gallich, extra moenia vero, seu in suburbio domini Antonius Hadrovich et Paulus Gorrup.

Organista, choristae, sacrista et campanatores ultro confirmati sunt, salva caeteroquin pro casu cujusmodi gravioris excessus alterius substituendi penes magistratum permanente authoritate et activitate; tandem

Reliquis quoque servitoribus civitatis authoritate magistratus et communitatis in suis muniis stabilitis praescriptisque dominis officialibus et aliis servitoribus super obligationibus suis consuetum juramentum ellicientibus, pro inalterabili excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae dispositione dominus judex omnes et universos quaqua ratione reddendis rationibus obnoxios de talibus intra quindenam magistratui praesentandis serio commonuit. Quibus ita praemissis et jam jam ad finem restaurationis praesentis tendentibus

Dominus Michael Krajachich, actualis civitatis hujus fiscus sive tribunus plebis, in praesentia ellectae communitatis tam proprio, quam et totius ellectae communitatis nomine magistratui proposuit certam totius ellectae communitatis necessitatem fore ad vicinam ibidem habitam in domo praetorea civium domum exeundi fine pertractandi cujusdem inter se negotii et opinionis nonnullae depromendae subseque autem magistratui mox refferrendae; quo ellectae communitati admisso etiam idem fiscus cum tota innibi considente communitate ex domo praetorea senatorea consessuque magistratuali in aliam civium domum transivit et modica innibi tracta mora mox ad consessum magistratualem idem tribunus plebis cum ellecta communitate revertit magistratui exponendo, quod omnium omnino de praefata communitate intentiones animorumque desideria sint, ut officium notariale, quod annis praeteritis dominus Josephus Spissich juratus causarum fori utriusque advocatus praegessit, velut neutiquam perenne restaurationi submittatur, aut vero exposcentibus id ipsum gravibus defectibus ejusdem domini notarii sub tempus officii talis modi ennatis, alter in locum ejusdem mox subtituatur, quo per magistratum in trutinium accurate assumpto, quidnam super eo dispositum habeatur ex annexo actorum magistratualium paragrapho ubertim elucescit.

His idcirco praevio modo actis et interventis totalis praescriptae magistratualis restaurationis actus consummatus terminatusque est.

Schema

seu status personalis et salarialis utriusque magistratus; et quidem dominorum senatorum

Josephus Hohnemer, nobilis Croata, juratus causarum advocatus, actualis judex et loci postae magister qua talis cum salario florenorum 60,

Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, litteratus,
Michael Josephus Brezovachky, Insulanus, litteratus,
Joannes Baptista Skerlecz, nobilis Croata, litteratus,
Georgius Igerchich, Croata, sciens semet commode subscribere,
Stephanus Szale, nobilis Hungarus et inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium,

Joannes Gorrup, Croata, illiteratus,

Ignatius Perggroffer, Styrus, Germanice et Croatice litteratus et loci parochialis ecclesiae s. Marci Evangelistae organista cum salario florenorum 50 prout et consul civitatis cum florenis 60,

Adamus Sztruchich, nobilis Croata, actualis civitatis capitaneus et emeritus vigiliarum magister qua talis cum salario florenorum 20,

Petrus Appoka, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimorum ac illustrissimorum dominorum comitum Joannis et Christofori Erdödy de Monyorokerek, nec non Joannis Nepomuceni Draskovich de Trakostein procurator fiscalis,

Ladislaus Labass, nobilis Croata et simul inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius generalis cassae preceptor,

quorum singulus ut senator ex cassa civitatis habet annualis salarii florenorum 60.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150.

Michael Krajachich, nobilis Croata et emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium, actualis fiscus cum salario florenorum 50,

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus et excellentissimi ac reverendissimi domini Praesulis Zagrabiensis provisor,

Matthias Spulko, Croata, illiteratus, professione sua sartor et capellae s. Rochi aedituus cum sallario florenorum 2, cruciferorum 24,

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, profesione sua sartor et capellarum Patientis Christi et s. Margarethae cum salario florenorum 30 aedituus,

Joannes Cheh, Croata et capitalis officii tricesimae Zagrabiensis exactor,

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius procurator fiscalis,

Joannes Svabely, Insulanus, actualis cassae civitatis contributionalis perceptor cum salario florenorum 150,

Nicolaus Huzjak, Croata, commode se subscribere sciens, professione sua nodifex et primarius xenodochii civitatis praefectus cum salario florenorum 40,

Georgius Santich, Croata, modice Croatice litteratus, professione sua aeque nodifex,

Joannes Nemachich, Croata, commode litteratus, actualis secundarius fori civitatis inspector cum salario florenorum 12,

Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex, actualis civitatis camerarius cum salario florenorum 75, nec non subalternus seu viceaedituus s. Marci sum salario florenorum 15,

Benedictus Arbanasz Benak dictus de Also Lomnicza inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes,

Petrus Gerkavecz, Croata, illiteratus, professione sua argentifaber et xenodochii civitatis vicepraefectus cum salario florenorum 15,

Donatus Lukauszky, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis Tabulae judiciariae assessor,

Georgius Felijak, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis procurator fiscalis cum salario florenorum 100 prout et aedituus primarius parochialis ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 30,

Antonius Rajtter, Styrus, mercator et capellae s. Spiritus cum salario florenorum 6 aedituus,

Paulus Thausz, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis supremus judex nobilium,

Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius,

Nicholaus Cheh aliter Babochay, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium, actualis primarius fori civitatis inspector cum salario florenorum 12,

Georgius Gallich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua cothurnarius et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50, prout et intra moenia caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15,

Josephus Weffordt, Italus, Goriczensis, loci apothecarius et s. Joannis Nepomuceni capellae aedituus, prout et intra moenia civitatis caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15,

Antonius Hadrovich, nobilis Croata, fori utriusque causarum juratus, advocatus et inclyti Comitatus Crisiensis vicenotarius, extra moenia civitatis seu in suburbio caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15,

Paulus Gorrup, Croata et actualis civitatis primarius cancellista cum salario florenorum 60, prout et caminorum extra moenia civitatis seu in suburbio inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15,

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas
Domina domina clementissima benignissima

Postquam clementissimum Majestatis Vestrae sacratissimae de 28a mensis decembris anni proxime transacti 1772. restauratorium emmanatum mandatum nobis consuetam magistratualem restaurationem in privilegiali termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3am mensis februarii incidente hac etiam vice absque interventu commissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii peragendam benigne indulgens in homagiali subjectione percepissemus, ea propter in effectum clementissimae ejusmodi Majestatis Vestrae sacratissimae concessionis regiae in praeattacto privilegialis restaurationis nostrae termino pro anno quoque delabente, qualisnam inter nos usque ad ratificationem Majestatis Vestrae sacratissimae intercesserit restauratio, ex advolutis humillime actis restauratoriis seu diario et schemate benigne informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima. Et quia ex iisdem actis restauratoriis erruereturr, quod egregius Josephus junior Zaversky, Co-

mitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius fiscalis pro vaccante per mortem Josephi olim Pavun sede senatorali in senatorem prima magistratualis restaurationis die candidatus et post subsecutam sui ad idem officium binis vicibus candidationem de sede magistratuali adeoque consessu eo tum habito domum suam rationibus de nonnullis ac potissimum ideo quod communitas super facta per magistratum candidatione vota sua ellicere, adeoque ad ellectionem candidatorum concurrere eo tum noluerit, dum egregium Paulum Thausz comitatus Zagrabiensis judicem nobilium contra positiva benigna Majestatis Vestrae sacratissimae mandata officiorum Comitatus cum civilibus conjunctionem vetantia cum praelibato Josepho juniore Zaversky et Georgio Felijak civitatis hujus procuratore fiscali candidatum esse observavit discedens, ellectus habeatur quidem verum licet nos pro eodem neoellecto senatore fine deponendi juramenti primo castellanum, post hunc cancellistam ac tertio etiam alterum cancellistam de sede exmisissemus inque domum praetoream revocassemus praelibatus Josephus junior Zaversky, non ut in consessum magistratualem comparuisset juramentumque officii deposuisset, quantum potius praeattacta die restaurationis magistratualis ex ratione expeditionis medicamentorum ad bona matri suae se minime comparere posse renunciavit atque ut in sequentem immediate, quae erat 4a mensis februarii anni currentis diem juramenti depositio prolongetur, medio antelatorum castellani et cancellistarum nomine nostro exmissorum respirium exegit, quo eidem concesso quantumvis nulli dubitare potuerimus, praefatum Josephum juniorem Zaversky sequenti die juramentum depositurum in ejus locum, in assessoris candidationem et ellectionem processimus ,realiterque etiam Paulum Gorrup in assessorem per factam antelati Josephi Zaverszky in senatorem ellectionem vaccantem ellegimus ac juxta benigne praescriptam restaurationis qualiter pertractandae normam pro homagiali nostra obligatione ordine suo ac secundum veterem peculii Majestatis Vestrae sacratissimae regii praxim et consuetudinem usitato cum ellectione judicis actum restaurationis primae diei nostrae perfecimus, altera nihilominus die, ut praemissum est 4a mensis februarii festum divi Blasii solitae quippe et privilegiatae restaurationis nostrae immediate subsequente antedictus Josephus Zaverszky in vicem suae personalis pro deponendo juramento officii in domum praetorem senatoream adeoque consessum nostrum comparitionis quale schediasma medio castellani ad judicem dirrectum et nobis in consessu per attactum judicem remonstratum expediverit, ex hic humillime annexo authentico praelibati schediasmatis pari ubertim dareret; et quia contextu ejusdem delatum praeattacto Josepho Zaverszky senatorale officium resignasset, neque pro depositione juramenti in consessum nostrum uti coram refferrentibus castellano et cancellistis duobus civitatis declaraverat, comparuisset, sedes senatoralis hoc facto vaccua effecta et amplius omnino post consummatam nostram restaurationem repleri non poterat. Accidisse tamen subinde testante hic ad demisissime annexo actorum nostrorum paragrapho confiteri cogimur, quod mentionatus Josephus Zaverszky resignationem ejusmodi revocaverit, ellectionique suae ultro institerit, atque adeo sero nimis evigilaverit, sedemque senatoralem capere voluerit, cujus intuitu quemadmodum nos post consummatum actum restaurationis nostrae novam festo tantum

divi Blasii privilegialiter annexam restaurationem servare et peragere atque adeo praelibato Josepho Zaverszky (resignato officio) sedem senatoralem denuo admittere minime poteramus, ita etiam factum ejuscemodi altissimae Majestatis Vestrae sacratissimae in omnigena submissione, fide et fidelitate decisioni humillime de genu substernimus sperantes in Majestatis Vestrae sacratissimae suprema gratia nos in praehabito usu et praxi porro etiam pro benigno etiam normali restauratorio benignissime conservandos.

Cum praeterea ex demisissime praeadvolutis actis restauratoriis sive diario errueretur et id quod tribunus plebis cum communitate actualis notarii civitatis diversis ex rationibus non solum restaurationem, sed amotionem quoque aut adminus usque ulteriorem clementissimam Majestatis Vestrae sacratissimae resolutionem alterius subjecti substitutionem adurserit, eandem tamen gratioso excelsae Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae decreto intuitu antelati notarii civitatis emmanato haud obtinuisset, supplicamus demisse Majestati Vestrae sacratissimae quatenus merito in praemisso eas efficaces clementissimas ordinationes caesareo regias eadem Majestas Vestra sacratissima facere dignaretur quo saepefatus notarius Josephus Spissich et restaurari omnino et exigentibus quoque circumstantiis praesentibus realiter etiam ab officio suspendi possit.

Quod porro concernit neo assumptos cives quemadmodum Majestas Vestra sacratissima omnes extraneos sine taxa ad concivilitatem assumendos clementer disposuisset, solique domestici prae extraneis per nos taxari haud quirent ita quinam ad concivilitatem sine omni taxa pro modernis circumstantiis assumpti habeantur, ex advoluta eorundem serie benigne perspicere dignabitur Majestas Vestra sacratissima, et quoniam praeinsinuata adusque a neo assumptis civibus taxarum desumptio et in benignis diplomatibus regiis et in statutis civilibus authoritate regia firmatis ac longissimi temporis usu roboratis fundaretur, hicque idem principalior esset pro sublevandis publicis civitatis necessitatibus fundus, eapropter supplicamus humillime de genu Majestati Vestrae sacratissimae quatenus rationibus ex praemissis ac etiam ex refflexione miseri status peculii hujus Majestatis Vestrae sacratissimae regii in taxa neoassumendorum indiscriminatim civium alioquin in florenis 15 passim subsistente benigne ultro conquiescere, nobisque talium dein quoque desumptionem clementer applacidare dignaretur.

Demum quod attinet rationes nostras domesticas ex talibus ultimae de anno 1768. Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae transimissae habentur, hac tamen occasione anni 1771. effective transmittimus, annorum autem 1769. et 1770. ex eo submitti nequiverant, quod fatis functus emeritus camerarius Mathias olim Soffich pro immediate praescriptis annis consuetas officii sui rationes nobis haud praesentaverit, quodve eas durante vita sua minime confecerit, quarum intuitu conficiendarum et praesentandarum esto authentice et secus etiam in consessu nostro identidem praemonitus extitisset, obligationi suae nihilominus minime satisfecisset, ut adeo notatis multiplicibus ejusdem superextantibus ratiocinioque in statu confuso relicto misera autem eiusdem relicta vidua prolibus onusta, aereque alieno gravata et actione quoque fiscali eatenus conventa ad ferrendas confecturo praemissas rationes expensas in-

sufficiente deputationem ex interiori et exteriori magistratu nostro in conficiendis ejusdem rationibus processuram ordinare necessitabamur, quae non absimiliter ut primum per eandem idcirco ordinatam deputationem appromptatae et revisae fuerint, easdem una cum rationibus anni recens evoluti 1772. praefatae Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae Hungarico-aulicae praesentare adlaborabimus.

Penes quorum etiam humillimam de genu relationem, nos, vitasque nostras in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perreni fide et fidelitate emorimur Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subiti N. N. judex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali 24a Martii 1773. celebrato.

Excelsum camerale Consilium regium
Domini domini gratiosissimi colendissimi!

Clementissimo Suae Majestatis sacratissimae de 28a mensis decembris anni proxime evoluti emmanato mandato restauratorio, ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae de 8a praeterlapsi mensis januarii expedito intimatorio decreto per nos in humillima subjectione perceptis, qualisnam juxta observatam clementissimam medio istius excelsae Camerae beigne submissam idaeam pro die 3a non ita pridem transacti mensis februari inter nos successerit magistratualis restauratio, ex advoluto diario et annexo schemate utriusque ordinis personarum magistratualium gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Et quia ex iisdem actis restauratoriis erueretur, quod egregius Josephus junior Zaverszky Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius fiscalis pro vaccante per mortem Josephi olim Pavun sede senatorali in senatorem prima magistratualis restaurationis die candidatus et post subsecutam sui ad idem officium binis vicibus candidatione de sede magistratuali, adeoque consessu eo tum habito domum suam rationibus de nonnullis ac potissimum ideo, quod communitas super facta per magistratum candidatione vota sua ellicere, adeoque ad ellectionem candidatorum concurrere eo tum noluerit, dum egregium Paulum Thausz Comitatus Zagrabiensis judicem nobilium contra positiva benigna Suae Majestis sacratissimae et excelsae quoque Camerae regiae Hungarico-aulicae mandata officiorum Comitatus cum civilibus conjunctionem vetantia cum praelibato Josepho juniore Zaverszky et Georgio Felijak civitatis hujus procuratore fiscali candidatum esse observavit, discedens, ellectus habeatur quidem, verum licet nos pro eodem neoellecto senatore fine deponendi juramenti primo castellanum, post hunc cancellistam ac tertio etiam alterum cancellistam de sede exmisissemus, inque domum praetoream revocari fecissemus, praelibatus Josephus junior Zaverszky non ut in consessum magistratualem comparuisset, juramentumque officii deposuisset, quantum potius praeattacta die restaurationis magistratualis ex ratione expeditionis medicamentorum ad bona matri suae se minime comparere et advenire posse renunciavit atque ut in sequentem immediate, quae erat 4a mensis februarii anni currentis, diem juramenti depositio prolongetur, medio antellatorum castellani et cancellistarum nomine nostro exmissorum respirium exegit, quo eidem concesso, quantumvis nulli dubitare potuerimus praefatum Josephum juniorem Zaverszky sequenti die juramentum depositurum, in ejus locum in assessoris candidationem et ellectionem processimus, realiterque etiam Paulum Gorrup in assessorem per factam antelati Josephi Zaverszky in senatorem ellectionem vaccantem ellegimus ac juxta benigne praescriptam restaurationis qualiter pertractandae normam et secundum veterem peculii hujus Suae Majestatis sacratissimae regii praxim et consuetudinem cum ellectione judicis actum restaurationis primae diei nostrae perfecimus, altera nihilominus die, ut praemissum est 4a mensis februarii festum divi Blasii solitae quippe et privilegiatae restaurationis nostrae immediate subsequente antedictus Josephus Zaverszky in vicem suae personalis pro deponendo juramento officii in domum praetoream senatoream adeoque consessum nostrum comparitionis quale schediasma medio castellani ad judicem dirrectum et nobis in consessu per attactum judicem remonstratum expediverit, ex hic humillime advoluto praelibati scheadiasmatis authentico pari ubertim elucesceret. Et quia contextu ejusdem delatum praeattacto Josepho Zaverszky senatorale officium resignasset, neque pro depositione juramenti in consessum nostrum, uti coram refferrentibus castellano et cancellistis duobus civitatis declaraverat, comparuisset sedes senatoralis hoc facto vacua effecta et amplius omnino post consummatam restaurationem nostram, interventamque officii delati resignationem repleri non poterat, accidisse tamen subinde testante hic humillime adnexo actorum nostrorum paragrapho reticere non possumus, quod mentionatus Josephus Zaverszky resignationem ejuscemodi revocaverit sedemque senatoralem capere voluerit, cujus intuitu quemadmodum nos post consummatum actum restaurationis nostrae secundum ejusdem resignationem novam festo duntaxat divi Blasii privilegialiter annexam restaurationem servare et peragere atque adeo praelibato Josepho Zaverszky (resignato officio) sedem senatoralem denuo admittere minime poteramus, ita etiam factum ejuscemodi supremae excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae decisioni humillime substernimus, sperantes in altissima excelsae Camerae isthujus regiae gratia nos in praehabito usu et praxi porro etiam pro benigno normali restauratorio gratiose conservandos, cum praeterea ex demisse praeadvolutis actis restauratoriis sive diario erueretur et id quod tribunus plebis cum communitate actualis notarii civitatis diversis ex rationibus non solum restaurationem sed amotionem quoque, aut adminus usque ulteriorem gratiosam excelsae Camerae dispositionem alterius subjecti substitutionem adurserit, eandem tamen obstante gratioso ejusdem excelsae Camerae regiae decreto intuitu antedicti notarii civitatis emmanato haud obtinuisset, supplicamus humillime altefatae excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae quatenus merito in praemisso eas efficaces gratiosas ordinationes facere dignaretur quo saepefatus notarius Josephus Spissich et restaurari omnino et exigentibus quoque circumstantiis praesentibus realiter etiam ab officio suspendi possit.

Quod porro concernit neoassumptos cives quemadmodum Sua Majestas sacratissima omnes extraneos sine taxa ad concivilitatem assumendos clementer disposuisset, solique domestici pro extraneis per nos taxari haud quirent, ita quinam ad concivilitatem sine omni taxa pro modernis circumstantiis assumpti haberentur, ex advoluta eorundem serie

gratiose perspicere dignabitur eadem excelsa Camera et quoniam praeinsinuata adusque a neoassumptis civibus taxarum desumptio et in benignis diplomatibus regiis et in statutis civilibus authoritate regia firmatis et longo usu roboratis fundaretur, hicque idem principalior esset pro sublevandis publicis civitatis necessitatibus fundus, eapropter supplicamus humillime excelsae huic Camerae regiae, quatenus rationibus ex praemissis ac etiam ex refflexione miseri status peculii hujus regii apud Suam Majestatem sacratissimam gratiosas vices suas interponere dignaretur, quo eadem Sua Majestas sacratissima in desumptione taxarum a neoassumendis indiscriminatim civibus alioquin in florenis 15, passim subsistente dein quoque clementer conquiescere dignaretur.

Quod porro attinet seu remanentiam cassae domesticae anni prioris seu vero activa et passiva civitatis debita seu autem restantias apud cives haerentes, hoc quoque in passu eidem excelsae Camerae humillime refferimus, remanentiam quidem cassae ob molem expensarum in straturam civitatis ac alias occurrentes anni praeteriti publicas errogationes, nullam esse; activa vero civitatis debita florenos 10370, cruciferos 15 1/3 constituere, passiva porro ejusdem civitatis debita (expunctis florenis 2200) non nisi florenos 1000 consistere, quos etiam, ut primum restantiae annorum priorum actu sub actione fiscali existentes incassatae fuerint, expungere satagemus, demum quod concernit rationes nostras domesticas, ex talibus ultimae de anno 1768. quemadmodum eidem excelsae Camerae adusque transmissae haberentur, ita ad easdem de praesenti nos provocamus, hac vero occasione anni 1771mi in humillitate advolvimus, annorum autem 1769. et 1770. ex eo subinde nequiverant, quia ratiocinari obligatus emeritus camerarius Matthias Soffich intermedio tempore fatis functus res suas adeo in confuso statu reliquerat, ut deputationaliter omnino confectionem rationum ejusdem proximius perficiendarum, ordinare necessitabamur quae etiam ut primum appromptatae et revisae fuerint, easdem una cum rationibus anni recens evoluti 1772di excelsae huic Camerae regiae pro debito obligamine nostro submittere haud intermittemus.

Penes quorum etiam humillimam relationem gratiis et protectioni ejusdem excelsae Camerae humillime commendati emorimur. Excelsae Camerae regiae servi humillimi N. N. judex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex consessu die 24. mensis martii 1773. celebrato.

1774.

Series magistratualis restaurationis pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo quarto.

Anno domini 1774. die 15a mensis martii Zagrabiae in consessu magistratuali praesentibus dominis Josepho Hohnemer judice, Georgio Skalija, Michaele Brezovachky, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Ignatio Perggroffer consule, Adamo Sztruchich capitaneo, Ladislao Labass et Josepho Zaversky juratis senatoribus

domino autem Petro Appoka absente, ex ellecta vero communitate Michaele Krajachich fisco, Stephano Chabrian, Matthia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Petro Blasekovich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Josepho Ladessich, Petro Gerkavecz, Georgio Felijak, Paulo Thauszy, Michaele Blasekovich, Nicolao Cheh aliter Babochay et Georgio Gallich aeque praesentibus, dominis autem Benedicto Arbanasz, vicecomite Antonio Hadrovich, Antonio Rajtter, Josepho Weffordt, Joanne Nemachich et Paulo Gorrup absentibus, Joanne porro Svabely intermedio tempore fatis functo, servatae, celebrataeque magistratualis restaurationis

Acta

Quoniam negotium solitae annualis magistratualis restaurationis in privilegiali die divo Blasio dicata ob tardius superveniens benignum mandatum regium restauratorium assumi nequiverat, subsequenter vero praerepetito benigno mandato regio perveniente solennitas praeallegatae magistratualis restaurationis ob absentiam nonnullorum ex utroque magistratu ex determinatione magistratus et ellectae communitatis in diem praesentem quae est 15a mensis martii dillata exstitisset, ideo pro benigne in anno 1755. sub die 26a mensis augusti praescripta norma dominis magistratualibus tam interioris quam et exterioris magistratus frequentiori numero hora 8a matutina ad domum praetoream senatoream confluentibus, progressum primum fuit ad parochialem ecclesiam s. Marci, ubi etiam audito solenniter decentato sacro et invocato s. Spiritus lumine iidem domini magistratuales ad eandem domum praetoream senatoream reduces secundum senium occuparunt sedes.

Demum ut tanto exactius et benignis dispositionibus regiis et gratiosis excelsae Camerae ordinationibus satisfiat, clementissimum Suae Majestatis sacratissimae mandatum restauratorium de 14a mensis januarii anni labentis Viennae Austriae emmanatum prout et gratiosum excelsae Camerae eo in passu de 21a ejusdem mensis januarii expeditum decretum cum explanatione ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt.

Quibus publicatis ipsaque etiam benigne praescripta normali magistratualis restaurationis idea pro recepta praxi in Croatico idiomate utrique considenti magistratui per extensum perlecta (fassionibus caeteroquin sub majori sigillo expediri solitis jam in praeterlapso festo divi Blasii publicatis existentibus), ideo pro eodem benigne praescripta norma cum per mortem domini olim Joannis Svabely sedes assessoralis vacasset cumprimis ad hujus redintegrationem progressum fuit. Ac ideo etiam

Pro vaccante sede assessorali

Candidabantur domini Joannes Jozipovich, Franciscus Valery et Matthias Radochay, ex quibus ellectus est idem Joannes Josipovich, solitumque munii sui in continenti deposuit juramentum.

Redintegrato itaque modalitate praemissa exteriori magistratu, in interiori autem nulla vacantia emergente, ex eo pro tenore ejusdem benigne praescriptae normae deventum fuit cumprimis ad restaurationem exterioris magistratus: itaque

Pro officio fisci

Priori fisco domino nempe Michaele Krajachich idem officium more consueto resignante, pro eodem officio candidabantur idem dominus Michael Krajachich, dominus item Paulus Thauszy et Josephus Ladessich, et quibus in eodem officio ultro confirmatus est idem dominus Krajachich, consuetumque munii sui denuo ellicuit juramentum.

Ellecto itaque modalitate praemissa fisco seu tribuno plebis demum digressum fuit ad restaurationem interioris magistratus qua propter etiam

Pro officio capitanei

Priori capitaneo domino Adamo Sztruchich idem officium capitaneatus sua forma resignante, pro eodem officio candidabantur idem dominus Adamus Sztruchich, domini item Michael Brezovachky et Stephanus Szale, ex quibus idem dominus Adamus Sztruchich prior capitaneus in officio suo ultro confirmatus est, solitumque deposuit juramentum.

Pro officio consulis

Priori consule domino Ignatio Perggroffer idem officium resignante, pro eodem officio candidabantur idem Ignatius Perggroffer, domini item Michael Brezovachky et Joannes Gorrup (domino Georgio Skalija sui candidationem simpliciter deprecante) ex quibus in eodem officio ultro confirmatus est idem dominus Ignatius Perggroffer, consuetumque subinde in parochiali ecclesia deposuit juramentum, demum:

Pro officio judicis

Priori judice domino Josepho Hohnemer idem officium resignante, pro eodem judicis officio candidabantur idem dominus Josephus Hohnemer, domini item Ladislaus Labas et Joannes Skerlecz, ex quibus idem dominus Josephus Hohnemer in officio judicis ultro confirmatus est qui etiam taliter confirmatus intra frequentiorem populi et dominorum magistratualium concursum subinde ad ecclesiam parochialem s. Marci digrediens, decantato praevie hymno Ambrosiano solenne ad cornu altaris officii sui deposuit juramentum et usque propria more solito per magistratuales comitatus exstitit.

Die 16a ejusdem mensis martii Zagrabiae in consessu magistratuali praesentibus dominis Josepho Hohnemer judice, Georgio Skalija, Michaele Brezovachky, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich, Stephano Szalle, Joanne Gorrup, Ignatio Perggroffer consule, Adamo Sztruchich capitaneo, Ladislao Labass et Josepho Zaversky juratis senatoribus, domino autem Petro Appoka absente, ex ellecta vero communitate Michaele Krajachich fisco, Matthia Spulko, Petro Guzanich, Josepho Ladessich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Petro Gerkavecz, Georgio Felijak, Michaele Blasekovich, Paulo Thauszy, Nicolao Cheh camerario, Georgio Gallich, Donato Lukauszky et Joanne Jozipovich, aliis ex eadem communitate absentibus, continuata est magistratualis restauratio serie sequenti. Et quidem

Pro officio decani

Priori domino decano Georgio Gallich idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem Georgius Gallich, Matthias Spulko et Nicolaus Huzjak, ex quibus idem Georgius Gallich ultro confirmatus est, solitumque munii sui deposuit juramentum.

Pro praefecto primario xenodochii

Priori praefecto Nicolao Huzjak idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem Nicolaus Huzjak, Josephus Ladessich et Matthias Spulko, ex quibus pluralitate votorum ellectus quidem erat dominus Josephus Ladessich, quo nihilominus idem munium deprecante, in eodem tam primarius Nicolaus Huzjak, quam et secundarius Petrus Gerkavecz ultro confirmati sunt.

Pro primario s. Marci aedituo

Priori aedituo domino Georgio Felijak idem munium resignante, ipsamque etiam ulteriorem candidationem simpliciter deprecante, ex eo pro praemisso aedituatu candidabantur domini Paulus Thauszy, Joannes Jozipovich et Josephus Ladessich, ex quibus ellectus est idem dominus Joannes Jozipovich.

Pro secundario s. Marci aedituo

Priori aedituo domino Josepho Ladessich idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem Josephus Ladessich, Matthias Spulko et Georgio Santich, et quibus prior Josephus Ladessich ultro confirmatus est.

Pro aedituo Patientis Christi et s. Margarethae

Priori aedituo Petro Guzanich idem munium resignante, pro eodem candidabantur idem Petrus Guzanich, Matthias Spulko et Georgius Santich, ex quibus idem Petrus Guzanich ultro confirmatus est.

In aedituatu s. Nepomuceni dominus Josephus Weffordt ultro aeque confirmatus est.

In aedituatu s. Rochi Matthias Spulko prior, aeque confirmatus est.

Pro aedituatu s. Spiritus

Priori aedituo domino Rajtter Antonio idem munium sua via resignante, ipsamque ulteriorem candidationem deprecante, pro eodem aedituatu candidabantur domini Paulus Thauszy, Antonius Hadrovich et Georgius Santich, ex quibus idem dominus Paulus Thauszy ellectus est.

Pro primario fori inspectore

Priori inspectore domino Nicolao Cheh aliter Babochay idem munium resignante, ipsamque etiam ulteriorem candidationem deprecante, ex eo pro eodem officio candidabantur domini Paulus Thauszy, Josephus Ladessich et Antonius Rajtter, ex quibus ellectus est idem Josephus Ladessich.

Pro altero fori inspectore

Joanne Nemachich idem munium propter valetudinarium statum suum resignante pro eodem praeter eundem Nemachich candidabantur Paulus Thauszy et Antonius Rajtter, ex quibus ellectus est idem dominus Paulus Thauszy.

Quarteriorum magister Vincentius Zerer ultro confirmatus est.

Inspectores caminorum

Et quidem intra moenia domini Antonius Hadrovich et Josephus Weffordt, extra moenia vero, seu in suburbio domini Paulus Gorrup et Joannes Jozipovich.

Organista, corista, sacrista, prout et campanatores ecclesiarum ultro confirmati sunt.

Qui omnes aeditui, sacrista item et campanatores prout et xenodochii praefecti consueto obstricti sunt juramento.

Tandem dominus judex omnes et singulos rationibus obnoxios de talibus proximius exhibendis serio commonuit ac ita actus restauratorius consummatus est.

Schema seu status personalis et salarialis utriusque magistratus et quidem dominorum senatorum

Josephus Hohnemer, nobilis Croata, juratus causarum advocatus, actualis judex et loci postae magister, qua talis cum salario florenorum 60.

Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, litteratus.

Michael Josephus Brezovachky, Insulanus litteratus.

Joannes Baptista Skerlecz, nobilis Croata, litteratus.

Georgius Igerchich, Croata, sciens semet commode subscribere.

Staphanus Szale nobilis Hungarus et inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium.

Joannes Gorrup, Croata, illiteratus.

Ignatius Perggroffer, Styrus, Germanice et Croatice litteratus, actualis consul, qua talis cum salario florenorum 40.

Adamus Michael Sztruchich, nobilis Croata, actualis civitatis capitaneus et emeritus vigiliarum magister, qua talis cum salario florenorum 40.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et excellentissimorum ac illustrissimorum dominorum comitum Joannis et Christophori Erdödy de Monyorokerek procurator fiscalis et illustrissimi domini comitis collonelli Joannis Draskovich causarum dirrector.

Ladislaus Labass, nobilis Croata et simul inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius generalis cassae perceptor.

Josephus Zaversky, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius procurator fiscalis.

Quorum singulus qua senator ex cassa civitatis habet annualis salarii florenos 60.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150.

Michael Krajachich, nobilis Croata et emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium, actualis fiscus cum salario florenorum 50.

Stephanus Chabrian, Croata litteratus et excellentissimi ac reverendissimi domini Praesulis Zagrabiensis provisor.

Matthias Spulko, Croata, illiteratus, professione sua sartor et cappellae s. Rochi aedituus cum salario florenorum 2 cruciferorum 24.

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, professione sua sartor et capellarum Patientis Christi et s. Margarethae cum salario florenorum 30 aedituus.

Joannes Cheh, Croata et capitalis officij tricesimae Zagrabiensis exactor.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius procurator fiscalis.

Nicolaus Huzjak, Croata, commode se subscribere sciens, professione sua nodifex et primarius xenodochii civitatis praefectus cum salario florenorum 40.

Georgius Santich, Croata, modice Croatice litteratus et professione sua nodifex.

Joannes Nemachich, commode litteratus.

Josephus Ladessich, nobilis Croata illiteratus, professione sua nodifex, subalternus seu viceaedituus s. Marci cum salario florenorum 15, nec non actualis primarius fori inspector cum salario florenorum 12.

Benedictus Arbanasz Benak dictus de Also Lomnicza, inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

Petrus Gerkavecz, Croata, illiteratus, professione sua argentifaber et xenodochii civitatis vicepraefectus cum salario florenorum 15.

Donatus Lukauszki, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis Tabulae judiciariae assessor.

Georgius Felijak, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis procurator fiscalis cum salario florenorum 100, prout et cassae civitatis contributionalis perceptor cum salario florenorum 150.

Antonius Rajtter, Styrus, mercator, Germanice litteratus.

Paulus Thauszy, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis supremus judex nobilium, actualis secundarius fori inspector cum salario florenorum 12, nec non capellae s. Spiritus cum salario florenorum 6 aedituus.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius.

Nicolaus Cheh aliter Babochay, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium et actualis civitatis camerarius cum salario florenorum 75.

Georgius Gallich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua cothurnarius et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50.

Josephus Weffordt, Italus, Goriczensis, loci apothecarius, litteratus et s. Joannis Nepomuceni capellae aedituus, prout et intra moenia civitatis caminorum inspector, cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Antonius Hadrovich, nobilis Croata, fori utriusque causarum juratus advocatus et inclyti Comitatus Crisiensis vicenotarius, prout et intra moenia civitatis caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Paulus Gorrup, Croata, litteratus, extra moenia civitatis seu in suburbio caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Joannes Jozipovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis generalis cassae vice percep-

tor prout et extra moenia civitatis seu in suburbio caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15, nec non ecclesiae parochialis s. Marci primarius aedituus cum salario florenorum 30.

Relatio ad Suam Majestatem
Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas
Domina domina clementissima benignissima!

Quamquam in obsequium benignissimi Majestatis Vestrae sacratissimae mandati restauratorii erga demissas preces nostras de 14a mensis januarii anni labentis emmanati et pro hac quoque vice absque interventu commissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii actum peragendae magistratualis restaurationis nobis clementer indulgentis in privilegiali pro festo s. Blasij episcopi et martyris termino in diem 3am mensis februarii incidente in solita restauratione magistratuali nos omnino progredi oportuisset, quia nihilominus idem benignum mandatum regium restauratorium post praerepetitum festum s. Blasii secunda primo die supervenisset ac tum ideo, cum et ob absentiam nonnullorum commembrorum magistratualium actum ejusmodi restaurationis in 15am proxime evoluti mensis martii nos differre oportebat, cujusmodi etiam termino adveniente (audito praevie in parochiali ecclesia solenni missae sacrificio invocatoque s. Spiritus lumine) qualisnam inter nos successerit restauratio, qui item ad concivilitatem assumpti habeantur, ex annexis humillime de genu diario et schemate personarum utriusque magistratus prout et susceptorum ad concivilitatem cathalogo uberius informari clementer dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro attinet consuetas super cassa domestica rationes ex talibus ultima pro anno 1771. Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae submissae habentur, restant autem trium adhuc annorum submittendae, demortui camerarii Matthiae condam Soffich pro annis 1769. et 1770. ob intervenientem ejusdem mortem deputationaliter elaboratae et jam sub purisatione existentes, prout et annorum 1772di et 1773ii quarum priores sub revisione existunt, de posterioribus vero per emeritum camerarium otius praesentandis idem camerarius per nos commonitus habetur.

Penes quorum etiam humillimam de genu relationem nos vitasque nostras in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perreni fide et fidelitate emorimur. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex, magistratus et ellecta communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 30a mensis maii 1774. celebrato.

Relatio ad excelsam Cameram
Excelsum camerale Consilium regium
Domini domini gratiosissimi colendissimi!

Benignissimo Suae Majestatis sacratissimae de 14a mensis januarii anni labentis emmanato mandato restauratorio, ita et gratioso eiusdem excelsae Camerae de 21a ejusdem mensis eo in passu ellargito decreto, per nos in omni humillitate perceptis, quamvis pro recepta praxi et privilegiali consuetudine nostra in merito praescitae magistratualis restaurationis pro die 3ia praerepetiti mensis februarii seu ipso festo divi Blasii episcopi et martyris in solita restauratione nobis progrediendum fuisset, quia nihilominus ob austeritatem procul dubio viarum admissae restaurationis indultus secunda primo die post idem festum divi Blasii supervenisset ac tum ideo, cum et ob absentiam nonnullorum commembrorum magistratualium actum ejusmodi restaurationis in diem 15am proxime evoluti mensis martii nos differre oportuisset, cujusmodi etiam termino adveniente, auditoque praevie in parochiali ecclesia solenni missae sacrificio invocatoque s. Spiritus lumine, qualisnam in obsequium benigni indultus regii intra nos successerit restauratio, qui etiam ad concivilitatem assumpti habeantur, ex adnexis humillime diario et schemate personarum utriusque magistratus, prout et susceptorum ad concivilitatem cathalogo uberius gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Quod porro attinet seu remanentiam cassae domesticae anni prioris seu vero activa et passiva civitatis debita et restantias apud cives haerentes, hoc quoque in passu eidem excelsae Camerae humillime refferrimus, remanentiam quidem cassae ob molem expensarum in straturam civitatis ac alias occurrentes anni praeteriti publicas errogationes nullam omnino esse; activa vero civitatis debita florenos 10370, cruciferos 15 1/3, constituere, passiva porro ejusdem civitatis onera contractis denuo anno superiori florenos 273, insimul in florenis 1273. subsistere, quos etiam ut primum restantiae annorum priorum actu sub actione fiscali existentes incassatae fuerint, expungere satagemus.

Demum quod concernit rationes nostras domesticas, quemadmodum ultimas pro anno 1771. postrema restauratione nostra excelsae Camerae huic transmisissemus, ita etiam restantes pro annis 1769. et 1770. Matthiae Soffich rationes ob intercurrentem mortem ejusdem per eundem praestari neglectas et subinde per nos deputationaliter ellaboratas, jamque sub purisatione existentes prout et 1772di actuali revisioni substratas proximius expedire pro jurato munio nostro adlaborabimus: quo autem et pro anno proxime evoluto 1773. per emeritum camerarium indilate exhibeantur, eidem serio in commissis dedimus.

Penes quorum etiam humillimam relationem gratiis et protectioni excelsae hujus Camerae demmisse commendati in perreni veneratione emorimur excelsae Camerae regiae servi humillimi N. N. judex, magistratus et ellecta communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 30a mensis maii 1774. celebrato.

Lectum et improthocolatum per Josephum Spissich
juratum civitatis notarium m. p.

1775.

Series magistratualis restaurationis
pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo quinto.

Anno domini 1775to die 3ia mensis februarii ipso videlicet festo divi Blasii episcopi et martyris termino nempe solitae privilegialis magistratualis restaurationis, Zagrabiae in domo praetorea senatorea praeinsinuatae liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis inque comitatu nominis ejusdem existente habita per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex senatu interiori praesentibus dominis Josepho Hohnemer judice, Georgio Skalija, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Georgio Gorrup, Ignatio Perggroffer consule, Adamo Sztruchich capitaneo et Ladislao Labass iuratis senatoribus, dominis autem Michaele Brezovachki et Petro Appoka absentibus, domino autem Josepho Zaversky fatis functo; ex ellecta vero communitate seu exteriori magistratu aeque praesentibus dominis Michaele Krajachich fisco, Petro Blasekovich, Stephano Chabrian, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Josepho Ladesisch, Petro Gerkavecz, Georgio Felijak, Antonio Rajtter, Paulo Thausz, Nicolao Cheh aliter Babochay et Georgio Galfich, dominis autem Benedicto Arbanasz, Michaele Blasekovich, Donato Lukauszky, Antonio Hadrovich et Paulo Gorrup absentibus, porro Josepho Weffordt et Joanne Nemachich fatis functis, Joanne demum Joszipovich munus assessorale interea resignante celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26 mensis augusti anni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualim praescribentis normae per magistratum et ellectam communitatem (exceptis quibus supra) hora 8a matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae frequentiori numero progressum fuit, ubi etiam audito solenniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine, rursus ad praenotatam domum praetoream redeuntes atque sedes suas juxta senium occupantes, pro observata veteri pecculii hujus regii praxi et consuetudine praeferenter et ante omnia publicationem fassionum intermedio tempore super fundis et tenutis civilibus emmanatarum et sub majori civitatis sigillo expendiendarum praemittendam censebant.

Occasione quarum publicationis sequentes intercesserunt contradictiones et quidem:

1mo fassioni Pogledichianae super domo olim Ozlekiana jure sibi incumbente contradixit dominus Stephanus Chegetek.

2do fassioni Elliae Mattich super domo olim Vugeriana pro domino Pless contradixerunt nomine Vugerianorum fratrum et haeredum Joannes Frankovich et Nicolaus Huzjak.

3io fassioni cambialitiae Peharnikianae super domo olim Jurssichiano Gudichiana emmanatae scripto contradixit dominus Antonius Protulepecz.

4to fassioni pro domino parocho Kravarszkensi Kerchelich super domo Skoffichiana jure vicinitatis et prioritatis contradixit dominus Stephanus Chegetek.

5to fassioni dominae Gallyuffianae super domo olim Stephano Chehiana nomine prolium contradixit dominus Nicolaus Cheh.

6to fassioni domini Krassich super allodio olim Szaliano quoad unam particulam fundi controversi, contradixit dominus Petrus Blasekovich.

7mo fassioni Standlianae super fundo olim Vukinaiano in quantum praejudicaret contradixit dominus Josephus Spissich mororum practicans.

8vo quoad fassionem super domo domini capitanei Zebich contradictionem reiteravit Ellias Mattich.

9no quoad venditiones et abalienationes per dominam Barbaram Chachkovich prius Kralychianam ad praesens Tisztapatakianam consortem contradictionem nomine haeredum Svastovichianorum renovavit dominus Petrus Blasekovich.

10o quoad domum Degvonianam contradictionem nomine Deodati Deguj reiteravit dominus Josephus Ladessich.

11mo quoad terram ad allodium civitatis sitam et domini comiti Vojkffy venditam contradictionem reiteravit dominus Joannes Busan. Ac tandem

12mo generosus Michael Krajachich fiscus universis fassionibus nunc et in antecessum expeditis in quantum ne fors juribus fisci civitatis praejudicarent signanter autem fassioni domini prothonotarii Petri Spissich quoad particulam fundi extra portam Monialium emptam contradixit ac respective contradictionem suam reiteravit.

Peracta itaque praeinsinuata fassionum publicatione pro tanto exactiori Suae Majestatis sacratissimae dispositionis observantia, benignissima per altefatam Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria clementissimum item mandatum regium restauratorium de 7a mensis januarii anni labentis prout et gratiosum eo in passu excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 24 ejusdem emmanatum decretum cum interpraetatione ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt.

Praemissa proinde praemissorum etiam publicatione pro tenore benigne praescriptae normae restauratoriae progressum primum fuit ad replendas vaccantes sedes assessorales, ac ideo

Pro vaccante 1a sede assessorali

Candidabantur domini Franciscus Maczan, Joannes Frankovich et Franciscus Kantily, et quibus ellectus est idem Franciscus Maczan consuetumque munii sui in continenti deposuit juramentum.

Pro vaccante 2da sede assessorali

Candidabantur domini Ignatius Werbega, Joannes Frankovich et Josephus Spissich rei sericeae practicans, ex quibus ellectus est praefatus Joannes Frankovich consuetumque deposuit juramentum.

Pro vaccante 3ia sede assessorali

Candidabantur domini Ignatius Werbega, Joseplus Spissich et Emericus Brezovachki, ex quibus etiam antelatus Ignatius Werbega, Regni

physicus ellectus, solitoque juramento tam civili, quam et assessorali in continenti obstrictus est.

Redintegratis proinde modalitate praescripta exterioris magistratus vacantiis progressum fuit dein ad replendam unam vacantem sedem senatoralem quapropter

Pro vaccante sede senatorali

Candidabantur domini Josephus Spissich notarius, Paulus item Thausz judex nobilium Comitatus et Nicolaus Cheh, ex quibus tametsi idem dominus notarius et dominus Paulus Thausz tam candidationem quam et ellectionem sui deprecati fuissent, attamen antelatus dominus judex nobilium Paulus Thausz in senatorem ellectus exstitit, qui ubi idem munus senatorale ex ratione praegesti in Comitatu judicis nobilium officii adeoque incompatibilitatis duorum officiorum ultro deprecatus fuisset, ex eo ad novam progressum fuit candidationem, ac ideo etiam pro eadem sede senatorali denuo

Candidabantur domini Josephus Spissich notarius, Nicolaus Cheh aliter Babochay et Joannes Cheh, ex quibus demum ellectus est praefatus Nicolaus Cheh consuetumque officii sui deposuit juramentum.

Verum cum per hujus etiam ad senatoratum promotionem, vacantia denuo in exteriori magistratu emersisset itaque

Pro vaccante 4ta sede assessorali

Candidabantur domini Josephus Spissich, Franciscus Kantily et Augustinus Pirlingh, ex quibus ellectus est praefatus Franciscus Kantily consuetumque munii sui deposuit juramentum.

Adimpletis itaque modalitate praemissa tam interioris quam et exterioris magistratus vacantiis ex eo descensum fuit ad serialem utriusque magistratus restaurationem; ac ideo

Pro officio fisci

Priori fisco domino Michaele Krajachich idem officium resignante pro eodem officio praeter eundem dominum Michaele Krajachich candidabantur domini Paulus Thausz et Josephus Ladessich, ex quibus ellectus est praefatus Josephus Ladessich consuetumque officii sui deposuit juramentum. Dein

Pro officio capitanei

Priori capitaneo domino Adamo Sztruchich idem officium resignante, pro eodem officio cum priori capitaneo candidabantur domini Stephanus Szale et Nicolaus Cheh, ex quibus etiam ellectus est antelatus dominus Stephanus Szale consuetumque officii sui deposuit juramentum, quo ellecto: nec secus

Pro officio consulis

Priori consule domino Ignatio Perggroffer idem officium resignante, ex eo pro praemisso officio praeter priorem consulem candidabantur domini Georgius Skalija et Georgius Igerchich, ex quibus etiam ellectus est dictus Georgius Igerchich qui et subinde in ecclesia parochiali ad cornu majoris arae consuetum officii sui deposuit juramentum. Tandem

Pro officio judicis

Priori judice domino Josepho Hohnemer officium judicatus more consueto resignante, pro eodem officio candidabantur idem dominus Josephus Hohnemer, domini item Ladislaus Labass et Joannes Skerlecz, ex quibus etiam dominis Josepho Hohnemer et Ladislao Labass in aequalitate votorum subsistentibus, quia in ejusmodi aequalitatis votorum pro judicatu circumstantia ex antiqua civitatis consuetudine et usu recepto votum decisivum parocho civitatis locali competeret, ex eo vocato in medium loci parocho admodum reverendo domino Matheo Sztepanich, idem votum suum decisivum pro judicatu detulit praefato domino Ladislao Labass qui etiam taliter in judicem ellectus, mox inter frequentissimam dominorum magistratualium comitivam ad parochialem sancti Marci ecclesiam progressus est dictoque innibi solenni hymno Ambrosiano et deposito supra Evangelium munii sui juris jurandi sacramento inter parem magistratualium et aliorum nobilium coronam ex ecclesia usque propria comitatus exstitit.

4ta ejusdem mensis februarii Zagrabiae in consessu magistratuali praesentibus dominis Ladislao Labass judice, Georgio Skalija, Josepho Hohnemer, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale capitaneo, Joanne Gorrup, Ignatio Perggroffer, Adamo Sztruchich et Nicolao Cheh juratis senatoribus aliis autem ut supra abssentibus, ex ellecta vero communitate Josepho Ladessich fisco, Petro Blasekovich, Mathia Spulko, Petro Guzanich, Joanne Cheh, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Petro Gerkavecz, Georgio Felijak, Antonio Rajtter, Paulo Thausz, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Francisco Maczan et Francisco Kantily aliis aeque absentibus continuata est magistratualis restauratio in ordine quoad officia subalterna serie sequenti: itaque

Pro officio decani

Priori domino decano Georgio Gallich caeteroquin nuper in camerarium ellecto idem officium simpliciter resignante, pro eodem decanatu candidabantur domini Joannes Frankovich, Mathias Spulko et Georgius Santich ex quibus etiam ellectus est idem Joannes Frankovich, qui et officii sui deposuit juramentum; ac ideo

Pro praefecto primario xenodochii

Priori praefecto Nicolao Huzjak idem munus resignante pro eodem praefectura candidabantur idem Nicolaus Huzjak, Mathias Spulko et Franciscus Kantily, ex quibus idem Nicolaus Huzjak ultro confirmatus est, quo confirmato nec secus

Pro secundo praefecto xenodochii

Priori praefecto secundario Petro Gerkavecz idem officium resignante pro eodem cum eodem Petro Gerkavecz candidabantur Mathias Spulko et Georgius Santich, ex quibus idem Petrus Gerkavecz ultro confirmatus est.

Pro primario aedituo s. Marci

Facta per priorem aedituum Joannem Joszipovich tam aedituatus quam et assessoratus resignatione, pro aedituatu ejusmodi candidabantur domini Paulus Thausz, Joannes Cheh et Antonius Rajtter, ex quibus etiam idem Antonius Rajtter ellectus est.

Pro secundario ejusdem ecclesiae aedituo

Secundario aedituatu per promotionem domini Josephi Ladessich vacante, pro eodem candidabantur domini Franciscus Kantily, Mathias Spulko et Georgius Santich, ex quibus praefatus Mathias Spulko ellectus est.

Pro aedituo Patientis Christi et sanctae Margarethae

Priori aedituo Petro Guzanich eundem aedituatum resignante pro eodem cum priori aedituo candidabantur domini Franciscus Kantily et Georgius Santich, ex quibus idem Petrus Guzanich ultro confirmatus est.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

Per mortem Josephi Weffordt ejusdem capellae dominus Antonius Rajtter communibus votis aedituus constitutus est.

Pro aedituo sancti Rochi

In aedituatu ejusdem capellae Mathias Spulko ultro confirmatus est.

Pro aedituatu capellae sancti Spiritus

Priori aedituo domino Paulo Thausz idem munus resignante, pro eodem candidabantur cum praefato domino Thausz, domini Michael Krajachich et Georgius Santich ex quibus prior dominus Paulus Thausz ultro confirmatus est.

Qui omnes aeditui et xenodochii praefecti consuetis insimul obstricti sunt juramentis; quo facto

Pro primario fori inspectore

Priori fori inspectore domino Josepho Ladessich ad munus fisci promoto existente pro eodem inspectoratu candidabantur domini Paulus Thausz, Michael Krajachich et Franciscus Maczan, ex quibus idem Paulus Thausz ellectus est.

Pro altero fori inspectore

Candidabantur domini Michael Krajachich, Franciscus Maczan et Franciscus Kantily, ex quibus idem dominus Franciscus Kantily ellectus est.

Inspectores caminorum

Et quidem intra urbem seu moenia domini Ignatius Werbega et Joannes Frankovich extra urbem autem seu in suburbiis domini Franciscus Maczan et Franciscus Kantily constituti sunt.

Pro quarteriorum magistro

Vincentius Zerer qua quarteriorum magister ultro confirmatus est.

Tandem sacrista et campanatores ultro confirmati sunt, solitoque denuo obstricti habentur juramento et campanatori sactae Margarethae loco quarterii antea in domo ejusdem ecclesiae habiti titulo salarii annualis resoluti sunt floreni 6.

Et quia per promotionem prioris castellani Joannis Frankovich munus castellanatus vacasset, ideo dominus judex approbante magistratu et communitate in castellanum denominavit nobilem Josephum Kraly concivem et professione sua sartorem qui non absimiliter consueto officii sui mox et in instanti obstrictus est juramento.

Terminata itaque modalitate praemissa conformiter ad benignam ordinationem regiam in summa pace et tranquilitate ac unione magistratuali restauratione dominus judex omnes et singulos qualitercunque reddendis rationibus obnoxios de talium celeriori magistratui praesentatione serio commonuit, ac ita finis omnibus impositus est.

Shema seu status personalis
et salarialis utriusque magistratus et quidem
dominorum senatorum

Ladislaus Labass, nobilis Croata, actualis judex et inclyti Comitatus Zagrabiensis cassae perceptor, qua talis cum salario florenorum 60.

Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis litteratus.

Josephus Hohnemer, nobilis Croata, fori utrisque causarum advocatus et loci postae magister.

Michael Brezovachky, Insulanus, litteratus.

Joannes Baptista Skerlecz, nobilis Croata, litteratus.

Georgius Igerchich, Croata, sciens semet commode subscribere, actualis consul cum salario florenorum 40.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus, inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium et actualis civitatis capitaneus qua talis cum salario florenorum 20.

Joannes Gorup, Croata, illiteratus.

Ignatius Perggroffer, Styrus, Germanice et Croatice litteratus.

Adamus Michael Sztruchich, nobilis Croata et emeritus vigiliarum magister.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus et fori utriusque juratus causarum advocatus nec non excellentissimorum et illustrissimorum dominorum comitum Joannis et Christophori Erdödy fiscalis.

Nicolaus Cheh aliter Babochay, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium.

Quorum singulus ex cassae civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Sequitur series communitatis seu assesorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciarie assessor, actualis civitatis notarius cum salario florenorum 50.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus professione nodifex et[1]

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus et suae excellentiae Episcopi Zagrabiensis provisor.

Mathias Spulko, Croata, illiteratus, professione sartor et subalternus ecclesiae sancti Marci aedituus cum salario florenorum 15 et capellae sancti Rochi cum florenis itidem 2 cruciferis 24.

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, professione sartor et capellarum Patientis Christi et sanctae Margarethae aedituus cum salario florenorum 30.

Joannes Cheh, Croata et capitalis officii Tricesimae regiae Zagrabiensis exactor.

[1] Ultro non inscriptum.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius fiscalis.

Nicolaus Huzjak, Croata, commode se subscribere sciens, professione nodifex et primarius xenodochii civitatis praefectus cum salario florenorum 40.

Georgius Santich, Croata, modice Croatice litteratus et professione aeqe nodifex.

Benedictus Arbanasz, de Also Lomnicza, inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

Petrus Gerkavecz, Croata, illiteratus, professione argentifaber et xenodochii civitatis vicepraefectus cum salario florenorum 15.

Donatus Lukauszky, nobilis Croata, fori utriusque causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judicariae assessor.

Georgius Felijak, Croata, fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100 et cassae perceptor cum salario florenorum 150.

Antonius Rajtter, Styrus, mercator, Germanice litteratus et actualis ecclesiae sancti Marci primarius aedituus cum salario florenorum 30.

Paulus Thausz, nobilis Croata inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et fori inspector cum salario florenorum 12 prout et aedituus capellae sancti Spiritus cum salario florenorum 6.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius.

Michael Krajachich, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium, nobilis Croata.

Georgius Gallich, nobilis Croata, sciens se subscribere, professione cothurnarius et actualis civitatis camerarius cum salario florenorum 75.

Antonius Hadrovich, nobilis Croata, fori utriusque causarum advocatus et inclyti Comitatus Crisiensis vicenotarius.

Paulus Gorrup, Croata, Zagrabiensis juris patrii Agriae auditor.

Franciscus Maczan, Croata, Zagrabiensis, actualis civitatis cancellista cum salario florenorum 40 et caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Joannes Frankovich, nobilis Croata, litteratus et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50 prout et caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Ignatius Werbega, Regni physicus, Carniolus et actualis caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Franciscus Kantily, Croata, litteratus, fori inspector cum salario florenorum 12 et caminorum cum salario ittidem floreni 1 cruciferorum 15.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas
Domina domina clementissima benignissima!

Postquam clementissimum Majestatis Vestrae sacratissimae de 7a mensis januarii anni labentis emmanatum mandatum nobis annualem magistratualem restaurationem in consueto privilegiali termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3am mensis februarii incidente hac etiam vice sine interventu commissarii Majestatis Vestrae

sacratissimae regii peragendam indulgens homagiali subjectione percepissemus idcirco in effectum benignae ejusmodi Majestatis Vestrae sacratissimae concessionis regiae in praeattacto privilegiali restaurationis nostrae termino pro anno quoque delabente qualisnam inter nos usque ad ratificationem Majestatis Vestrae sacratissimae magistratualis intercesserit restauratio, qui item et cum quali taxa cujusve conditionis et origins ad concivilitatem assumpti habeantur, ex humillime advolutis diario et duplici schemate status videlicet personalis utriusque magistratus neoassumptorum civium clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro concernit domesticas rationes nostras ex talibus ultimae pro anno 1771. Camerae Majestatis Vestrae sacratisimae Posoniensi submissae habentur restantes vero annorum nimirum 1769ni 1770mi 1772di et 1773ii quemadmodum recentius per nos revisae ob molem sui adhucdum sub purisatione constituerentur, ita mox ubi finaliter ad rationem nostri pariatae fuerint, tales quoque in ipso originali praefatae Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae pro jurata obligatione nostra in continenti expedire nulli intermittemus.

Penes quorum etiam humillimam de genu relationem nos vitasque nostras in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perenni fide et fidelitate emorimur. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 11a mensis februarii anno domini 1775to celebrato. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale consilium regium
Domini domini gratiosissimi colendissimi!

Clementissimo Suae Majestatis sacratissimae de 7a mensis januarii anni labentis emmanato mandato restauratorio ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae de 24ta praescripti mensis expedito restaurationis intimatorio decreto per nos in humillima subjectione perceptis qualisnam juxta observatam clementissimam medio istius excelsae Camerae benigne submissam idaeam pro die 3ia mensis et anni labentium pro bono et veteriori incremento pecculii hujus regii inter nos successerit magistratualis restauratio, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem assumpti habeantur, ex advoluto diario et annexo duplicis ordinis personarum magistratualium quam et neoassumptorum civium uberius gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Quod porro attinet remanentiam cassae domesticae ac etiam statum activum et passivum civitatis quia ordinarii civitatis proventus potissimum in straturam civitatis errogati haberentur ex eo remanentia cassae est nulla.

Activa vero civitatis debita efficiunt florenos 10370 cruciferos 15 1/3, passiva vero constituunt florenos 1273 qua etiam incassatis restantiis adhucdum sub processibus existentibus iisdem finitis expungere satagemus. Rationes autem de cassa domestica annorum 1769ni 1770mi 1772di et

1773ii quemadmodum jam revisae sub purisatione ad rationem nostri constituerentur, ita proximas purisandas in ipso originali excelsae Camerae pro jurata obligatione nostra submittere non intermittemus.

Penes quorum etiam relationem gratiis et protectioni excelsae hujus Camerae humillime commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 11a mensis februarii anno domini 1775to celebrato excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Lectum, prislicatum et improthocollatum per
Josephum Spissich, juratum civitatis notarium

1776.

Series magistratualis restaurationis
pro anno millesimo septingentesimo septuagesimo sexto.

Anno domini 1776to die 3ia mensis februarii ipso videlicet festo divi Blasii episcopi et martyris termino nempe solitae magistratualis restaurationis Zagrabiae in domo praetorea senatorea comitatui nominis ejusdem ingremiata per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex senatu interiori praesentibus dominis Ladislao Labass judice, Georgio Skalija, Josepho Hohnemer, Michaele Brezovachki, Joanne Skerlecz, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale capitaneo, Joanne Gorrup, Adamo Sztruchich, Petro Appoka et Nicolao Babochay juratis senatoribus, domino autem Ignatio Perggroffer intermedio tempore fatis functo; ex ellecta vero communitate Josepho Ladesich fisco, Stephano Chabrian, Petro Guzanich, Petro Blasekovich, Joanne Cheh, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Georgio Felijak, Antonio Rajtter, Paulo Thausz, Michaele Krajachich, Georgio Gallich, Antonio Hadrovich, Francisco Maczan, Joanne Frankovich, Ignatio Werbega et Francisco Kantily aeque praesentibus, dominis autem Benedicto Arbanasz, Michaele Blasekovich, Donato Lukauszky et Paulo Gorrup absentibus, porro Mathia Spulko et Petro Gerkavecz intermedio tempore aeque demortuis celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26. mensis augustianni 1755. civitati huic submissae regulamque instituendarum magistratualium restaurationum praescribentis normae per magistratum et ellectam communitatem (exceptis quibus supra) hora 8a matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae frequentiori numero progressum fuit, ubi etiam audito solenniter decantato missae sacrificio, invocatoque Spiritus sancti lumine, rursus ad praenotatam domum praetoream redeuntes atque sedes suas secundum senium occupantes, pro observata veteri pecculii hujus regii praxi ex consuetudine praeferenter ante omnia publicationem fassionum intermedio tempore

super fundis et tenutis civilibus emmanatarum et sub majori civitatis sigillo expediendarum praemittendam censebant.

Occasione quarum publicationis sequentes intercesserunt contradictiones et quidem:

1mo fassioni Thomae Domin, incolae Capitularis super horto contradixit concivis civitatis hujus Mathias Czvetkovich.

2do fassioni domini emeriti locumtenentis Joannis Battinich super terra Kozjakovicza dicta contradixit Josephus Gregurich nomine Annae Kozjak nuptae Gregurich.

3io fassioni Dervodelichianae super domo contradixit dominus Franciscus Maczan jure vicinitatis et prioritatis.

4to fassioni Skaliano Vranichianae super concambiatis hortis contradixit dominus Josephus Hohnemer.

5to dominus reverendus Georgius Saloczy praebendarius contradixit super abalienatione et venditione appertinentiarum praebendae Fraterschicza.

6to Deodatus Degoy quoad domum suam hujusque abalienationem scriptam renovavit contradictionem.

7mo domina vidua Svabliana quoad venditionem domus Domjanichianae antea autem suae ob inhaernentes peccunias scripto contradixit fassioni domini judicis nobilium Michaelis Plantich.

8vo dominus Mathias Juraich quoad praejudiciose errectas ad fundum suum per dominum lajdinantium Joannem Battinich fenestras aeque scripto contradixit.

9no admodum reverendus dominus Petrus Bursich parochus Ludinensis et domina Dorothea Glavanovich vidua Almasy scripto contradixerunt emptioni certi horti suo fundo vicini per dominum Georgium Skalija a parocho Mahicsnensi Zorich interventae.

10o admodum reverendus dominus Mathias Sztepanich parochus hujus ecclesiae sancti Marci contradixit scripto quoad abalienationem appertinentiarum beneficii Fraterschicza.

11o dominus Joannes Joszipovich et Gregorius Deszputh tutores Marianae Petrovich, scripto aeque contradixerunt inscriptioni ejusdem dominae Andreae Zareczky marito suo factae.

12o et ultimo dominus Josephus Ladessich fiscus civitatis contradixit in specie fassionibus ceharum pellionum et sutorum in genere autem omnibus juribus fisci praejudiciosis.

Terminata itaque praeinsinuata fassionum publicatione pro tanto exactiori Suae Majestatis sacratissimae dispositionis observantia benignissima per altefatam Suam Majestatem sacratissimam praescripta norma restauratoria clementissimum item mandatum regium restauratorium de 2da mensis januarii anni labentis prout et gratiosum eo in passu excelsae Camerae Hungarico-aulicae de 17a ejusdem emmanatum decretum cum interpretatione ex Latino in Croaticum lecta et publicata sunt.

Praehabita proinde et praemissorum publicatione pro tenore benigne praescriptae normae restauratoriae progressum primum fuit ad replendas vaccantes sedes assessorales; ac ideo

Pro vaccante 1a sede assessorali

Candidabantur domini Josephus Draskoczy, Nicolaus Vukmanich et Joannes Battinich, ex quibus ellectus est dominus Josephus Draskoczy consuetumque subinde deposuit juramentum.

Pro 2da sede assessorali

Candidabantur domini Stephanus Chegetek, Emericus Brezovachky et Joannes Battinich, ex quibus ellectus est dominus Emericus Brezovachky consuetumque officii sui in continenti deposuit juramentum.

Redintegratis itaque modalitate praemissa exterioris senatus vaccantiis; ex eo

Pro vaccante sede senatorali

Candidabantur domini Georgius Felijak, Paulus Thausz et Josephus Draskoczy, ex quibus ellectus est dominus Georgius Felijak consuetumque deposuit senatorale juramentum et in continenti competentem coepit sedem.

Et quia per promotionem praefati domini Georgii Felijak denuo in magistratu exteriori vaccantia emersisset, itaque

Pro 3ia sede assessorali

Candidabantur domini Mathias Koosy, Stephanus Chegetek et Augustinus Pirlingh, ex quibus ellectus est idem Augustinus Pirlingh, consuetumque deposuit juramentum.

Adimpletis proinde modalitate praemissa tam interioris quam et exterioris magistratus vaccantiis ex eo descensum fuit ad serialem utriusque magistratus restaurationem serie subsequa; et quidem

1o Pro officio fisci

Priorio fisco domino Josepho Ladessich idem officium resignante pro eodem candidabantur idem Josephus Ladessich, domini item Franciscus Maczan et Joannes Frankovich, ex quibus idem Josephus Ladessich in officio fisci ultro confirmatus est, consuetumque deposuit juramentum.

2do Pro officio capitanei

Priori fisco domino Josepho Ladessich idem officium resignante pro eodem candidabantur idem dominus Stephanus Szale, domini item Michael Brezovachky et Georgius Skalija, ex quibus ellectus est dominus Michael Brezovachky, consuetumque officii deposuit juramentum.

3io Pro officio consulis

Priori consule domino Georgio Igerchich, idem munus resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Georgius Igerchich, domini item Georgius Skalija et Georgius Felijak, ex quibus idem dominus Georgius Igerchich ultro confirmatus est et solitum munii sui subinde in ecclesia deposuit juramentum; tandem

4to Pro officio judicis

Priori judice domino Ladislao Labas idem officium non tantum resignante, verum etiam ipsam quoque candidationem deprecante, qui de praescripto normali emeritus judex candidationem ingredi deberet, ex eo deprecatione ejusdem non obstante pro judicis officio candidabantur idem dominus Ladislaus Labas, domini item Joannes Baptista Skerlecz et Stephanus Szale, ex quibus ellectus est idem dominus Joannes Skerlecz, quo etiam taliter in judicem ellecto progressum fuit ad ecclesiam sancti Marci ubi dicto solenni hymno Ambrosiano, depositoque per eundem solenni juramento idem inter frequentiorem utriusque magistratus coronam ad propia recessit.

4ta ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Joanne Baptista Skerlecz judice, Georgio Skalija, Josepho Hohnemer, Michaele Brezovachky capitaneo, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Adamo Sztruchich, Ladislao Labas, Petro Appoka, Nicolao Babochay et Georgio Felijak juratis senatoribus,

ex ellecta vero communitate Josepho Ladessich fisco, Stephano Chabrian, Petro Guzanich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Paulo Thausz, Michaele Krajachich, Georgio Gallich, Antonio Hadrovich, Francisco Maczan, Joanne Frankovich, Ignatio Verbega, Francisco Kantily, Emerico Brezovachky et Augustino Pirlingh, aliis vero absentibus continuata est subalternorum officiorum restauratio serie sequenti; ac signanter

1o Pro officio perceptoris

Priori perceptore domino Georgio Felijak, jam heri in senatorem ellecto, pro eodem perceptoratus officio candidabantur domini Antonius Hadrovich, Paulus Thausz et Franciscus Kantily, ex quibus ellectus est idem dominus Antonius Hadrovich, consuetumque munii sui deposuit juramentum.

2do Pro officio decani

Priori decano domino Joanne Frankovich idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Joannes Frankovich, dominus item Stephanus Chabrian et Georgius Santich, ex quibus idem Joannes Frankovich ultro confirmatus est, consuetumque officii sui deposuit juramentum.

3io Pro praefecto xenodochii

Priori praefecto Nicolao Huzjak idem munus resignante, pro eodem candidabantur idem Nicolaus Huzjak, dominus item Michael Krajachich et Georgius Gallich, ex quibus idem Nicolaus Huzjak ultro confirmatus est et quia subalterni praefecti nullam necessitatem magistratus adinvenisset, idem ob accumulatiores in officio labores suique in officio successores salarium dein sunt habituri in florenis 50.

4to Pro primario aedituo s. Marci

Priori aedituo domino Antonio Raitter idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Antonius Raitter, domini item Michael Krajachich et Paulus Thausz, ex quibus ellectus est idem dominus Paulus Thausz.

5to Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae sancti Marci

Priori viceaedituo ejusdem ecclesiae Mathia Spulko fatis functo pro eodem candidabantur domini Franciscus Maczan, Emericus Brezovachky et Georgius Gallich, ex quibus ellectus est idem Georgius Gallich.

6to Pro aedituo Patientis Christi

In aedituatu Patientis Christi et s. Margarethae Petrus Guzanich ultro confirmatus est.

7mo Pro aedituo capellae s. Xaverii

Candidabantur domini Ignatius Verbega, Antonius Raitter et Augustinus Pirlingh, ex quibus idem Augustinus Pirlingh ellectus est.

8vo Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

In aedituatu s. Joannis Nepomuceni dominus Antonius Raitter ultro confirmatus est.

9no Pro aedituo sancti Rochi

In aedituatu s. Rochi constitutus est Georgius Gallich.

10o Pro aedituo s. Spiritus

Candidabantur domini Michael Krajachich, Stephanus Chabrian et Georgius Santich, ex quibus ellectus est idem Georgius Santich.

Qui omnes aeditui una cum xenodochii praefecto consueto obstricti sunt juramento.

Pro fori inspectoribus

Candidabantur domini Franciscus Maczan, Emericus Brezovachky et Georgius Santich, ex quibus ellecti et constituti sunt iidem Franciscus Maczan et Georgius Santich.

Inspectores caminorum

Inspectores caminorum et quidem intra moenia constituti sunt domini Franciscus Kantily et Josephus Draskocky, extra moenia domini Emericus Brezovachky et Augustinus Pirlingh, super visita caminorum singulis 4 temporibus magistratui scriptam relationem facturi.

7a ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea, prasentibus dominis Joanne Skerlecz judice, Georgio Skalija, Michaele Brezovachky capitaneo, Georgio Igerchich consule, Joanne Gorrup, Adamo Sztruchich, Nicolao Babochay et Georgio Felijak juratis senatoribus ex ellecta vero communitate Josepho Ladessich fisco, Petro Guzanich, Stephano Chabrian, Michaele Krajachich, Paulo Thausz, Antonio Hadrovich, Georgio Gallich, Francisco Maczan, Francisco Kantily et Augustino Pirlingh agebantur sequentia; et quidem

1o Vincentius Zerer quarteriorum magister ultro confirmatus est.

2do Prudens et circumspectus Michael Domjankovich civis et professione sua sartor erga salarium florenorum 38 in sacristam ecclesiae s. Marci constitutus est.

3io Campanatores omnium ecclesiarum ultro confirmati et adjurati sunt et quia campanator capellae Patientis Christi virum etiam pro sacrificiis missae annuatim subministrare obligeratur eidem hoc titulo adjecti sunt floreni 5 adeoque imposterum salarium trahet in florenis 30.

4to Prudens et circumspectus Mathias Kossutich civis et professione sua sartor erga propositionem domini judicis in castellanum constitutus est.

Demum dominus iudex omnes et singulos obnoxios de talibus otiis praesentandis serio commonuit ac taliter totali restaurationi in sancta pace finis impositus est.

Schema seu status personalis
et salarialis utriusque magistratus; et quidem
dominorum senatorum

Joannes Baptista Skerlecz, nobilis Croata, litteratus, actualis judex, qua talis cum salario florenorum 60.

Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, litteratus.

Josephus Hohnemer, nobilis Croata, fori utriusque advocatus.

Michael Brezovachky, Insulanus, litteratus, actualis civitatis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

Georgius Igerchich, Croata sciens semet commode subscribere, actualis consul, qua talis cum salario florenorum 40.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus, inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium.

Joannes Gorrup, Croata, illiteratus.

Adamus Michael Sztruchich, nobilis Croata et emeritus vigiliarum magister, litteratus.

Ladislaus Labas, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis cassae perceptor.

Petrus Appoka, nobilis Hungarus, fori utriusque advocatus et suae excellentiae domini comitis excelsae Camerae praesidis fiscalis.

Nicolaus Babochay, nobilis Croata et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium.

Georgius Felijak, Croata, fori utrisque advocatus et viduae Antonio Jankovichianae fiscalis.

Quorum singulus ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor, actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex et actualis civitatis fiscus cum salario florenorum 50.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus et Episcopatus Zagrabiensis provisor.

Petrus Guzanich, Croata, illiteratus, professione sua sartor et capellarum Patientis Christi et s. Margarethae aedituus cum salario florenorum 30.

Joannes Cheh, Croata, litteratus et capitalis officii Tricesimae regiae Zagrabiensis exactor.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius fiscalis.

Nicolaus Huzjak, Croata, commode se sciens subscribere, professione nodifex et xenodochii praefectus cum salario florenorum 50.

Georgius Santich, Croata, modice Croatice litteratus, professione nodifex et actualis capellae s. Spiritus aedituus cum salario florenorum 6.

Benedictus Arbanasz, inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

Donatus Lukauszky, nobilis Croata, fori utriusque advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor prout et venerabilis Capituli Zagrabiensis procurator fiscalis.

Antonius Raitter, Styrus, mercator, actualis postae magister et capellae s. Joannis Nepomuceni aedituus.

Paulus Thausz, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et actualis parochialis ecclesiae s. Marci aedituus cum salario florenorum 30.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus notarius et suae excellentiae domini comitis Christophori Erdödy procurator fiscalis.

Michael Krajachich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium.

Georgius Gallich, nobilis Croata, sciens semet subscribere, professione sua cothurnarius, actualis ecclessiae s. Marci viceaedituus cum salario florenorum 15 et capellae s. Rochi, cum forenorum 2.

Antonius Hadrovich, nobilis Croata, fori utriusque advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis vicenotarius et actualis civitatis cassae perceptor cum salario florenorum 150.

Paulus Gorrup, Croata, Zagrabiensis, juris patrii auditor.

Franciscus Maczan, Croata, actualis civitatis cancellista cum salario florenorum 50 et fori inspector cum florenorum 12.

Joannes Frankovich, nobilis Croata, litteratus et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50.

Ignatius Verbega, Carniolus, Regni physicus.

Franciscus Kantily, Croata, litteratus, actualis civitatis camerarius cum salario florenorum 75 et caminorum inspector cum floreni 1, cruciferorum 15.

Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, fori utrisque advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100 prout et caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

Emericus Brezovachky, Croata, Zagrabiensis, litteratus et actualis Tabulae Regni judiciariae cancellista, atque caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Augustinus Pirlingh, mercator, Bavarus, aedituus capellae sancti Xaverii et caminorum inspector cum salario floreni unius cruciferorum quindecim.

Relatio ad Suam Majestatem sacratissimam

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas, Domina domina clementissima benignissima.

Postquam clementissimum Majestatis Vestrae sacratissimae de 2da mensis januarii anni labentis emmanatum mandatum nobis annualem magistratualem restaurationem in consueto privilegiali termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3iam mensis februarii incidente, hac etiam vice sine interventu commissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii peragendam indulgens homagiali subjectione percepissemus, idcirco in effectum benignae ejusmodi Majestatis Vestrae sacratissimae concessionis regiae in praeattacto privilegiali restaurationis nostrae termino pro anno quoque delabente, qualisnam inter nos usque

ad ratificationem Majestatis Vestrae sacratissimae magistratualis intercesserit restauratio, qui item et cum quali taxa, cujusve conditionis et originis ad concivilitatem assumpti habeantur, ex humillime advolutis diario et duplici schemate status videlicet personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro concernit domesticas rationes nostras, ex talibus pro annis 1769. 770. 771. 772. et 773. Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae Posoniensi ultimo submissae habentur, nec restant adhuc submittendae nisi annorum 1774. et 1775, quarum priores sunt sub actione fiscali, posteriores autem nondum sunt praesentatae nobis, quas etiam ubi praestitae fuerint, jurata obligatione nostra in continenti expedire nulli intermittemus.

Penes quorum etiam humillimam de genu relationem nos, vitasque nostras in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perenni fide et fidelitate emorimur. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 29a mensis martii 1776to celebrato. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. iudex, magistratus et communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale Consilium regium, Domini domini gratiosissimi colendissimi!

Clementissimo Suae Majestatis sacratissimae de 2da mensis januarii anni labentis emmanato mandato restauratorio, ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae de 17a praescripti mensis expedito restaurationis intimatorio decreto per nos in humilima subiectione perceptis, qualisnam juxta observatam clementissimam medio istius excelsae Camerae benigne submissam idaeam pro die 3ia mensis februarii anni labentis in termino privilegialis restaurationis nostrae inter nos successerit magistratualis restauratio, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem assumpti habeantur, ex advoluto diario et duplicis ordinis schemate tam videlicet utriusque ordinis personarum magistratualium, quam et neoassumptorum civium uberius gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Quantum porro attinet remanentiam cassae, quoniam rationes anni 1774. ad huc sub processu fiscali essent, anni autem recentius evoluti 1775. camerarius in actuali talium compilatione constitueretur, ubi hae utriusque ordinis rationes revisae fuerint, questionata remanentia cassae suapte evolvetur.

Denique quantum concernit activa debita nostra, haec constituunt florenos 10370. cruciferos 15 1/3; pasiva autem ob contractum in exolutionem dominae comitissae a Sermaghe novum onus efficiunt florenos 1673, quae etiam incassatis restantiis expungere inomissae satagemus. Ac in reliquo gratiis, et protectioni excelsae hujus Camerae, humillime commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex consessu magistratuali die 29. martii 1776to celebrato. Excelsae Camerae servi humillimi N. N. judex, magistratus et ellecta communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Lectum et improthocolatum per Iosephum
Spissich de Jappra juratum civitatis notarium

1777.

Series magistratualis restaurationis
pro anno domini millesimo septingentesimo septuagesimo septimo.

Anno domini 1777o die vero 3ia mensis feburarii termino videlicet privilegiali celebrandae restaurationis magistratualis Zagrabiae in domo praetorea senatorea, omnino intra muros et moenia praefatae civitatis et comitatu nominis ejusdem existente, per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos et quidem, ex senatu interiori praesentibus dominis Joanne Baptista Skerlecz judice, Georgio Skalija, Josepho Hochnemer, Michaele Brezovachky capitaneo, Georgio Igerchich consule, Stephano Szalle, Joanne Gorup, Adamo Michaele Sztruchich, Ladislao Labass etGeorgio Felijak, Petro autem Appoka per dominum magnificum regium cameralem repraesentantem Sigismundum Komaromi praevie pro resignante declarato, et eodem subinde ante ipsum restaurationis actum ad domum praetoream et publicum consessum personaliter comparente, seque ita declarante, quod idem quidem pure ex eo: ne altioribus dispositionibus refractarius esse videatur, a sua senatorali sede recedat verum sibi eatenus viam instantiae reservet, Nicolao Cheh aliter Babochay absente, ex electa vero communitate Josepho Ladessich tribuno plebis, Stephano Chabrian, Joanne Cheh, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Georgio Gallich, Paulo Gorup, Francisco Kantily, Ignatio Verbega, Francisco Maczan, Emerico Brezovachky, Michaele Krajachich, Joanne Frankovich, Antonio Reitter, Michaele Blasekovich, Augustino Pirlingh, Donato Lukavszky aeque praesentibus, dominis autem Benedicto Arbanasz, Petro Blasekovich et Paulo Thauszy infirmis existentibus, Antonio Hadrovich ob ordinarii notarii officium, quod in inclyto Comitatu Crisiensi actu gerit absente, porro Petro Guzanich intermedio tempore fati legem adimplente, celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam de dato 26ae mensis augusti 1755i civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae, per magistratum et ellectam communitatem (exceptis supranominatis), hora 8a matutina ad ecclesiam parochialem divo Marco Evangelistae sacram, ex domo praetorea progressum est, ibidemque audito solenniter decantato missae sacrificio, invocatoque divino numine, rursus ad praefatam domum ordine convenienti regredientes, occupatis iuxta senii ordinem sedibus, pro observata veteri peculii hujus regii consuetudine, praeferenter et ante omnia ad publicationem fassionum tam a tempore ultimo habitae restaurationis super fundis et tenutis civilibus interea emanatarum, quam et de praesenti sub majori civitatis sigillo expediendarum deventum est.

Qua occasione sequentes intervenerunt contradictiones; et quidem

1o fassioni super vinea Verhovecz per dominam viduam Benedicti olim Krajachich domino Christophoro Bornemisza celebratae contradixit dominus Josephus Hochnemer.

2o fassioni Andreae Spissich pro domino capitaneo Benkovich super certo fundo emanatae contradixit Mathias Fanijek.

3o fassioni Kletussiani subditi contradixit dominus Nicolaus Sostarich.

4o fassioni domini Tisztapattaky contradixit nomine matris suae Georgius Sztojanich.

5to fassioni Martinichianae pro reverendo domino Josepho Skerlecz celebratae fiscus specialiter contradixit.

6to fassioni Dobrilovichianae pro domino Nicolao Jellachich contradixit Nicolaus Huzjak.

7o fassioni pro domino assessore Bornemisza, quoad tenuta Szmerek contradixit dominus Michael Krajachich.

8vo dominus Josephus Spissich nomine suae genitricis contradixit domino Petro Blasekovich propter occupatum stillicidium.

9no dominus Donatus Lukavszky nomine domini Mathiae Juraich propter praejudiciose per dominum locumtenentem Batinich erectas versus allodium Juraichianum fenestras contradictionem renovavit.

10o domina vidua Almassy et dominus Ludinensis parochus Petrus Burssich fassioni Zorichianae pro domino Georgio Skalija emanata scripto contradixerunt.

11o dominus Deodatus Degvoy intuitu certae particulae fundi per defunctum olim Spulko avulsae aeque scripto contradixit.

12o dominus Joannes Joszipovich et Gregorius Deszputh, quoad contractum sponsalisticum intra Margaretham natam Petrovich et Andream Zareczky celebratum suas contradictiones aeque scripto renovarunt.

Tandem nobilis dominus Josephus Ladessich qua tribunus plebis universis tam antea quam de praesenti nefors in suum praejudicium emanatis fassionibus solenniter contradixit et quasvis priorum annorum contradictiones renovavit.

Hac demum fassionum publicatione peracta, quo tanto exactius benignis dispositionibus regiis et gratiosis excelsae Camerae ordinationibus satis fiat: per summefatam Suam Majestatem sacratissimam clementissime praescripta restaurationis norma, benignum item ejusdem sacratissimae Majestatis Viennae Austriae sub 30a decembris recenter evoluti 1776i emanatum restauratorium mandatum regium, ita et gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae in hoc passu de dato Posonii die 10a mensis ianuarii anni currentis emanatum decretum cum solita ex Latino in Croaticum interpraetatione lecta et publicata sunt.

Porro horum quoque praemissa publicatione, pro tenore benignae praescriptae restauratoriae normae ad replendam per mortem suprafati Petri olim Guzanich vacantem sedem assessoralem progressum fuit.

Pro qua candidabantur domini Carolus Fröschl, Deodatus Degvoy et Franciscus Valery, ex quibus electus est idem Franciscus Valery, qui etiam consuetum in continenti deposuit juramentum.

Itaque hac modalitae redintegrato exteriori magistratu ad replendam senatoralem sedem, quae per prafeati domini Petri Appoka praemisso modo factam officii resignationem aeque vacabat, facto digressu, pro eadem candidabantur domini Josephus Spisich, Josephus Draskoczy et Franciscus Valery, ex quibus electus est dominus Josephus Spissich, qui consuetum officii deposuit juramentum et suae dignitatis sedem in instanti cepit.

Et quia per ejus promotionem in exteriori magistratu nova vacantia emersisset, ad hanc replendam

candidabantur domini Carolus Fröschl, Deodatus Degvoy et Nicolaus Sostarich, e quorum numero potioritate votorum electus est dominus Carolus Fröschl consuetumque eatenus deposuit juramentum.

Praemissa hac modalitate utriusque ordinis magistratu redintegrato, inchoata fuit utriusque magistratus serialis restauratio hoc ordine; et quidem

Pro officio fisci

Priore fisco domino, quippe Josepho Ladessich suum officium consueto modo resignante, pro eodem officio praeter eundem Josephum Ladessich candidabantur domini Paulus Gorup et Emericus Brezovachky, ex quibus in officio confirmatus est dominus Josephus Ladessich, consuetum officii sui deponens juramentum; dein

Pro officio capitanei

Priori capitaneo domino Michaele Brezovachky suum officium aeque resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Michael Brezovachky, domini Josephus Spissich et Michael Sztruchich, ex quibus confirmatus est idem dominus Brezovachky et officii sui consuetum deposuit juramentum.

Pro officio consulis

Priore consule domino Georgio Igerchich officio suo valedicente, pro eodem candidabantur idem dominus Igerchich, domini Georgius Skalija et Joannes Gorup, e quibus potioritate votorum idem dominus Georgius Igerchich ultro confirmatus est qui solitum officii sui subinde in ecclesia s. Marci deposuit juramentum; tandem

Pro officio judicis

Priori judice domino Joanne Baptista Skerlecz idem officium resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Skerlecz, domini Josephus Spissich et Georgius Felijak, e quorum numero praefatus dominus Joannes Skerlecz electus et confirmatus est, atque sub pulsu majoris campanae ad ecclesiam parochialem in corona dominorum utriusque ordinis magistratualium deductus ibidemque ante majorem aram decantato hymno Ambrosiano solenne deposuit juramentum et abinde intra dominorum senatorum et electae communitatis frequentiorem comitivam ad propria recessit.

Quarta ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Joanne Baptista Skerlecz judice, Georgio Skalija, Josepho Hochnemer, Michaele Brezovachky capitaneo, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Joanne Gorup, Ladislao Labass, Michaele Sztruchich, Georgio Felijak et Josepho Spissich, (domino Nicolao Babochay uti hesterna die absente) juratis senatoribus

Ex electa vero communitate Josepho Ladessich fisco, Joanne Cheh, Michaele Blasekovich, Josepho Draskoczy, Michaele Krajachich, Georgio Gallich, Antonio Reitter, Paulo Gorup, Francisco Maczan, Francisco Kantily, Joanne Frankovich, Emerico Brezovachky, Augustino Pirlingh, Francisco Valery et Carolo Fröschl, aliis vero absentibus, continuata est exterioris magistratus restauratio serie sequenti; et quidem

1mo domino senatore Josepho Spissich ad notarialem sedem cui hesterno die per senatoralis officii promptam assumptionem valedixerat, denuo redeunte, seque ita palam declarante, quod idem sub ea praesidentia senatoralem sedem occupaverit, ut penes senatorale notarii quoque officium junctim retinere possit, atque adeo huic suae declarationi firmiter inhaerente, neque notarialem sedem alicui cedere volente descensum fuit hoc in merito ad hanc dirimendam questionem: an notariatus officium penes eundem qua jam senatorem ultro manere possit: cujus modi questione per interiorem et exteriorem senatum diutius agitata, communibus votis coalitum fuit: quod praemissum notariale officium, vel eo minus penes praefatum dominum Spissich permanere possit, quia idem hesterno die absque hac declaratione seu pramissae suae praesidentiae manifestatione senatorale juramentum deposuit sedem suam in continenti cepit, et jam etiam senatorali officio functus est, qui postquam suorum votorum metam attingere non potuit, ad senatoralem sedem regressus est, cum ea declaratione, quod idem velut praetensive numquam notariatus officio valedicens, eatenus viam instantiae sibi reservet.

Atque tunc, antequam ad replendam hanc sedem deventum fuisset circa idem notariale officium sequens publicum statutum praevie conditum est, utpote, siquidem dominus olim liberi et regii hujus peculii notarius Michael Thadaeus Sztruchich mediante gratioso excelsae Hungarico-aulicae Camerae decreto, nequid contra illum in hoc officio restaurandum et amovendum legalium rationum subsit, in hoc officio conservandus disponebatur, hujusque virtute successor suus dominus Josephus Spissich nunc in interiorem magistratum subvectus, praemissam cameralem ordinationem, utcumque in consequentiam trucisset, ne hac in parte peculium hoc regium in pristina sua libertate restringitur tam ex interiore, quam et ex exteriore magistratu potioritate votorum statutum est, ut officium hoc notariale non minus ac reliqua in futurum semper de anno in annum restauretur, quove hoc publico salutare et necessarium statutum plenum effectum sortiatur, idem pro clementissima caesareo regia ratihabitione Suae Majestati sacratissimae humillime substernendum censebatur; quo praemisso

Pro officio notarii

Candidabantur imprimis domini Michael Blasekovich, Josephus Draskoczy et Franciscus Valery, verum quia dominus Michael Blasekovich idem officium publice deprecatus fuisset, seque ex ejus candidatione simpliciter exmitti petiisset, ejus loco candidationem ingressus est dominus Donatus Lukavszky, ex quibus tandem ellectus est Franciscus Valery, qui etiam solenne officii sui deposuit in instanti juramentum.

Pro officio decani

2do priore decano Joanne Frankovich officium suum resignante, pro eodem candidabantur idem dominus Frankovich, domini Georgius Santich et Nicolaus Huzjak, e quibus in officio confirmatus est idem Joannes Frankovich et consuetum munii sui deposuit juramentum.

Pro xenodochii praefecto

3io priore praefecto utpote Nicolaus Huzjak id munus resignante pro eodem candidabantur idem Nicolaus Huzjak, Georgius Santich et

Carolus Fröschl, ex quibus prior Nicolaus Huzjak communi omnium voto confirmatus est.

Pro primario s. Marci aedituo

4to priore aedituo domino Paulo Thausz hoc officium resignante pro eodem candidabantur idem dominus Paulus Thausz, domini Joannes Cheh et Paulus Gorup, ex quibus electus est dominus Paulus Gorup.

Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae

5to prior viceaedituus communi omnium voto in suo munio confirmatus est.

Pro aedituo capellae Patientis Christi

6to pro aedituatu capellae Patientis Christi per mortem Petri olim Guzanich vacante, candidabantur domini Joannes Cheh, Emericus Brezovachky et Michael Krajachich, ex quibus electus est idem dominus Emericus Brezovachky.

Pro aedituo capellae s. Xaverii

7o prior s. Xaverii aedituus Augustinus Pirlingh communibus votis confirmatus est.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

8o aedituus s. Joannis Nepomuceni dominus Antonius Reitter aeque communiter confirmatus est.

Pro aedituo capellae S. Spiritus

9o pro aedituatu s. Spiritus, quem Georgius Santich praevie resignavit, candidationem ingressi sunt idem Georgius Santich, Carolus Fröschl et Michael Krajachich, ex quibus idem officium praefatus Georgius Santich retinuit, qui omnes aeditui, una cum xenodochii praefecto consueto juramento obstricti sunt.

Pro primario fori inspectoratu

10o priore fori inspectore Georgio Santich munio suo valedicente, pro eodem candidabantur idem Georgius Santich, Michael Krajachich et Emericus Brezovachky, e quorum numero prior Georgius Santich confirmatus est.

Pro secundario fori inspectore

11o hoc quoque fori inspectore domino Francisco Maczan munio suo valedicente, pro eodem candidabantur idem dominus Maczan, Michael Krajachich et Emericus Brezovachky, ex quibus prior utpote Franciscus Maczan aeque in officio confirmatus est.

Inspectores caminorum

12o inspectores caminorum et quidem intra moenia constituti sunt domini Emericus Brezovachky et Augustinus Pirling, extra moenia domini Franciscus Valery et Carolus Fröschl, super visita caminorum singulis quatuor temporibus magistratui scriptam relationem facturi.

Quinta ejusdem mensis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Joanne Skerlecz judice, Georgio Skalija, Michaele Brezovachky capitaneo, Josepho Hochnemer, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Joanne Gorup, Adamo Sztruchich, Georgio Felijak et Josepho Spissich juratis senatoribus, ex electa vero communitate Josepho Ladessich fisco, Michaele Blasekovich, Georgio Santich, Nicolao Huzjak, Georgio Gallich, Donato Lukavszky, Joanne Frankovich, Paulo Gorup, Francisco Maczan et Augustino Pirlingh pertractabantur sequentia.

1o Vincentius Zerer quarteriorum magister in servitio ultro confirmatus est.

2o campanatores tam s. Marci, quam et reliquarum gremialium ecclesiarum aeque confirmati et adjurati sunt.

3o prudens et circumspectus Mathias Kossutich civis et professione sartor ob servitii sui exactitudinem in castellanatu pariter confirmatus est.

Tandem vero et ultimo dominus judex omnes et singulos rationibus obnoxios de iis quantocius reddendis publice commonuit, atque sic toti magistratuali restaurationi finis in pace et quiete positus est.

Schema seu status personalis et salarialis
utriusque magistratus et quidem
dominorum senatorum.

Joannes Baptista Skerlecz, nobilis Croata, bene litteratus, actualis judex qua talis cum salario florenorum 60.

Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, litteratus.

Josephus Hochnemer, nobilis Croata, fori utriusque advocatus et emeritus loci postae magister.

Michael Brezovachky, Insulanus, litteratus, actualis civitatis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

Georgius Igerchich, Croata, sciens semet commode subscribere, actualis consul, qua talis cum salario florenorum 40.

Stephanus Szale, nobilis Hungarus, inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium.

Joannes Gorup, Croata, illiteratus.

Adamus Michael Sztruchich, nobilis Croata, litteratus et emeritus vigiliarum magister.

Ladislaus Labass, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis cassae perceptor.

Nicolaus Babochay, nobilis Croata, et inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium.

Georgius Felijak, Croata, fori utriusque advocatus et dominae viduae Antonio Jankovichianae fiscalis.

Josephus Spissich de Jappra, nobilis Croata, fori utriusque advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et emeritus civitatis hujus notarius.

Quorum singulus ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Sequitur series communitatis seu assessorum

Franciscus Valery, Hungarus, fori utriusque advocatus et actualis civitatis hujus notarius, Germanicarum correspondentiarum capax, cum salario florenorum 150 et caminorum inspector cum salario floreni 1, crucciferorum 15.

Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex, et actualis civitatis fiscus cum salario florenorum 50.

Stephanus Chabrian, Croata, litteratus et episcopalis in arce Zagrabiensi provisor.

Joannes Cheh, Croata, litteratus et caesareo regii Zagrabiensis officii tricesimator.

Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius fiscalis.

Nicolaus Huzjak, Croata, commode subscriptionis gnarus, professione sua nodifex et xenodochii praefectus cum salario florenorum 50.

Georgius Santich, Croata, Croaticae literaturae gnarus, professione sua nodifex et actualis capellae s. Spiritus aedituus cum florenorum 6 et fori inspector cum florenorum 12 salario.

Benedictus Arbanasz, inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

Donatus Lukavszky, nobilis Croata, fori utriusque advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor nec non venerabilis Capituli Zagrabiensis procurator fiscalis.

Antonius Reitter, Styrus, mercator, caesareo regii postalis officii loci magister et capellae s. Joannis Nepomuceni aedituus.

Paulus Thausz, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius judex nobilium.

Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus notarius et suae excellentiae domini comitis Christophori Erdödy procurator fiscalis.

Michael Krajachich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione sua cothurnarius, actualis ecclesiae s. Marci viceaedituus, cum salario florenorum 15 et capellae s. Rochi cum florenis 2.

Antonius Hadrovich, nobilis Croata, fori utriusque advocatus et inclyti Comitatus Crisiensis ordinarius notarius.

Paulus Gorup, Croata, fori utriusque advocatus et ecclesiae s. Marci primarius aedituus cum salario florenorum 30.

Franciscus Maczan, primarius civitatis cancellista cum florenorum 50, camerarius cum 45 florenorum, nec non fori inspector cum 12 florenorum salario.

Joannes Frankovich, nobilis Croata, litteratus et actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50.

Ignatus Verbega, Carniolus, Regni physicus.

Franciscus Kantily, Croata, litteratus, actualis civitatis cassae perceptor cum salario florenorum 150.

Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, fori utriusque advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100.

Emericus Brezovachky, Croata, Zagrabiensis et actualis Tabulae Regni judiciarie cancellista, capelae Patientis Domini aedituus cum 30 florenorum et caminorum inspector cum floreni 1 et cruciferorum 15 salario.

Augustinus Pirling, mercator, Bavarus, capellae s. Francisci Xaverii aedituus et aeque caminorum inspector cum pari ut praecedens, salario.

Carolus Fröschl, Austriacus, pharmacopaeus, Latinae et Germanicae litteraturae gnarus, similiter caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima Caesareo regia et apostolica Majestas
Domina domina clementissima benignissima!

Clementissimo Majestatis Vestrae sacratissimae de 20a mensis decembris anni proxime evoluti 1776. emanato mandato, cujus tenore nobis benigne indulgetur: ut annualem magistratualem restaurationem in consueto privilegiali termino, festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3iam mensis februarii incidente, hac etima vice sine interventu comissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii peragere et terminare possimus, in homagiali devotione accepto, qualisnam in effectum ejusmodi benignae Majestatis Vestrae sacratissimae resolutionis regiae in praeattacto privilegiali restaurationis nostrae termino, pro anno delabente, inter nos usque ulteriorem Majestatis Vestrae sacratissimae ratificationem intercesserit restauratio, qui item, et cum quali taxa cujusve conditionis in concivilitatem recepti sint, ex humillime advolutis diario et duplici schemate status videlicet personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro attinet domesticas rationes nostras, tales pro anno 1774o Nicolai Cheh aliter Babochay et pro anno 1775o Georgii Gallich, nec non pro anno 1776o Francisci Kantily, civitatis hujus camerariorum proximo cursore Hungarico-aulicae Majestatis Vestrae sacratissimae Camerae Posoniensi submittemus; caeterum

Majestas Vestra sacratissima! Quandoquidem nos privativa nostra industria mediante hoc anno civitatis hujus cassam ab omni passivorum debitorum, quibus hactenus premebatur, onere liberassemus, in eo gratiam et clementiam Majestatis Vestrae sacratissimae de genu humillime implorare praesumimus: quatenus publicos labores nostros, quibus de die in diem adeo obruimur, ut nec vitae alimenta aliunde nobis procurare possimus, parte ab una, parte autem ab altera annuorum nostrorum salariorum exilitatem clementer perpendendo, nos cum ea salariorum auctione benigne consolari dignaretur, ut adminus quotidiana vitae alimenta ex publico consequi valeamus.

Si etenim annui nostri salarii 60 florenos in singulos anni dies repartimur, evenit, quemvis nostrum non nisi 10 cruciferorum dietim mereri. Jam autem, praescindendo ab amictu, in quo a communibus civibus distingui debemus in tanta rerum caristia, quae cum plurium dicasteriorum, occasione fatalis Varasdinensis incendii huc translatione, in hac civitate longe magis ac antea accrevit, impossible est nobis cum 10 cruciferis dietim vivere.

Huc accedit: quod ab assumendis privatis officiis arceamur, praeterea in processibus judiciariarum per benignum Majestatis Vestrae sacratissimae taxarum schema sub dato 1ae aprilis 1775o emanatum sublatae sunt.

Dum proinde eatenus coram augustissimo Majestatis Vestrae sacratissime gratiarum throno demissas preces nostras flexo poplite denuo

fundimus, una nos et vitam nostram in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perenni fide et fidelitate emorimur. Datum Zagrabiae ex sessione magistratuali die 23a aprilis 1777o celebrata. Majestratis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. substitutus judex et magistratus liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale Consilium regium Hungarico-aulicum
Domini domini gratiossimi coledissimi!

Benignissimo Suae Majestatis sacratissimae de dato 30o decembris, anni proxime evoluti 1776. emanato mandato restauratorio ita et gratioso ejusdem excelsae Camerae de 10a januarii anni modo delabentis 1777. expedito intimatorio decreto per nos in humillima subjectione perceptis, qualisnam juxta observatam medio ejusdem excelsae Camerae nobis benigne submissam ideam pro die 3ia evoluti mensis februarii inter nos sucesserit magistratualis restauratio, qui item et cum quali taxa in concivilitatem recepti habeantur, ex diario et annexo duplicis ordinis status personalis schemate gratiose informari dignabitur eadem excelsa Camera!

Quam etiam taliter peractam et in praeadnexis schemate et diario uberius circumscriptam restaurationem nostram, ut eadem excelsa Camera gratiose acceptare et per Suam Majestatem sacratissimam clementer approbandam alto suo patrocinio secundare dignetur, in omni humilitate demisse instamus.

Quantum autem statum activorum civitatis hujus debitorum concernit is in summa 10370 florenorum, 15 1/3 cruciferorum consistit, passiva vero debita privativa nostra industria mediante sub moderna comissione de plano et simplici expuncta sunt, atque adeo de praesenti nulla existunt.

Caeterum, quia civitatis hujus cassae nullo amplius ut praemissum habetur, passivo onere premeretur, validissimum excelsae Camerae patrocinium in eo demisse interpellare praesumimus quatenus habita prae oculis quotidie magis et magis accumulari solitorum publicorum laborum multitudine et perpensa annuorum nostrorum salariorum exilitate, apud Suam Majestatem sacratissimam circa salariorum nostrorum auctionem gratiosissimas vices suas interponere dignaretur, ut, siquidem adeo publice servitio in dies alligati essemus, ut nec media vitae aliunde nobis procurare possimus, adminus quotidiana vitae alimenta ex publico consequi valeamus.

Etenim si annui nostri salarii 60 florenos in singulos anni dies repartimur, evenit, quemvis nostrum non nisi 16 cruciferorum dietim mereri. Jam autem praescindendo ab amictu, in quo a communibus civibus distingui debemus in tanta rerum caristia, quae cum plurium dicasteriorum occasione fatalis Varasdinensis incendii huc translatione, in hac civitate longe magis ac antea accrevit, impossibile est nobis cum 10 cruciferis dietim vivere. Huc accedit quod ab assumendis privatis officiis arceamur, praeterea in processibus judiciariae per benignum taxarum schema sub dato 1ae aprilis 1775o emanatum sublatae sunt.

Quare gratiosissimam consolationem ab excelsa Camera praestolantes gratiis et validissimae protectioni humillime commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex sessione magistratuali die 23a aprilis 1777 celebrata. Excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae servi humillimi N. N. substitutus judex et magistratus liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Lectum et improthocollatum per Franciscum
Valery juratum civitatis notarium m. p.

Tenor

Statuti ad cohibendam civium emigrationem, tollendumque abusum cum jure concivilitatis usurpari solitum, conditi et per Suam Majestatem sacratissimam benigne ratihabiti, via excelsi Consilii in his Regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regii liberae et regiae civitati huic Zagrabiensi sub dato 12ae mensis Julii 1777. transmissi et pro perènni ejusdem regiae civitatis directione huic prothocollo inserti.

Inter caetera commune civitatis bonum tangentia et praecautionem quorumvis praejudiciorum concernentia merita eo peculiarem attentionem subeunte: quod quod quantumvis jus concivilitatis benemeritis a Dominica potestate liberis et ad civilem vitam congruis qualitatibus praeditis personis sub expressa juramentali formula in civitate ab olim ita conferri consueverit, ut cives ipsi primum erga summam terrae principem homagialem devotionem in subditali subjectione omni tempore contestari, dein autem erga peculium regium constanti in commune bonum propendente zelo ferri et in manutentione jurium et privilegiorum civitatis omnem alacritatem et promptitudinem exhibere communi aeque et publica onera proportionate supportare, ac denique magistratui sibi praeposito et ex officio procedenti debitam paritionem et reverentiam praestare teneantur hocque obligamine sub sacramento fidei obstricti et non prius legalium immunitatum et praerogativarum civilium tum in territorio ipsius civitatis, cum et per Regna s. Regni Hungariae coronae subjecta participes fiant; quia interim hactenus observatum fuisset, quod modo praevio assumpti plerique cives post delatum sibi in praemissa forma concivilitatis jus, authenticis super concivilitate testimonialibus extractis, sensim semet ex iurisdictione civili ad contiguum territorium, vel ad remotiores etiam partes disfractis, si quos vel fundos, vel facultates aliquas in civili jurisdictione sibi compararunt, transmigrent et penes prachabitas testimoniales ad remotiora quidem discedentes omnibus immunitatibus civilibus ubilibet gaudeant, ad diversos vero fundos transeuntes praeter immunitatum talium continuum usum, insuper in beneficiorum quoque civilium usurpationem sub praetextu retentae concivilitatis serpant et plane involutioni jurium civilium studeant, quin sive hi sive illi ad exigentiam juramenti civilis aut jura civitatis amplius tueantur, aut communia cum reliquis veris civibus onera supportent aut magistratum pro sua prima instantia agnoscant, hinc ne ceteris juramentalem obligatonem rite semper adimplentibus veris civibus per talis modi degeneres ultro quoque praejudicetur, neve illi civiles immunitates ubilibet sibi applicent et usurpent ac in elusionem ipsarum legum patriarum de gremialibus civibus sonantium, istius modi ex gremiati tendant,

communi statutum est sensu, ut a modo imposterum jus concivilitatis non nisi iis ac talibus qui aut civitati necessarii et utiles esse possunt, aut pro stabili mansione per comparationem fundorum immobilium se-met defigunt et alioquin requisitis qualitatibus praediti sunt conferatur, testimoniales porro super collata sibi concivilitate in forma passualium propter immunitatem teloniorum expediendae non nisi ad anni spatium excendantur. Cives demum illi qui distractis universis fundis et facultatibus suis civibus e civili jurisdictione semet subtrahunt, et ad aliam jurisdictionem transmigrant ipso facto ab omni beneficiorum civilium participatione excludantur, nulloque sub praetextu, per consequens nec erga cujuspiam taxae persolutionem ad eorundem participationem amplius admittantur.

Improthocollatum per Franciscum Valery,
juratum civitatis notarium m. p.

1778.

Acta
Magistratualia in ipso festo divi Blasii episcopi
et martyris in diem 3iam mensis februarii 1778.
incidente interventa

Anno domini 1778. die 3ia mensis februarii ipso videlicet privilegiali restaurationis s. Blasii episcopi et martyris die Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia praefatae civitatis comitatuque nominis ejusdem existente habita ex interiori magistratu dominis Nicolao Babochay aliter Cheh, substituto judice, Joanne Skerlecz, Josepho Hochnemer, Georgio Igerchich consule, Michaele Brezovachky capitaneo, Stephano Szale, Joanne Gorrupp, Adamo Sztruchich, Georgio Felijak, et Josepho Spissich, ex electa vero communitate: Josepho Ladessich fisco, Petro Blasekovich, Georgio Gallich, Francisco Kantily, Joanne Frankovich, Paulo Gorrupp, Francisco Maczan et Emerico Brezovachky praesentibus et insimul constitutis aliis vero absentibus

Praelibatus interior magistratus et electa communitas benignissimae per Suam Majestatem sacratissimam medio excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae in anno 1775. die 25a augusti praescriptae normae in universis liberis et regiis sub sacra Regni Hungariae corona existentibus civitatibus occasione magistratualium restaurationum, observandae bene memores, tenore cujus praescita magistratualis restauratio in benigni mandati restauratorii pro hodierno die adventu suscipienda, secus vero, usque ejusdem adventum in suspenso relinquenda, differendaque benignissime praeciperetur, eadem magistratuali restauratione, ex defectu benigni regii mandati restauratorii, usque superventurum talis modi mandatum in suspenso relicta, majus civitatis hujus sigillum, pro more ab olim observato ex solita conserva deportatum et fassiones tam a die 3a februarii anni prioris 1777. usque hodiernam diem sub minori, quam et hodie sub majori sigillo expeditae, publicatae exstiterunt; qua occasione sequentes intervenerunt contradictiones, utpote:

1o fassioni pro domino Stephano Chegetek intuitu portionum fraternalium eidem per Thomam et Annam Chegetek, fratrem et sororem suam, celebratae contradixit alter ejusdem frater dominus Casparus Chegetek.

2o fassioni pro domino Simone Kustreba super domo olim Zareczkyana emanatae contradixit dominus Josephus Hochnemer.

3o vidua Katkich domum a Simone Paulessich pro se emens ex eo tenori fassionis contradixit, quia ejusdem proles in fassionis serie insertae haberentur, erga cujusmodi insolitam contradictionem dominus pupillorum curator ex parte prolium protestatus est.

4o domini Georgii Skalija nomine, fassioni pro Joanne Paulessich emanatae contradictum est.

5o Georgius Gasparinchich contradixit fassioni pro Michaele Martek subdito domini spectabilis assessoris Christophori Bornemisza super certa terra emanatae.

6o dominus Deodatus Deguoy intuitu certae fundi particulae contra dominum reverendum Adamum Sztepanich, qua domus Spulkoianae actualem possessorem suam renovavit contradictionem.

7o Nicolaus Huzjak, nomine etiam reliquorum Vugerianorum successorum intuitu venditae domus et horti Vugeriani suam renovavit contradictionem.

8o Joannes Asperger contradixit certae fundi venditioni per Mathiam Radochay Simoni Paulessich factae.

9o dominus Michael Krajachich ex parte Stephano Chehianarum prolium fassioni super vinea Verhovecz pro domino Georgio Felijak emanatae contradixit.

10o Josephus Bruntzer ex parte suae modernae conthoralis Elisabethae natae Pergamin, nomine etiam ejusdem sororis Constantiae Pergamin venditioni domus Pergaminianae pro domino Antonio Putz factae contradixit.

11o dominus Mathias Juraich, Venerabilis Capituli Zagrabiensis comes curialis suam contradictionem contra dominum locumtenentem Mathiam Battinich intuitu certae fenestrae ad ejusdem fundum apertae scripto renovavit.

12o domina vidua Almassy nomine etiam domini Petri Burssich parochi Kyss ludinensis intuitu certae horti particulae per dominum Georgium Skalija a domino Zorich Mahichnensi parocho emptae suam prioribus annis interpositam contradictionem scripto renovavit.

13o Mathias Vranich venditioni super certo horto per Venerabile Capitulum Zagrabiense pro Elia Matich factae scripto contradixit.

14o dominus judex nobilium Joannes Joszipovich, qua testamenti Catharinae olim Petrovich executor intuitu certi contractus sponsalistici per Margaretham natam Petrovich pro domino Andrea Zareczky antea sponso, jam vero ejusdem marito celebrati reiteravit scripto suam contradictionem.

15o tandem vero et ultimo tribunus plebis, dominus quippe Josephus Ladessich omnibus et singulis sibi nefors quoquo modo praejudiciosis tam de praesenti, quam et prioribus annis emanatis fassionibus generaliter; specialiter autem

1o fassioni per dominum excellentissimum hujus loci episcopum Josephum Gallyuff pro dominis reverendissimis Josepho Taisperger et Antonio Mandich canonicis Zagrabiensibus super tenutis et domo ad s Xaverium existentibus celebratae contradixit.

2o fassioni per dominam viduam Krajachich pro domino spectabili assessore Christophoro Bornemisza super certa terra arabili emanatae contradixit cui etiam dominus Josephus Hochnemer tam suo, quam et Zapoladtianorum haeredum nomine contradixit.

3o contradixit fassioni per Josephum Kuhar pro Georgio Gallovich emanatae.

4o fassioni per Augustinum Pirling pro reverendissimo domino Josepho Mikinovich super certa vinea emanatae contradixit.

5o Denique idem fiscus fassionibus caehae argentifabrorum et fabrorum serrariorum et ferrariorium super communium hortorum caehalium privatisatione contradixit.

Improthocollatum per Franciscum
Valery juratum civitatis notarium m. p.

1779.

Series magistratualis restaurationis
pro anno 1779.

Anno domini 1779. die 3a mensis februarii ipso festo divi Blasii episcopi et martyris termino quippe solitae magistratualis restaurationis in libera et regia civitate Zagrabiensi, domoque praetorea senatorea, intra muros et moenia ejusdem civitatis et Comitatu nominis ejusdem existente per magistratum et electam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex interiore senatu praesentibus dominis Nicolao Babochay surrogato judice, Georgio Skalija, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Georgio Felijak surrogato capitaneo et Josepho Spissich, Josepho autem Hochnemer et Adamo Sztruchich interea fatis functis, domino vero Ladislao Labas praevie senatorali officio valedicente, demum Joanne Skerlecz et Michaele Brezovachky ex altissima regia ordinatione a praegestis in senatu officiis amotis existentibus, ex electa communitate dominis Josepho Ladessich tribuno plebis, Joanne Cheh, Petro Blasekovich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Benedicto Arbanasz, Donato Lukavszky, Antonio Reitter, Paulo Thausz, Michaele Krajachich, Georgio Gallich, Paulo Gorrup, Francisco Maczan, Joanne Frankovich, Ignatio Verbega, Francisco Kantily, Josepho Draskoczy, Emerico Brezovachky, Augustino Pirling, Francisco Valery et Carolo Fröschl aeque praesentibus, dominis autem Michaele Blasekovich et Antonio Hadrovich absentibus, Stephano Chabrian intermedio tempore fatis concedente celebratae magistratualis restaurationis

Et imprimis quidem pro exigentia benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam de 26a mensis augusti 1775. civitati huic submissae, regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et electam communitatem (exceptis supranominatis) hora 8a matutina ad ecclesiam parochialem ex praescripta domo praetorea servato ordine progressum est et post invocatum sub decantato missae sacrificio divinum numen in ipso ex ecclesia ad domum praetoream reditu, sedibus secundum senii ordinem praevie occupatis, in conformitate veteris hujus regii peculii usu receptae consuetudinis, ad publicationem fassionalium literarum tam a die 3a februarii anni novissime transacti super fundis et tenutis interea sub minori emanatarum, quam et de praesenti sub majori civitatis sigillo expediendarum descensum fuit, qua occasione sequentes intervenerunt contradictiones: et quidem

1o fassioni per dominam viduam Benedicti condam Krajachich super certa terra arabili pro circumspectis Joanne Mikloussich et Josepho Siprak hujus civitatis civibus celebratae contradixit ex fundamento vicinitatis circumspectus Georgius Pirling, nomine etiam fratris sui Augustini Pirling.

Eidem fassioni contradixit dominus pupillorum curator Nicolaus Sostarich ex parte haeredum Czapoladianorum fundamento condivisionalitatis.

2o fassioni per dominam capitaneissam Karmelinszky, natam Szale pro circumspecto Michaele Sussich fabroferrario super certa terra celebratae contradixit circumspectus Nicolaus Huzjak.

3o dominus Donatus Lukavsky super venditione certi Hochnemeriani foenilis per circumspectum Eliam Matich in publica licitatione nuper contradictionem interposuit.

4o Deodatus Degvoy suam anno praeterito intuitu cuiusdam fundi particulae ab ejusdem paterna domo avulsae, interpositam contradictionem renovavit.

5o dominus pupillorum curator Nicolaus Sostarich aeque suam anno superiore interpositam intuitu cujuspiam fassionis per dominam viduam Krajachichianam pro spectabili domino assessore Christophoro Bornemisza celebratae contradictionem renovavit.

6o tandem fiscus civitatis universis sibi praejudiciosis quomodocumque et quandocumque emanatis fassionibus generaliter contradixit, suasque anno superiore interpositas contradictiones hac quoque occasione renovavit.

Hac demum fassionum publicatione peracta, quo tanto exactius benignis regiis dispositionibus et gratiosis excelsae Camerae ordinibus satisficiet, per altefatam Suam Majestatem sacratissimam clementissima praescripta restaurationis norma benignum item eiusdem sacratissimae Majestatis de dato Viennae Austriae die 15a mensis januarii anni nunc deccurente 1779. emanatum restauratorium mandatum regium, ita et gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae sub dato Posonii die 25a ejusdem mensis et anni emanatum decretum cum solita ex Latino in Croaticum idioma continentiarum interpretatione lectum et publicatum est.

His autem ita praemissis:

Juxta praescriptum restaurationem regulantis benignae normae regiae, ad replendas modalitate praemissa vacantes, tam quippe assessoralem, quam et senatorales sedes progressum est.

Pro quarum prima per mortem Stephani olim Chabrian vacante assessorali sede candidabantur per interiorem magistratum domini Emericus Kerchelich, Mathaeus Koosz et Petrus Appoka, ex quibus dominus Mathaeus Koosz electus et mox adjuratus est.

Taliter autem electa communitate jam redintegrata existente, pro prima vacante sentorali sede candidati fuerunt domini Joannes Cheh, Ignatius Verbega et Franciscus Maczan, ex quibus primo loco nominatus dominus Joannes Cheh electus et adjuratus est.

Hoc autem intra praescriptam electam communitatem sedem suam assessoralem relinquente pro hac rursus replenda candidati fuerunt domini Petrus Appoka, Stephanus Chegetek et Emericus Kerchelich, e quibus electus est dominus Petrus Appoka, verum quia hic sui electionem deprecaretur, sedemque occupare absolute recusaret, ideo ejus loco prioribus duobus per novam candidationem adjectus fuit dominus Franciscus Tisztapataky, ex quibus electus et adjuratus est dominus Stephanus Chegetek.

Ac taliter electa communitate iterum redintegrata existente pro 2a senatorali replenda vacantia candidationem ingressi sunt domini Ignatius Verbega, Franciscus Maczan et Carolus Fröschl, ex quibus secundo loco attactus dominus Franciscus Maczan electus et adjuratus est.

Pro hujus autem replenda assessorali sede fuere candidati domini Joannes Joszipovich, Franciscus Tisztapataky et Mathias Kossutich, e quibus electus est dominus Franciscus Tisztapataky, qui etiam in continenti consuetum juramentum deposuit.

Demum electa communitate hac modalitate iterum repleta existente, pro 3ia senatorali sede candidati fuerunt domini Ignatius Verbega, Michael Blasekovich et Carolus Fröschl, ex quibus postremo loco positus dominus Carolus Fröschl electus et adjuratus est.

Pro hujus vero replenda assessorali sede in candidatione propositi fuerunt domini Emericus Kerchelich, Simon Kustreba et Mathias Kossutich, ex quibus electus et adjuratus est dominus Simon Kustreba.

Quia autem per hujus electionem electa communitas denuo repleta haberetur, ideo ad replendam 4am senatoralem sedem progressum est, pro qua candidabantur domini Michael Blasekovich, Michael Krajachich et Ignatius Verbega, ex quibus dominus Verbega electus et adjuratus est.

Dein vero pro hujus replenda in gremio electae communitatis emersa sedis vacantia candidati fuerunt domini Nicolaus Sostarich, Emericus Kerchelich et Mathias Kossutich, ex quibus electus et adjuratus est Mathias Kossutich.

Porro hac modalitate electa communitate iterum restabilita existente, pro ultima senatorali sede candidationem ingressi sunt domini Michael Blasekovich, Michael Krajachich et Antonius Reitter, e quibus dominus Antonius Reitter electus et adjuratus exstitit.

Tandem vero pro hujus replenda in electa communitate sede candidati fuerunt domini Nicolaus Sostarich, Emericus Kerchelich et Deodatus Deguoy, ex quibus primo loco attactus dominus Nicolaus Sostarich electus et adjuratus est.

Hac autem modalitate tam electa communitate quam et interiore senatu jam plene redintegrato existente, inchoata fuit restauratio hoc ordine, et quidem

Pro officio fisci

Priore fisco domino quippe Josepho Ladessich hactenus gestum officium resignante pro eodem in candidatione eidem Josepho Ladessich adjecti sunt domini Paulus Gorrup et Emericus Brezovachky, ex quibus idem Josephus Ladessich in officio confirmatus exstitit.

Pro officio capitanei

Priore capitaneo domino Georgio Felijak hoc officium quod ad praesens surrogato modo gessit, resignante pro eodem candidabantur idem dominus Georgius Felijak, dominus Stephanus Szale et dominus Josephus Spissich, verum dominis Georgio Felijak et Josepho Spissich candidationem simpliciter deprecantibus, horum loco domino Stephano Szale adjecti sunt domini Joannes Cheh et Franciscus Maczan, ex quibus dominus Franciscus Maczan electus est, qui etiam illico sui officii juramentum deposuit.

Pro officio consulis

Priore consule domino quippe Georgio Igerchich officio suo consueto modo valedicente, eidem in candidatione adjecti sunt domini Georgius Skalya et Georgius Felijak, ex quibus dominus Georgius Igerchich in officio porro confirmatus exstitit et solitum sui officii in parochiali s. Marci ecclesia renovavit juramentum; tandem

Pro officio judicis

Priore judice domino quippe Nicolao Babochay praegestum judicatus officium resignante, pro eodem candidati sunt idem dominus Nicolaus Babochay, Georgius Felijak et Josephus Spissich, e quorum numero praefatus domnus Nicolaus Babochay favore omnium votis et calculis electus et in officio confirmatus est atque sub majoris campanae pulsu ad parochialem ecclesiam deductus, ibidemque ante majorem aram decantato Hymno Ambrosiano solenne deposuit adepti officii, tacto sancto Evangelio juramentum et abinde intra dominorum senatorum et electa communitatis frequentiorem comitivam domum recessit. Atque taliter praemissae restaurationis solennitas pro die prima terminata exstitit.

Die 4a ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea ex interiore senatu praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Georgio Skalija, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Georgio Felijak, Josepho Spissich, Joanne Cheh, Francisco Maczan capitaneo, Carolo Fröschl et Antonio Reitter, domino Ignatio Verbega absente, ex electa autem communitate dominis Josepho Ladessich fisco, Petro Blasekovich, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Georgio Gallich, Paulo Gorrup, Donato Lukavszky, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Emerico Brezovachky, Josepho Draskoczy, Augustino Pirling, Francisco Valery notario, Mathaeo Koosz, Stephano Chegetek, Francisco Tisztapataky, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, et Nicolao Sostarich, aeque praesentibus, dominis autem Benedicto Arbanasz, Michaele Blase-

kovich, Paulo Thausz, Michaele Krajachich et Antonio Hadrovich absentibus, continuata fuit magistratualis restauratio ordine sequenti:

Pro officio decani

Priore decano domino Joanne Frankovich ob susceptum camerariatum hoc officio amplius fungi nequeunte idemque resignante, pro eodem candidabantur Georgius Gallich, Mathias Kossutich et Nicolaus Huzjak ex quibus Mathias Kossutich electus et adjuratus exstitit.

Pro officio xenodochii praefecti

Priore praefecto utpote domino Carolo Fröschl ad interiorem senatum hesterna die subvecto existente, pro eodem candidabantur domini Simon Kustreba, Mathaeus Koosz et Paulus Gorrup, ex quibus electus et adjuratus est dominus Mathaeus Koosz.

Pro primario s. Marci aedituo

Priore aedituo domino Francisco Maczan hesterna die ad interiorem senatum promoto existente, pro eodem candidati sunt domini Simon Kustreba, Stephanus Chegetek et Paulus Gorrup, e quibus electus et adjuratus est dominus Paulus Gorrup.

Pro viceaedituo ejusdem ecclesiae

Prior viceaedituus Georgius Gallich communi omnium voto in suo munio confirmatus est.

Pro aedituo s. Spiritus

Dominus Stephanus Chegetek hunc aedituatum erga praemissamm hortationem hoc officium assumsit et solitum munii sui juramentum deposuit.

Pro aedituo capellae s. Joannis Nepomuceni

Dominus Franciscus Kantily aeque erga pramissam sui eatenus cohortationem, hoc officium assumsit et solitum munii sui juramentum deposuit.

Pro primario fori inspectoratu

Priore inspectore Georgio Santich munio suo valedicente, pro eodem candidati fuerunt Nicolaus Huzjak, Georgius Gallich et Joannes Frankovich, ex quibus electus est Nicolaus Huzjak.

Pro secundario fori inspectore

Hujus inspectoratus vacantia per prioris inspectoris domini Francisci Maczan in senatum interiorem subvectionem legitime vacante, pro eodem candidabantur Nicolaus Sostarich, Joannes Frankovich et Georgius Gallich, ex quibus electus est Georgius Gallich.

Inspectores caminorum

Inspectores caminorum et quidem intra moenia constituti sunt dominus Franciscus Tisztapataky et Mathias Kossutich, extra moenia domini Simon Kustreba et Nicolaus Sostarich, super visita caminorum singulis quatuor anni temporibus magistratui consuetam relationem facturi.

Pro quarteriorum magistro

Circumspectus Vincentius Zerer in praesentiam considentis hujus magistratus comparuit et hoc praegestum suum servitium ob exile 15 florenorum salarium resignavit quod siquidem nemo alter e civibus pro eodem salario assumere voluisset, prasentibus autem belli circumstantiis, ubi ferme singulo die novi et novi milites per hanc urbem transeunt, civitas haec aptum et idoneum quarteriorum magistrum pro opportune dislocandis per stativa militibus necessarium haberet, ideo communi omnium voto et opinione antelato quarteriorum magistro amodo imposterum 30 floreni annue resoluti sunt, quos praefatus Zerer inchoative a die la mensis novembris anni praeteriti de anno in annum percipiet atque hac ratione idem Vincentius Zerer hoc servitium ultro assumsit. His autem praemissa modalitate terminatis

Dominus fiscus civitatis Josephus Ladessich amplissimum magistratum et electam communitatem circa restaurandum notariatus officium ad illud civitatis hujus statutum, quod de restaurando ab anno in annum notario, ante duos abhinc annos conditum est, publice reflexit, adurgendo idem notariatus officium instar reliquorum annualium officiorum solitae restaurationi subjici,

dominus autem modernus notarius Franciscus Valery reposuit

1o quod notariale officium, vigore binorum gratiosorum excelsae Camerae decretorum, quorum 1um de dato Posonii die 29a mensis decembris 1760. de benigno jussu regio alterum autem sub die secunda mensis maii 1769., aeque Possonii ad submissam eatenus per amplissimum hunc magistratum et electam comunitatem eotum humillimam repraesentationem emanavit, ob continuam negotiorum manipulationem et necessariam arhivii cognitionem annuali restaurationi non sit subjectum verum fixum et stabile foret;

2o quod illud statutum ad quod fiscus civitatis provocavit, per Suam Majestatem sacratissimam nondum sit ratihabitum. Statuta autem absque positiva Suae Majestatis sacratissimae eorum ratificatione, virtute gratiosi via excelsi in his Regnis Consilii regii sub die 12a mensis octobris 1770i anni ad hanc civitatem de benigno jussu regio emanati et de praesenti per eundem notarium publice relecti intimati, nullius prorsus vigoris essent;

3o quod idem statutum velut contra positiva praememorata excelsae Camerae decreta conditum ipso jure nullum sit;

4o quod nunc notarialis officii restauratio post constitutos caminorum inspectores et quarteriorum magistrum iam serotine, et extra omnem observatae consuetudinis ordinem proposita sit: in horum autem obversum eidem notario per nonnullos repositum fuit, quod idem ante duos abhinc annos sub conditione sustinendae sui restaurationis hoc officium assumserit, quod praeterea Sua Majestas sacratissima in memoratum statutum per benignum silentium clementer consenserit; atque idem notarius rursus reposuit, vi praeallegati gratiosi intimati, non alia statuta quam illa, quae per expressum benignum regium rescriptum Sua Majestas sacratissima clementer confirmat, vigorem habere, praeterea reposuit, sibi non posse probari, quod ille suum officium annuae restaurationi subjici unquam assenserit quocirca ad illius temporis, dum praemissum statutum conditum est, acta restauratoria provocavit. Qui-

bus pro et contra longa verborum serie agitatis dominus judex totam hanc circa notarialis officii restaurationem obmotam quaestionem tam electae communitatis, quam et interioris senatus votis subjecit, et quia media pars votorum in favorem ipsius notarii de non restaurando ejusdem officio, media autem pars contra eundem prodivisset: ideo dominus judex, qui occasione ultime abhinc celebratae magistratualis restaurationis absens fuit, ac ob id requisitam hujus contraversiae notitiam haud haberet, sub ea conditione, si praefatus notarius in annualem sui restaurationem ante duos abhinc annos consensit, ejusdem officium restaurationi subjiciendum efferatus est. Quia porro idem notarius se palam declaravit, quod ille suum officium absolute non resignet et excelsae Camerae decretis ultro inhaereat, idcirco finaliter in eo coalitum fuit, ut excelsae Camerae hic casus humillime repraesentetur et abinde gratiosa resolutio, circa praevia modalitate conditi statuti vigorem, restaurandumque in hujus effectum notariale officium pro ulteriori directione expectetur; demum

Campanatores tam s. Marci, quam et reliquarum gremialium ecclesiarum confirmati et adjurati sunt. Tandem vero et ultimo circumspectus Thomas Siprak, civis et professione sua barbitonsor in servitio castellanatus pariter confirmatus exstitit, atque hac modalitate tota magistratualis restauratio terminata est.

Schema
seu status personalis et salarialis utriusque magistratus et quidem interioris magistratus, seu dominorum senatorum

1o Nicolaus Babochay nobilis Croata, bene literatus, actualis judex, qua talis cum salario florenorum 60.

2o Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, literatus.

3o Georgius Igerchich, Croata, commode subscriptionis gnarus, actualis consul, qua talis cum salario florenorum 40.

4o Stephanus Szale, nobilis Hungarus, inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium.

5o Joannes Gorrup, Croata, illiteratus.

6o Georgius Felijak, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, bonorum domini spectabilis assessoris Joannis Capistrani Adamovich fiscalis.

7o Josephus Spissich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et emeritus civitatis hujus notarius.

8o Joannes Cheh, Croata, literatus et caesareo regii Zagrabiensis officii tricesimator.

9o Franciscus Maczan, Croata, Zagrabiensis literatus et actualis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

10o Carolus Fröschl, Austriacus, pharmacopaeus, Latinae et Germanicae literaturae gnarus.

11o Ignatius Verbega, Carniolus, Regni physicus.

12o Antonio Reitter, Styrus, Germanicae et Croaticae literaturae gnarus, mercator et caesareo regii postalis officii loci magister.

Quorum singulus ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Sequitur series communitatis seu dominorum assessorum

1o Franciscus Valery, Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis hujus notarius cum salario florenorum 150.

2o Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex, actualis civitatis fiscus cum salario florenorum 50.

3o Petrus Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius fiscalis.

4o Nicolaus Huzjak, Croata, commode subscriptionis gnarus, professione sua nodifex, primarius fori inspector cum salario florenorum 12.

5o Georgius Santich, Croata, literaturae Croaticae gnarus, professione sua nodifex.

6o Benedictus Arbanasz, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis substitutus vicecomes.

7o Donatus Lukavszky, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor, nec non Venerabilis capituli Zagrabiensis ordinarius procurator fiscalis.

8o Paulus Thausz, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius judex nobilium.

9o Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius et bonorum Ludovico-Erdödyanorum fiscalis.

10o Michael Krajachich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium.

11o Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione sua cothurnarius, ecclesiae s. Marci viceaedituus cum salario florenorum 15 et capellae s. Rochi pariter aedituus cum salario florenorum 2 et secundarius fori inspector cum florenorum 12.

12o Antonius Hadrovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Crisiensis ordinarius notarius.

13o Paulus Gorrup, Croata, Zagrabiensis, fori utriusque juratus causarum advocatus et primarius ecclesiae s. Marci aedituus cum salario florenorum 30.

14o Joannes Frankovich, nobilis Croata, literatus et actualis cititatis camerarius cum salario florenorum 45.

15o Franciscus Kantily, Croata, literatus, actualis civitatis cassae perceptor cum salario florenorum 150, capellae s. Joannis Nepomuceni aedituus, in dominio Ladislao-Erdödyano Jaszkensi provisor.

16o Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100.

17o Emericus Brezovachky, Croata, Zagrabiensis, et actualis inclytae Tabulae regni judiciariae cancellista, capellae Patientis Domini aedituus cum salario florenorum 30.

18o Augustinus Pirling, Bravarus mercator, capellae s. Francisci Xaverii aedituus.

19o Mathias Koosz, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et ejusdem Comitatus viceperceptor, xenodochii civitatis praefectus cum salario florenorum 50.

20o Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis alter fiscalis, Venerabilis capituli Chasmensis iuratus notarius, nec non Ven. conventus monialium Zagrabiensis fiscalis et capellae s. Spiritu aedituus cum salario florenorum 6.

21o Franciscus Tisztapataky, nobilis Hungarus, fori utriusque causarum advocatus, per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

22o Simon Kustreba, Croata, literatus, bonorum Comito-Ludovico Erdodianorum inspector, per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

23o Mathias Kossutich, Croata, illiteratus, professione sua sartor, actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50, et per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

24o Nicolaus Sostarich, Hungarus literatus, pupillorum piarumque summarum curator cum salario florenorum 150 et per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas!
Domina, domina clementissima benignissima.

Postquam benignum Majestatis Vestrae sacratissimae 15ae mensis januarii anni nunc decurrentis 1779. Viennae emanatum mandatum, cujus tenore nobis clementer indulgetur: ut annualem nostram restaurationem magistratualem in consueto privilegiali nostro termino festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3am mensis februarii incidentem, hac etiam vice, absque ullo interventu regii Majestatis Vestrae sacratissimae commissarii suscipere et peragere valeamus, in homagiali devotione percepissemus, qualisnam in effectum hujus benignae Majestatis Vestrae sacratissimae regiae concessionis, in praeattacto privilegiali restaurationis nostrae termino, pro anno hoc delabente, usque ulteriorem Majestatis Vestrae sacratissimae benignam ratificationem, inter nos intervenerit restauratio, quae item individua, cujus conditionis et cum quali taxa in concivilitatem recepta habeantur, et hicce de genu humillime advoluto diario, duplicis item ordinis schemate, super qualitate individuorum in interiori et exteriori magistratu constitutorum ac in concivilitatem hac occasione receptorum, elaborato, clementissime informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima!

Quod porro attinet domesticas rationes nostras super proventibus hujus peculii annue praestari solitas, tales nos usque annum 1777/8. excelsae Hungarico-aulicae Majestatis Vestrae sacratissimae Camerae sua serie jam effective submisimus, pro anno nihilominus 1777/8. per emeritum camerarium nostrum Franciscum Maczan jam etiam nobis praesentatae sunt, quae de praesenti sub actuali revisione existunt ac quampridum revisae, suoque ordine per nos censuratae fuerint, easdem pariter praelibatae Camerae absque ulla remora submittemus.

Penes quorum humillimam relationem nos vitamque nostram in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes in perenni fide et fidelitate emorimur. Datum Zagrabiae ex consessu nostro sub die 9a mensis martii 1779. celebrato. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles servi et subditi judex et magistratus ac tota civium communitas liberae et regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis.

Relatio ad excelsam Cameram
regiam Hungarico-Aulicam

Excelsum camerale regium Hungarico-aulicum consilium!
Domini domini gratiosissimi!

Benigno Suae Majestatis sacratissimae de dato 15ae mensis januarii anni nunc decurrentis Viennae emanato mandato restauratorio ita et gratioso excelsae Camerae sub 25a ejusdem mensis et anni Posonii expedito decreto per nos in humillima subjectione perceptis, qualisnam juxta observatam medio ejusdem excelsae Camerae nobis benigne submissam ideam, die 3a evoluti mensis februarii pro anno hoc delabente, usque ulteriorem Suae Majestatis sacratissimae benignam ratificationem inter nos intervenerit restauratio, qualia item individua et cum quali taxa hac occasione in concivilitatem recepta habentur, ex hic humillime advoluto diario et duplicis ordinis schemate uberius informari dignabitur eadem excelsa Camera.

Quam etiam taliter peractam, ac in praeadvolutis diario et schemate uberius circumscriptam restaurationem nostram, quatenus excelsa Camera gratiose ratihabere et eam Suae Majestati sacratissimae, pro benigna ejusdem approbatione, clementissimo obtutui substernere dignetur humillime supplicamus.

Quantum porro concernit statum activorum hujus civitatis debitorum, hic in summa 12055 florenorum, 00 cruciferorum effective securisata modalitate consistit, passiva vero debita, ante duos abhinc annos, privativa nostra industria mediante, de plano expuncta sunt, atque adeo de praesenti nullo debitorum onere regium hocce peculium amplius gravatur.

Demum quod rationes domesticas concernit, tales usque 1777/8. annum excelsae Camerae jam dudum sua serie exmissae sunt, pro anno autem praemisso 1777/8. jam etiam per ejus temporis camerarium nobis exhibitae sunt, quae quemadmodum sub actuali revisione existerent, ita, peracta earum revisione et censura, excelsae Camerae absque ulla mora submittentur.

Penes quorum humillimam relationem altis gratiis et gratiosissimo patrocinio demisse commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex consessu nostro magistratuali sub die 9a mensis martii 1779. celebrato. Excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae servi humillimi judex et magistratus ac tota civium communitas liberae et regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis.

Improthocollatum per Franciscum Valery
praefatae civitatis juratum notarium
m. p.

Acta
3ae et 4ae mensis februarii anni millesimi
septingentesimi octuagesimi.

Anno domini 1780. die 3a mensis februarii ipso videlicet privilegiali magistratualis restaurationis die praesentibus ex interiori magistratu dominis Nicolao Babochay judice, Georgio Skalija, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Georgio Felijak, Josepho Spissich, Joanne Cheh, Francisco Maczan capitaneo, Carolo Fröschl et Antonio Reitter juratis senatoribus, domino autem Ignatio Verbega absente, ex electa vero communitate praesentibus dominis Josepho Ladessich fisco, Nicolao Hozjak, Michaele Blasekovich, Petro Blasekovich, Paulo Thausz, Michaele Krajachich, Georgio Santich, Donato Lukavszky, Paulo Gorrup, Joanne Frankovich, Josepho Draskoczy, Georgio Gallich, Augustino Pirling, Stephano Chegetek, Francisco Tisztapataky, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Nicolao Sostarich et Francisco Valery notario, dominis autem Benedicto Arbanasz, Antonio Hadrovich, Francisco Kantily, Emerico Brezovachky et Mathaeo Koosz absentibus juratis assessoribus fuit celebratus magistratualis consessus, in quo

Dominus judex electae communitati exposuit, quod benignum quidem restauratorium mandatum, quo maediante civitati huic benigne admittitur: ut pro hoc anno solitae suae restaurationis actum, sub interventu domini magnifici regii commissarii Sigismundi Komaromy celebrare possit, supervenerit, quia nihilominus ab excelsa Camera, circa interventum domini regii commissarii contrarii ordines supervenissent, idque per expressum in iisdem expositum foret, ut civitas hoc etiam pro hoc anno absque ullo regii commissarii interventu suam magistratualem restaurationem celebrat. Ideo considens eotum magistratus e re judicavit: ut praemissa benigno restauratoria mandata, fine capiendae uberioris informationis cum domino magnifico Sigismundo Komaromy in suis originalibus communicentur, qui eorundem tenoribus perlectis eadem apud se retinuit, quo facto considens magistratus casum hunc excelsae Camerae repraesentavit et eatenus uberiores ordines pro necessaria sui directione sibi elargiri supplicuit. Num ergo usque adventum uberiorum excelsae Camerae ordinum anni hujus magistatualis restauratio suspendi debeat, vel potius praemissa restauratoria mandata a domino magnifico Sigismundo Komaromy sub hoc congressu repetenda sint? Dominus judex tam electae communitatis, quam et interioris magistratus votis substravit, ubi maxima votorum parte id evictum fuit: ut ad eventum excelsae Camerae rescripti magistratualis restaurationis actus suspendatur et de hinc interior magistratus ejusmodi benigna restauratoria mandata velut ipsi etiam electae communitati sonantia nonnisi cum interventu ipsius electae communitatis aperiat. Interea autem fassiones sub majori civitatis hujus sigillo anno hoc expeditae consueta solennitate publicentur, quarum publicationis occasione sequentes intervenerunt contradictiones: utpote

1o fassioni per Joannem Mikloussich et Josephum Siprak pro Nicolao Chunchich super certa terra Sorssevka celebratae contradixit domina Rosalia Battinich.

2o fassioni pro Georgio Zrinyan per Vilibaldum Bathoffer super certo horto celebratae contradixit dominus consul Georgius Igerchich.

3o fassioni dominae Constantiae natae Szale, nuptae Kamerlinsky pro Mathaeo Szolak super certa fundi particula infra capellam s. Rochi situata contradixerunt dominus Carolus Fröschl, dominus Josephus Ladessich qua fiscus et Georgius Gallich, qua dictae capellae s. Rochi aedituus.

4o Dominus Deodatus Degvoy contradictionem suam respectu certae fundi particulae per Mathiam condam Spulko avulsae renovavit.

5o Dominus Mathias Juraich respectu fenestrae per dominum locumtenentem Battinich, versus ejusdem allodium erectae aeque suam contradictionem renovavit.

6o Dominus Donatus Lukavszky nomine suae dominae genitricis contradictionem fassioni pro Elia Mattich super certo Hochnemeriano faenili anno superiore expeditae oppositam aeque renovavit; tandem

7o Dominus Josephus Ladessich qua actualis tribunus plebis contradictiones suas annis superioribus interpositas renovavit et universis sibi quocumque modo nefors praejudiciosis fassionibus generaliter, in specie autem fassionibus pro Ven. conventu monialium emanatis solenniter contradixit. Quibus praevia modalitate terminatis

Dominus Adamus Jobbagy in Confinio banali ordinis equestris capitaneus pro sui in concivilitatem receptione sese demisse insinuavit, qui etiam tamquam in hac civitate jam possessionatus erga taxam florenorum 6 in civium gremium receptus et enumeratis domino camerario hoc instanti florenorum 6 adjuratus est.

4a ejusdem mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Georgio Skalija, Georgio Igerchich consule, Joanne Gorrup, Josepho Spissich, Joanne Cheh, Francisco Maczan capitaneo, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega et Antonio Reitter juratis senatoribus, ex ellecta autem communitate dominis Josepho Ladessich fisco, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Georgio Gallich, Paulo Gorrup, Francisco Kantily, Augustino Pirling, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Nicolao Sostarich, Joanne Frankovich, Francisco Valery notario, reliquis absentibus juratis assessoribus celebratus fuit magistratualis consessus; in quo

1o Publicatum fuit electae communitati illud gratiosum excelsae Camerae de dato 26ae novembris anni recens avoluti Posonii emanatum decretum: quo mediante huic magistratui gratiose commititur: ut in hac quoque civitate ad instar aliarum, duorum percento florenorum taxa ad cassam domesticam inferenda, introducetur, qua occasione obmoto circa hujus gratiosae ordinationis qualiter instituendam publicationem sermone, dispositum est: ut eadem publicis portis ad omnium notitiam affigatur et insuper universis civibus, tempore renovandae pro anno hoc statutorum publicationis ad domum praetoream comparituris id ipsum publicetur.

2o Assumti sunt in concivilitatem sequentes: et quidem Josephus Chunko qua domesticus filius erga taxam florenorum 4, dominus Sigismundus Byff, Croata, litteratus erga florenorum 6, Georgius Kranchina, aeque litteratus Croata, erga eandem taxam, Joannes Ferdinar sutor,

Georgius Bellachich lorarius, Paulus Ivankovich textor, Georgius Pohr lorarius, Georgius Zrinyan, Petrus Vidovich, quorum omnes florenorum 6 taxam persolverunt, ita et Joannes Schönbach, Hungarus, Pestiensis erga eandem taxam. Porro Carolus Chriszt ex Moravia et Antonius Buchar ex Carniolia oriundi solverunt taxam florenorum 8, qui omnes praevia taxarum domino camerario praestita solutione, concivilitatis juramentum deposuerunt.

3o Relectum fuit statutum ad praecavendam gremialium civium emigrationem conditum et via excelsi hujatis Consilii per Suam Majestatem sacratissimam huic civitati in anno 1777. submissum, qua occasione siquidem compertum foret, quod gremiales hujus civitatis cives, notanter autem Barichevich, Fuchek, Kleschich et Josephus Koosz, ex hac jurisdictione ad partem capitularem emigraverint, conclusum est: ut hi mox praemoneantur, quatenus intra unius anni quadrantis spatium ad hanc jurisdictionem redeant, secus autem ex albo gremialium civium indisponsabiliter deleantur.

Series magistratualis restaurationis
sub praesidio spectabilis et magnifici domini Sigismundi
Komaromy, sacratissimae caesareo regiae et apostolicae Majestatis
excelsae Camerae Hungarico-aulicae gremialis consiliarii,
qua delegati commissarii regii quarta mensis aprilis anno
domini millesimo septingentesimo octuagesimo celebratae.

Anno domini 1780. die 4a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea sub praesidio spectabilis et magnifici domini Sigismundi Komaromy sacratissimae caesareo regiae et apostolicae Majestatis excelsae Camerae Hungarico-aulicae gremialis consiliarii, qua ad hunc infraattactum magistratualis restaurationis actum peculiariter delegati commissarii regii, praesentibus ex interiori magistratu dominis Nicolao Cheh aliter Babochay judice, Georgio Skalija, Georgio Igerchich consule, Stephano Szale, Georgio Felijak, Josepho Spissich, Francisco Maczan capitaneo, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega et Antonio Reitter juratis senatoribus, Joanne autem Gorrup ob valetudinarium statum absente, ex electa vero communitate seu exteriori magistratu pariter praesentibus Francisco Valery notario, Josepho Ladessich fisco, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Paulo Thausz, Michaele Krajachich, Georgio Gallich, Antonio Hadrovich, Paulo Gorrup, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Josepho Draskoczy, Augustino Pirling, Mathia Koosz, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Mathia Kossutich et Nicolao Sostarich juratis assessoribus, dominis autem Petro Blasekovich, Benedicto Arbanasz, Donato Lukavszky, Michaele Blasekovich, Emerico Brezovachky et Francisco Tisztapatsky absentibus celebratae magistratualis restaurationis pro anno hoc decurrente

Acta

Postquam ad effectum gratiosae praetitulati spectabilis ac magnifici domini consiliarii et commissarii regii in merito celebrandae pro hac die magistratualis restaurationis sub 29a recens elapsi mensis martii factae intimationis interior et exterior liberae regiaeque hujus civitatis Zagrabiensis magistratus hora 8a matutina in domo praetorea senatorea in-

simul convenisset mox praeprimis et ante omnia pro invocando divini numinis auxilio ad parochialem s. Marci ecclesiam ordinate processit, ubi audito eatenus decantato missae sacrificio, denuo ad domum praetoream regressus est, sedesque suas secundum senii ordinem occupavit, quorsum mox et illico praelibatus etiam dominus consiliarius et commissarius regius advenit, captoque ad distinctam sibi in capite mensae magistratualis idcirco praeparatam mensulam praesidio, exhibuit cumprimis gratiosum excelsae Camerae Regiae Hungarico-aulicae de dato 31ae januarii anni currentis liberae regiaeque huic civitati sonans et directum rescriptum quo mediante civitati huic significabatur, Suam Majestatem sacratissimam tum vigore benigni de dato 24a decembris 1779. elargiti restauratorii decreti, cum et praecedanei sui sub 18a novembris ejusdem anni emanati rescripti clementissime ordinasse: ut magistratualis civitatis istius restauratio positive cum interventu commissarii regii, inque persona superius nominati domini consiliarii suscipiatur et peragatur ac proinde etiam serio injungebatur, quo idem magistratualis restaurationis actus, semotis quibusvis simultatibus et privatis respectibus ac idealibus etiam restaurationis punctis, rite ac debite observatis condecenter pacate et concorditer suscipiatur et terminetur, ipsi porro domino commissario regio hac occasione debita paritio exhibeatur. Quo cum superius provocato benigno restauratorio regio decreto per fatum dominum consiliarium et commissarium regium pariter exhibito publice perlecto et homagiali cum veneratione suscepto, idem dominus consiliarius et commissarius regius continuative exhibuit etiam bina gratiosa altefate Camerae regiae Hungarico-aulicae unum quidem de 3a decembris 1779. alterum vero de 31a januarii anni currentis in merito suscipiendae praesentis magistratualis restaurationis ad se expedita rescripta, quibus seriatim et publice perlectis, atque prioris tenoribus velut per fatum dominum consiliarium et commissarium regium verbaliter quoque uberius explanatis eo quoque intellecto: quod Sua Majestas sacratissima omnia omnino duplicia per unum idemque individuum, contra praescriptum normalis regulationis hactenus praegesta officia, occasione praesentis restaurationis, abrogari abusibusque omnibus finem imponi benigne cupiat. Idem dominus consiliarius et commissarius regius mox prothocollum magistratualium restaurationum sibi exhiberi fecit, adinventoque magistratualium individuorum schemate eo: quod domini judex civitatis Nicolaus Babochay aliter Cheh et Stephanus Szale senator una officium etiam honorarii vicejudicis nobilium in inclyto Comitatu Zagrabiensi gererent, eosdem ad unius vel alterius officii resignationem catenusque in continenti faciendam declarationem seriatim adstrinxit. Qui etiam sese senatorale potius officium retenturos, suoque loco et tempore comitatense omnino resignaturos esse declaraverunt. Georgius deinde Igerchich et Joannes Gorrup velut simpliciter illiterati et idiotae ad exigentiam benignarum normalium Suae Majestatis sacratissimae dispositionum a praegestis senatoralibus officiis suis amoti fuere, via instantiae propterea per Georgium Igerchich reservata, per dominum etiam consiliarium et commissarium regium in salvo relicta.

His circa interiorem magistratum factis crebro titulatus dominus consiliarius et commissarius regius progressus est ad exteriorem magistratum ad inventoque ex schemate individuorum ejusdem:

1o Josephus Ladessich, Nicolaus Huzjak et Georgius Santich primo affinitatis gradu sibi adinvicem jungantur. Tales autem tenore benignarum normalium dispositionum, absque speciali Suae Majestatis sacratissimae indultu ad exterioris magistratus gremium assumi vetarentur. Ideo ad satisfaciendum antelatis benignis normalibus ordinationibus dominus consiliarius et commissarius regius clementissimo Suae Majestatis sacratissimae arbitrio per praesens prothocollum substernendum esse disposuit: an praenominati tres assessores velut praescitae affinitati jam qua tales impliciti in exteriori hocce magistratu insimul tolerari debeant?

2o quod in gremio etiam exterioris hujus magistratus plures reperiantur, qui partim comitatensibus, diversisque aliis officiis impliciti, partim vero nec habitationem suam in hacce civitate habentes assessorale munium cum requisita publici utilitate gerere haud possunt, ideo idem dominus consiliarius et commissarius regius horum etiam, utpote dominorum Petri Blasekovich inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarii fiscalis, Benedicti Arbanasz ejusdem Comitatus substituti vicecomitis alioquin praegestum assessorale officium suapte scripto resignantis, Pauli Thausz ejusdem Comitatus Zagrabiensis judicis nobilium, Donati Lukavszky ejusdem Comitatus vicenotarii, Francisci Tisztapataky Comitatus Szeverinensis ordinarii notarii, Antonii Hadrovich Comitatus Crisiensis aeque ordinarii notarii et Emerici Brezovachky inclytae Tabulae judiciariae cancellistae sedes assessorales simpliciter pro vacantibus declaravit. Materia proinde restaurationis praemisso modo praeparata benigne qualiter peragendae magistratualis restaurationis praescriptam ideam in lingua vernacula, adeoque omnibus intelligibili publice praelegi curavit ac dein praevia actualium judicis et capitanei (consule jam prius amoto, prout et tribuni plebis praegestorum officiorum suorum resignatione) ad praeinsertarum vacantiarum redintegrationem seriatim hocque ordine processit, nimirum:

Pro replenda prima per amotionem domini Petri Blasekovich
vacante assessorali sede

Candidati fuerunt per dominum regium commissarium Balthasar Bussih, Emericus Kerchelich et Deodatus Deguoy, ex quibus electus est dominus Balthasar Bussich, qui etiam in continenti assessorale deposuit juramentum.

Pro secunda per resignationem domini Benedicti
Arbanasz vacante assessorali sede

Candidabantur domini Emericus Kerchelich, Deodatus Deguoy et Stephanus Mlinarich, ex quibus electus est dominus Deodatus Deguoy.

Pro tertia per amotionem domini Donati Lukavszky
vacante assessorali sede

Ingressi sunt candidationem domini Emericus Kerchelich, Stephanus Mlinarich et Michael Palle, ex quibus electus et adjuratus est dominus Emericus Kerchelich.

Pro 4a per resignationem domini Pauli Thausz
vacante assessorali sede

Candidati sunt domini Michael Palle, Stephanus Mlinarich et Ignatius Spissich, ex quibus electus et adjuratus est dominus Ignatius Spissich.

Pro 5a per resignationem domini Antonii Hadrovich
vacante assessorali sede

Candidati sunt domini Michael Palle, Stephanus Mlinarich et Michael Bless, ex quibus electus et adjuratus est dominus Stephanus Mlinarich.

Pro 6a per amotionem domini Emerici Brezovachky
vacante replenda assessorali sede

In candidatione propositi sunt domini Michael Palle, Michael Bless et Antonius Novoszel, ex quibus electus est dominus Antonius Novoszel, quia autem hic neoelectus assessor nondum civium albo insertus foret, ideo deposita 4 florenorum, siquidem civis filius esset, concivilitatis taxa, praevie concivilitatis, dein vero ipsum etiam assessorale juramentum elicuit.

Pro 7ma per amotionem domini Francisci Tisztapataky
vacante assessorali sede

Candidati sunt domini Michael Bless, Emericus Piszachich et Josephus Czuliffay, ex quibus electus est dominus Josephus Czuliffay, quia vero nec hic neoelectus assessor civis esset, proinde praevie deposita titulo concivilitatis florenorum 6 taxa primum super concivilitate, dein etiam super assessoratu deposuit juramentum.

Tandem repleta hac modalitate electa communitate, progressum fuit ad electionem tribuni plebis, pro cuius officio (priori utpote Josepho Ladessich ob defectum literaturae judicio domini commissarii regii pro minus sufficiente adinvento) candidabantur domini Michael Krajachich, Mathias Koosz et Stephanus Mlinarich, e quibus electus est dominus Mathias Koosz, qui etiam consuetum officii sui deposuit juramentum.

Dein ad replendam per resignationem domini tricesimatoris Joannis Cheh vacantem senatoralem sedem candidati sunt domini Nicolaus Sostarich, Emericus Kerchelich et Deodatus Deguoy, ex quibus electus est dominus Nicolaus Sostarich, qui etiam senatorale deposuit in continenti juramentum.

Quia porro per hujus in senatum evectionem una sedes assessoralis vacaret, ad hanc replendam candidabantur domini Michael Bless, Franciscus Ebbl et Josephus Berkle, ex quibus electus et adjuratus est dominus Michael Bless.

Hac assessorali sede repleta, pro 2a per amotionem domini Georgii Igerchich vacante senatorali sede candidati sunt domini Emericus Kerchelich, Deodatus Deguoy et Michael Krajachich (hac per dominum regium commissarium interposita cautela: ut dominus Michael Krajachich, in casu suae electionis honorarii vicejudicis nobilium, quod in hocce Comitatu Zagrabiensi gereret, officium immediate resignet, qui etiam sese, in casu sui electionis, pro in instanti resignaturo declaravit) ex quibus electus et senatorali juramento obstrictus est idem dominus Michael Krajachich.

Cum vero per hujus in senatoralem dignitatem evectionem una assessoralis sedes denuo vacaret, ad hanc replendam candidati sunt do-

mini Joannes Baptista Baccini, Joannes Thomassich et Mathias Churlekovich, ex quibus electus et adjuratus dominus Joannes Baptista Baccini.

Demum ad replendam per domini Joannis Gorrup vacantem senatoralem sedem candidati sunt domini Paulus Gorrup, Emericus Kerchelich et Deodatus Deguoy, ex quibus electus et adjuratus est dominus Paulus Gorrup.

Et quia per hujus in senatum evectionem una assessoralis sedes iterum vacaret, ad hanc replendam candidatus est dominus Stephanus Briglyevich, Ignatius Nunkovich et Joannes Petrich, ex quibus electus et adjuratus est dominus Stephanus Briglyevich.

Tandem vero tam interiore quam exteriore senatu iam ex integro completo existente, inchoata fuit in interiori magistratu restauratio hoc ordine:

Pro officio domini civitatis capitanei

Priore domino capitaneo Francisco Maczan officio suo suprascripta modalitate valedicente, pro eodem candidabantur idem dominus capitaneus Franciscus Maczan, Paulus Gorrup et Michael Krajachich, e quibus prior dominus capitaneus in officio confirmatus est, qui etiam consueta modalitate officii sui renovavit juramentum.

Pro officio consulis

Priori consule Georgio Igerchich suprarecensita modalitate a consulatu amoto existente, pro eodem candidati sunt domini Nicolaus Sostarich, Antonius Reitter et Michael Krajachich, ex quibus electus est dominus Nicolaus Sostarich, qui subinde officii sui in parochiali s. Marci ecclesia, tacto Sacro Dei Evangelio, solenne deposuit juramentum. Finaliter

Pro officio judicis

Priore domino judice, utpote domino Nicolao Babochay praegestum judicatus officium, ut supra attactum est, resignante, pro hoc candidati sunt idem dominus Nicolaus Babochay, dominus Georgius Felijak et dominus Stephanus Szale, ex quibus votorum potioritate electus est dominus Georgius Felijak qui etiam sub majoris companae puls u ad parochialem divo Marco sacram ecclesiam deductus, ibidemque praevie decantato ante majorem aram, coram exposito Venerabili, hymno Ambrosiano, solenne deposuit adepti officii tacto Sacro Dei Evangelio, fici regii commissarii aedes, dein vero ad propria recessit. Atque taliter juramentum, et abinde intra frequentiorem dominorum senatorum et electae communitatis comitivam, imprimis transenaliter ad domini magnipraemissae restaurationis solenitas pro die la terminata est.

Die 5a ejusdem mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea sub praesidio supratitulati domini regii commissarii praesentibus e interiori magistratu dominis Georgio Felijak judice, Nicolao Sostarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Skalija, Stephano Szale, Nicolao Babochay, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega, Antonio Reitter, Paulo Gorrup juratis senatoribus, domino autem Michaele Krajachich absente, e electa vero communitate Francisco Valery notario, Mathia Koosz fisco, Nicolao Huzjak, Georgio Santich, Josepho

Ladessich, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Josepho Draskoczy, Augustino Pirling, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Baltasare Bussich, Deodato Deguoy, Emerico Kerchelich, Ignatio Spissich, Stephano Mlinarich, Antonio Novoszel, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Joanne Baccini et Stephano Briglyevich juratis assessoribus continuata fuit magistratualis restauratio sequenti serie.

Pro officio decani

Priori decano Mathiae Kossutich in candidatione adjecti fuere Josephus Czuliffay et Ignatius Spissich, ex quibus prior decanus Mathias Kossutich in officio confirmatus et adjuratus est.

Officium autem xenodochii civici praefecti, quod per prioris praefecti domini Mathiae Koosz ad fisci officium evectionem de praesenti vacaret, erga propositionem domini commissarii regii, tam interioris quam et exterioris magistratus unanimi voluntate emerito senatori Georgio Igerchich cum ea per fiscum actualem interposita cautela, usque proxime futuram subalternorum officiorum restaurationem collatum est, ne iste specialis casus dehinc in quampiam consequentiam, cum praejudicio electae communitatis trahatur, cujus officii ratiocinium a die prima mensis et anni nunc decurrentis per neoelectum xenodochii prafectum, velut praevie, modalitate consueta, solito officii juramento obstrictum, inchoabitur.

Aedituatum Patientis Christi et s. Margarethae, prout et s. Xaverii, per promotionem prioris aeditui domini Nicolai Sostarich vacantem, Josephus Ladessich cum solito onere et obvenientia suscepit, ac consuetum officii deposuit juramentum, caeteris aedituatibus pro hac occasione haud vacantibus; dein

Quamvis officium pupillorum curatoratus per domini pupillorum curatoris Pauli Gorrup ad senatoralem dignitatem evectionem de praesenti alteri conferri deberet, quia nihilominus tali ratione nexus annui ratiocinii nimium quantum perturbaretur, difficiliusque ratiocinium propter abruptam anni rationarii periodum, evaderet, ideo usque exitum anni hujus rationarii prior pupillorum curator in officio relictus est ea ratione: ut, evoluto rationario anno indispensabiliter alter constituatur, modernus vero de administratione officii consuetos rationes reddere teneatur.

Pro officio autem perceptoris

Quod penes dominum Franciscum Kantily, qua illustrissimi domini comitis Ladislai Erdödy dominii Jaszka actualem provisorem amplius relinqui non potuit, candidabantur domini Michael Bless, Stephanus Mlinarich et Deodatus Deguoy, ex quibus dominus Deodatus Deguoy electus et adjuratus est.

Porro officium fiscalatus, quod per resignationem domini Josephi Draskoczy de praesenti vacaret, collatum exstitit domino Antonio Novoszel.

Quod vero notariatus officium attinet, illud, praevie erga actualem notarium praemissa officii notarialis instructionis explicatione, in conformitate gratiosae excelsae Camerae idem officium ab annua restauratione eximentis determinationis, irrestauratum mansit, qua occasione

etiam id determinatum est: ut amodo imposterum, ad evitandas inter interiorem magistratum et ipsum notarium uberiores disceptationes, ipse notarius nomen suum illis sessionibus, quibus intererit, diario seu prothocollo magistratuali adinstar dominorum senatorum inferat.

Dein inspectores fori Nicolaus quippe Huzjak et Georgius Gallich in praegesto officio porro quoque confirmati sunt.

Caminorum autem inspectores in interiori civitate denominati sunt domini Deodatus Deguoy et Ignatius Spissich, extra hanc autem in suburbiis domini Emericus Kerchelich et Stephanus Mlinarich, quibus cunctis praevia modalitate terminatis, dominus magnificus regius commissarius, ad effectum gratiosae excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae de dato 11ae februarii anni currentis, de benigno iussu regio ad se emanatae, in specieqae exihibitae, et publice perlectae ordinationis cumprimis novum praestandarum rationum manipulationis typis Germanicis editum formulare pro continuo ejusdem observatione neolecto magistratui extradedit et consignavit, dein vero ex medio tempore a 13a quippe februarii 1779. introductae commissionis aeconomicae, prout et alterius de 16a martii ejusdem anni inchoatae deputationis pupillaris prothocollis sequentia semet observasse declaravit:

1o quod prothocolla eadem subinde tardius in magistratu relata exstiterint.

2o quod super prothocollaribus hujusmodi conclusis positiva magistratus opinio saepius adnotata haud habeatur, denique

3o quod eadem nec semel adhuc excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae transmissa exstiterint. Ad procurandum igitur altissime praestitutum deputationum harum finem et effectum titulatus dominus consiliarius et commissarius regius sequentia observanda neoelecto magistratui commisit, ut prothocolla utriusque hujus deputationis ac nominanter aeconomicae semper in primitus, initioque hebdomadae servanda magistratuali sessione, referantur, eatenusque depromanda positiva magistratus seu aprobatoria, seu vero modificativa opinio prothocollo inferatur ac demum eadem prothocolla de tempore in tempus excelsae Camerae regiae, ad praescriptum normalis ordinationis, submittantur.

Proposuit ultra idem dominus consiliarius et commissarius se ex collateraliter exhibitis restantiarum extractibus, prout et nondum redditarum rationum specificationibus comperisse, quod notabiles omnino retroactorum adhuc annorum utriusque cassae restantiae sparsim apud privatos hucdum exhaereant et complurium retro annorum rationes a concernentibus rationantibus partim necdum exactae, partim exactae quidem, sed nondum difficultatae habeantur. Partim denique a sola duntaxat magistratuali censura dependeant, neo proinde restaurato magistratui saepetitulatus dominus consiliarius et commissarius regius serio et districtim injunxit: ut tam antelatarum restantiarum exhaerentium incassationi manum incunctanter admoveat, quam etiam exigendis difficultandisque, magistratualiter denique censurandis praeinsinuatis plurium annorum rationibus, ita semet illico accingat, ut de depuratis iisdem restantiis, revisisque et censuratis cunctis rationibus penes restauratorii hujusce prothocolli intra unum ad summum mensem submissionem, suam relationem facere possit: eo subjuncto: ut nihilominus occasione praesentis prothocolli submissionis tam specificatio remanentium

adhuc utriusque cassae restantiarum, cum ipso actuali cassae statu quam etiam rationum eousque aut exigi, aut revideri nequeuntium utrique relationi adnectatur atque una etiam status personalis, specificatio neoassumptorum civium, activus denique et passivus civitatis status qui utpote postremus ex restauratoriis relationibus praeteritis hisce annis non infrequenter emansit submittatur.

Quibus praemissis et dispositis, idem magnificus dominus dominus consiliarius et commissarius regius magistratum et electam communitatem, ad pacem et concordiam, atque unitis viribus promovendum et procurandum commune et privatorum commodum, denique ad celeriorem justitiae administrationem, processumque decurrentium continuam discussionem adhortatus est, magistratuque bene valere, inque incumbentibus sibi negotiis procedere jusso, e domo praetorea recessit.

Schema
seu status personalis et salarialis utriusque magistratus et quidem interioris magistratus seu dominorum senatorum.

1o Georgius Felijak, Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, domini consiliarii Joannis Adamovich fiscalis, qua talis cum salario florenorum 60.

2o Nicolaus Sostarich, Hungarus, literatus, emeritus pupillorum et piarum summarum curator et actualis consul, qua talis cum salario florenorum 40.

3o Franciscus Maczan, Croata, Zagrabiensis, literatus, et actualis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

4o Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, literatus.

5o Stephanus Szale, nobilis Hungarus, literatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium.

6o Nicolaus Babochay, nobilis Croata, literatus, ejusdem Comitatus pariter honorarius vicejudex nobilium.

7o Josephus Spissich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et emeritus civitatis hujus notarius.

8o Carolus Fröschl, Austriacus, pharmacopaeus, Latinae et Germanicae literaturae gnarus.

9o Ignatius Verbega, Carniolus, Regni physicus.

10o Antonius Reitter, Styrus, Germanicae et Croaticae literaturae gnarus, caesareo regii localis officii postalis magister.

11o Michael Krajachich, nobilis Croata, literatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium.

12o Paulus Gorrup, Croata, Zagrabiensis, fori utriusque juratus causarum advocatus et pupillorum priarumque summarum actualis curator cum salario florenorum 150 qua talis usque ultimam octobris anni hujus 1780. tempus, quippe recursurae anuae officii hujus restaurationis mansurus.

Quorum singulus ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Series communitatis seu dominorum assessorum

1o Franciscus Valery, Hungarus, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis hujus notarius cum salario florenorum 150.

2o Mathias Koosz, nobilis Croata, fori utriusque causarum juratus advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et ejusdem Comitatus viceperceptor, actualisque civitatis fiscus cum salario florenorum 50.

3o Nicolaus Huzjak, Croata, subscriptionis gnarus, professione sua nodifex, primarius fori inspector cum salario florenorum 12 et capellae s. Georgii aedituus absque salario.

4o Georgius Santich, Croata, literaturae Croaticae gnarus, professione sua nodifex.

5o Josephus Ladessich, nobilis Croata, professione sua nodifex, illiteratus, capellarum Patientis Christi et s. Margarethae cum salario florenorum 30 uti et capellae s. Xaverii absque salario aedituus.

6o Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius et diversorum dominiorum fiscalis.

7o Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione sua cothurnarius, insuper ecclesiae s. Marci viceaedituus cum salario florenorum 15 et capellae s. Rochi cum salario florenorum 6 aedituus et secundarius fori inspector cum salario florenorum 12.

8o Joannes Frankovich, nobilis Croata, literatus et actualis civitatis camerarius cum florenorum 75.

9o Franciscus Kantily, Croata literatus, bonorum Ladislao-Erdödyanorum Jaszkensium provisor, et emeritus cassae contributionalis perceptor.

10o Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, juratus fori utriusque causarum advocatus, emeritus civitatis et actualis bonorum Ludovico-Erdödyanorum fiscalis.

11o Augustinus Pirling, Bavarus mercator.

12o Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis vicefiscalis, Ven. capituli Chasmensis iuratus notarius, nec non Ven. conventus sanctimonialium Zagrabiensium fiscalis et parochialis ecclesiae s. Marci aedituus cum salario florenorum 30.

13o Simon Kustreba, Croata, literatus, bonorum Ludovico-Erdödyanorum inspector, capellae s. Spiritus aedituus cum salario florenorum 6.

14o Mathias Kossutich, Croata, illiteratus, professione sua sartor, actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50.

15o Balthasar Bussich, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius notarius et actualis Suae Excelentiae domini episcopi Zagrabiensis fiscalis.

16o Deodatus Deguoy, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis perceptor cum florenorum 150 ac caminorum per interiorem civitatem inspector cum floreni 1, cruciferorum 15 salario.

17o Emericus Kerchelich, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

18o Ignatius Spissich, nobilis Croata, Zagrabiensis, actualis civitatis secundarius cancellista cum florenorum 40 et per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1 cruciferorum 15.

19o Stephanus Mlinarich, Croata, literatus, emeritus bonorum Keglevichianorum provisor et per exteriorem civitatem caminorum inspector, cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

20o Antonius Novoszel, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis fiscalis, cum salario florenorum 100.

21o Josephus Czuliffay, nobilis Croata, literatus.

22o Michael Bless, Hungarus, plurium dominiorum emeritus provisor.

23o Joannes Baptista Baccini, Italus, inclyti Comitatus Zagrabiensis geometra et capellae s. Joannes Nepomuceni actualis aedituus absque salario.

24o Stephanus Briglyevich, nobilis Croata, primarius civitatis cancellista cum salario florenorum 40 et deputationis aeconomicae actuarius absque salario.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas
Domina domina clementissima benignissima!

Posteaquam Majestas Vestra sacratissima mediante suo benigno dedato 24a mensis decembris anni recens praeteriti 1779. emanato regio mandato nobis clementer demandare dignata fuisset, ut magistratualem nostram restaurationem sub praesidio et cum interventu Sigismundi Komaromy Majestatis Vestrae ad Cameram Hungarico-aulicam gremialis consiliarii et ad hunc restaurationis actum per Majestatem Vestram sacratissimam peculiariter delegati commissarii anno hoc celebremus, eamque sepositis quibusvis simultatibus paccate, et decenter peragamus: qualiternam in effectum praemissae benignae Majestatis Vestrae sacratissimae regiae dispositionis, usque clementissimam ratificationem, sub praesidio praelibati Majestatis Vestrae sacratissimae regii commissarii, peregerimus pro anno hoc nunc decurrente magistratualem nostram restaurationem, qui item et cum quali taxa, cujusve conditionis et originis anno hoc ad concivilitatem assumpti habeantur, ex hic humillime advolutis diario et duplicis ordinis schemate, status videlicet personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima!

Quod porro concernit domesticas rationes nostras, tales utpote officii camerariatus pro duabus primis anni ultimo evoluti 1778/9. angariis et officii pupillorum curatoratus pro eodem integro militari anno Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae Hungarico-aulicae, hac vice submittimus ac una super actuali cassae camerarialis exhaerentiumque adhuc ejusdem restantiarum statu per duos e gremio nostri eatenus exmissos peractam investigationem, exhibitumque nobis per actualem piarum summarum curatorem, super moderno restantiarum interusurialium, a tem-

pore quam harum eidem per praedecessorem, ut rationibus curatoralibus hac occasione pro anno 1778/9. excelsae Camerae transmissis adnexus testatur extractus, in florenis 3178, cruciferis 30 1/6 facta est resignatio in florenis 1623, cruciferis 43 8/12 incassaturum ac non nisi in florenis 1554, cruciferis 46 6/12, actualiter exhaerentium statu extractum perfectorumque a tempore restaurationis usque in praesens laborum connotationem, pro imposita nobis per Majestatis Vestrae sacratissimae commisarium regium obligatione advolventes et civitatem hanc nullo de praesenti passivo gravari onere, eandemque activum florenos 12162 capitale habere demisse significando referimus, nos respectivis rationantibus, hac occasione iniunxisse: ut exhaerentibus ejusmodi adhuc restantiis ope implorandae etiam in conformitate benignarum Majestatis Vestrae sacratissimae normalium dispositionum, assistentiae, citra moram, incassandis manum admoveant.

Penes quorum humillimam de genu factam relationem, nos vitamque nostram in altissimum Majestatis Vestrae sacratissimae servitium devoventes, in perenni fide et fidelitate emorimur. Datum Zagrabiae ex sessione nostra magistratuali die 17a mai 1780. celebrata. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex et magistratus liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum Regium Hungarico-aulicum camerale consilium!
Domini domini gratiosissimi!

Posteaquam tam mediante benigno Suae Majestatis sacratissimae de dato 24ae mensis decembris anni ultimo evoluti 1779. emanato regio mandato, quam et gratioso excelsae Camerae sub die 31a mensis januarii anni hujus ad nos directo rescripto nobis iniunctum fuisset, ut magistratualem nostram restaurationem sub praesidio et cum interventu spectabilis et magnifici domini Sigismundi Komaromy altefatae Suae Majestatis sacratissimae ad hanc excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam gremialis consiliarii et ad hunc magistratualis restaurationis nostrae actum peculiariter delegati commissarii regii anno hoc celebremus, eamque sepositis quibusvis simultatibus et privatorum respectibus in pace et concordia peragamus, qualiternam ad effectum horum benigno gratiosorum mandatorum, sub praetitulati domini regii commissarii praesidio anno hoc nunc decurrente, usque clementissimam Suae Majestatis sacratissimae ratificationem, peregerimus magistratualem nostram restaurationem, qui item, et cum quali taxa cujusve originis et conditionis anno hoc ad concivilitatem assumti sint, ex hicce humillime advolutis diario, et duplicis ordinis schemate, status videlicet personalis utriusque magistratus et neoassumtorum civium uberius informari dignabitur.

Quod porro concernit domesticas rationes nostras, nos tales utpote officii camerarialis pro duabus primis anni ultimo evoluti 1778/9. angariis et officii pupillorum curatoratus pro eodem integro militari anno excelsae Camerae hac vice demisse submittimus, ac una super actuali cassae camerarialis, ex haerentiumque adhuc ejusdem restantiarum statu

per duos e gremio nostri eatanus exmissos peractam investigationem exhibitumque nobis per actualem piarum summarum curatorem super moderno restantiarum interusurialium, a tempore, quo harum eidem per praedecessorem, ut rationibus curatoralibus hac occasione pro anno 1778/9. transmissis sub numero 40 adnexus testatur extractus in florenis 3178, cruciferis 30 1/6, facta est resignatio in florenis 1623, cruciferis 43 8/12, incassatarum ac nonnisi in florenis 1554, cruciferis 46 6/12, actualiter exhaerentium statu extractum, perfectorumque a tempore restaurationis usque in praesens laborum connotationem, pro imposita nobis per magnificum dominum commissarium regium obligatione, advolventes et civitatem hanc nullo de praesenti passivo gravari onere, eandemque, ut rationes curatorales exhibent, activum florenos 12162 capitale habere significantes referimus, nos respectivis rationantibus hac occasione injunxisse: ut exhaerentibus ejusmodi adhuc restantiis ope implorandae etiam in conformitate benignarum normalium dispositionum, assistentiae, citra moram, incassandis manum admoveant.

Penes quorum humillimam relationem, alto patrocinio humillime commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex sessione nostra magistratuali die 14a maii 1780. celebrata. Excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae servi humillimi N. N. judex et magistratus liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Lectum cum originali collatum et improthocollatum
per Stephanum Brigyevich praefatae
civitatis juratum assessorem et vicenotarii
supplentem m. p.

1781.

Series
restaurationis magistratualis die 3a et sequentibus
mensis februarii anno domini 1781. celebratae.

Anno domini 1781. die 3a mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus ex interiori magistratu dominis Georgio Felijak judice, Nicolao Sostarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Skalija, Stephano Szale, Nicolao Babochay, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega, Antonio Reittter, Michaele Krajachich et Paulo Gorrup, ex exteriore magistratu seu electa communitate dominis Mathia Koosz fisco, Nicolao Huzjak, Josepho Ladessich, Michaele Blasekovich, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Josepho Draskoczy, Augustino Pirling, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Balthasare Bussich, Deodato Deguoy, Emerico Kerchelich, Ignatio Spissich, Antonio Novoszel, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Joanne Baptista Baccini et Stephano Briglyevich, dominis Georgio Santich intermedio tempore fatis concedente, notario Francisco Valery infirmo existente, Stephano Mlinarich absente celebratae restaurationis magistratualis

In conformitate gratiosa tempore magistratualium restaurationum pro perpetua observatione per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam civitati huic praescriptae normae interior et exterior liberae regiaeque civitatis hujus Zagrabiensis magistratus hora 8a matutina in domo praetorea senatorea insimul conveniens pro invocando divini numinis auxilio ad parochialem s. Marci ecclesiam ordinate processit et ibidem audito eatenus solenniter decantato missae sacrificio ad domum praetoream denuo regressus secundum senii ordinem suas occupavit sedes, exceptoque ex interiori domus praetoreae fornice, more solito, majori civitatis hujus sigillo quo fassiones super fundis civilibus hodierno privilegiali restaurationis die obsignari solerent

1o fassiones sub minori sigillo ab ultimo privilegialis hujusmodi restaurationis die usque in praesens expeditae serie in prothocollo contentae in concursu gremialium civitatis hujus civium publicatae sunt.

2o fassiones numero 59 hodierno die expeditae aeque publicatae et majori civitatis hujus sigillo praevia modalitate ex interiori fornice idcirco excepto obsignatae sunt.

Occasione cujusmodi duplicis ordinis fassionum sub minori utpote ac majori sigillo expeditarum publicationis

1o dominus Donatus Lukavsky, inclyti Comitatus Zagrabiensis vicenotarius tam dominae genitricis suae quam et suo aliorumque congenerationalium suorum nomine contradictionem respectu fassionis per dominum Michaelem Blasekovich, qua domini Josephi olim Hochnemer testamentarium executorem pro Elia Matich cive et quaestore hujate super certo foenili in Bankovich sito perennaliter celebratae priori anno interpositam palam et publice renovavit, fassionique per Eliam Matich super eodem foenili pro subditis civitatis hujus Grisich iterum celebratae soleni forma publice contradixit.

2o dominus Josephus Spissich inclyti Comitatus Zagrabiensis honorarius vicejudex nobilium fassioni domini Michaelis Brezovachky super certa vinea in promontorio Verhovecz sita, pro subdito civitatis hujus Berczkovich celebratae in quantum eadem fassio praeexistenti ibidem viae communi esset praejudiciosa, aeque palam et publice contradixit.

3o dominus Josephus Draskozcy fassioni per Mathiam Grusz chyrurgum super domo olim Zeitleriana seminario S. Josephi immediate contigua pro Nicolao Delnegro cive et mercatore hujate celebratae nomine magnifici domini consiliarii et inclyti Tabulae regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae judiciariae praesidis Georgii Petkovich solenniter contradixit.

4o respectu fassionis per Vilibaldum Bathoffer civem et fabrum ferrarium hujatem pro Georgio olim Zrinyan super quodam in Illicza sito fundo celebratae anno priori interpositam contradictionem nomine domini Georgii Igerchich hac occasione renovavit dominus Georgius Luketich.

5o dominus actualis pupillorum curator Stephanus Chegetek respectu fassionis per dominam viduam Benedicto Krajachichianam super vinea in promontorio Verhovecz sita, pro spectabili domino assessore Christophoro Bornemisza ante aliquos abhinc annos celebratae prioribus annis interpositam ex parte pupillorum Zappolady contradictionem nomine eorundem pupillorum occasione hac palam et publice renovavit.

6o dominus fiscus Mathias Koosz omnibus fassionibus quae juribus fisci forent praejudiciosae signanter autem pro extraneis, utpote rusticis, vicinarumque capitularis et episcopalis jurisdictionum incolis tenutorum civilium possessoris incapacibus hac occasione expeditis palam et publice contradixit et interpositas annis superioribus ex parte fisci contradictiones solenniter renovavit; tandem

7o contradictio et parte illustrissimi domini comitis Francisci Draskovich respectu domus Draskovichianae annis superioribus interposita ut sub numero 3 pro renovata scripto declarata est. Tenor declarationis sub numero 3 nomine et ex parte illustrissimi domini comitis Francisci Draskovich de Trakostyan Suae caesareo regiae et apostolicae Majestatis camerarii et vicecolonelli contradictioni intuitu venditionis domus Draskovichianae in jurisdictione regiae hujus ac liberae civitatis sitae annis superioribus interpositae ultro inhaeretur.

His itaque taliter praemissis

1o benignum regium mandatum restauratorium de dato 9ae januarii anni hujus Viennae Austriae emanatum cum gratioso excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicaede dato 26ae ejusdem mensis januarii anni hujus ad liberam regiamque civitatem hanc Posonio expeditum, in homagiali devotione perceptum, more solito publicatum et ad omnium captum una cum praemisso gratioso excelsae Camerae restauratorio decreto lingua vernacula explanatum est. Ex quorum rescriptorum continentiis cum interior et exterior magistratus in debita submissione intellexisset, quod sua Majestas sacratissima id clementer resolvere et indulgere dignata sit: ut in hodiernum diem incidens magistratualis istius civitatis restaurationis actus absque interventu commissarii regii pro hac vice per solam hanc civitatem sepositis quibusvis odiis, simultatibus et privatis respectibus et debite observatis clementer praescriptis idaealibus punctis condecenter, pacate et concorditer usque ulteriorem tamen benignam ratificationem regiam suscipi et terminari valeat ea ratione: ut ad exigentiam alterius benignae resolutionis regiae sub 14a mensis decembris anni superioris ad excelsam Cameram emanatae et per eandem spectabili domino consiliario camerali Sigismundo Komaromy, sub cujus velut commissarii regii praesidio postrema civitatis hujus restauratio peracta fuisset, intimatae, duo senatores occasione ejusdem restaurationis a munere suo senatorali facto attacti domini consiliarii qua commissarii regii citra demeritum amoti, Joannes utpote Gorrup et Georgius Igerchich denuo in integrum reponantur.

Praememoratae itaque benignae resolutionis regiae praetitulato domino consiliario Komaromy insinuatae tenoribus tam magistratui, quam et electae communitati, ex quo nec dum per titulatum dominum consiliarium communicati fuissent, ignotis existentibus ac ante ejusdem benignae resolutionis communicationem et in hujus effectum, praeattactorum repositionem, citra confusionum evidens periculum ipso restaurationis actu inchoari nequente, ex interiori domini Franciscus Maczan capitaneus et Ignatius Verbega, ex exteriori autem magistratu domini Mathias Koosz fiscus, Balthazar Bussich et Josephus Draskoczy ad praetitulatum dominum consiliarium Komaromy eo fine deputandi videbantur

utrique magistratui, ut idem praememoratam benignam resolutionem in gratioso excelsao Camerae decreto restauratorio provocatam cum magistratu et electa communitate communicet, per consequens benigne indultae civitati huic restaurationi, quo minus eadem hodierno die suscipi et terminari valeat, omnem removeat obicem.

Quibus deputatis ad domum praetoream cum eo nuncio reversis, quod praetitulatus dominus consiliarius coram iisdem declaraverit, sibi quidem praeattactorum senatorum repositionis provinciam delatam esse, eandem nihilominus repositionem huic magistratualis restaurationis diei haud esse alligatam et intra praescriptum unius mensis terminum, dum et quando perfici posse, aliis restaurationem absque praevia praeattactorum senatorum repositione peragi omnino posse aliis vero repositionem restaurationi necessario esse praemittendam opinantibus, in eo tandem potioribus coalitum est utriusque magistratus votis, ut pro hic et nunc suspenso restaurationis magistratualis actu, casus iste, ad antevertendas quasvis confusiones, quae ex minus ordinata nefors restauratione subsequi possent, tam clementissimo Suae Majestatis sacratissimae, quam et gratioso excelsae Camerae obtutui atque decisioni demisse substernatur.

Eadem die 3a februarii horis pomeridanis Zagrabiae dominis Georgio Felijak judice, Nicolao Sostarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Skalija, Stephano Szale, Nicolao Babochay, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega, Michaele Krajachich et Paulo Gorrup ex interiori, exteriori vero magistratu seu electa communitate dominis Mathia Koosz fisco, Michaele Blasekovich, Josepho Draskoczy, Balthasare Bussich, Deodato Degvoy, Joanne Frankovich, Ignatio Spissich, Antonio Novoszel, Joanne Baptista Baccini et Stephano Briglyevich ad domum praetoream convocatis existentibus

1o domini senatores Stephanus Szale et Nicolaus Babochay in publico declaraverunt: quod iidem praegesta in inclyti hoc comitatu Zagrabiensi honorariorum vicejudicum nobilium officia coram excellentissimo domino supremo comite Christophoro Orssich jam hodierna die resignaverint.

2o Spectabilis domini consiliarii Sigismundi Komaromy de dato hodierno post solutam magistratus et electae communitatis hora 11a antemeridianam sessionem emanatum et medio domini judicis cujus pugno et exaratum foret, civitati huic transmissum, insinuatum, lectum et publicatum est: quo mediante benignae resolutionis regiae in gratioso excelsae Camerae decreto restauratorio provocatae per hunc magistratum et electam communitatem ante meridiem communicari petitos tenores civitati huic modalitate sub a) contenta, notos redderet, per cujusmodi insinuatum cum prior ex benigno mandato regio et gratioso excelsae Camerae decreto aborta difficultas haud sublata esse utrique magistratui videretur, dominique senatores Michael Krajachich et Paulus Gorrup in locum reponendorum senatorum in magistratum subvecti sedibus suis cedere nollent, conclusum est: ut penes hujusce insinuati in paribus adnexionem casus iste, ad mentem interventae ante meridiem utriusque magistratus conclusionis crastino cursore mox repraesentetur et fine publicandorum conceptuum uterque magistratus pro hora 10a matutina ad domum praetoream compareat.

Die 4a ejusdem mensis februarii Zagrebiae interiori et exteriori magistratu ad domum praetoream pro hora 10a matutina in conformitate hesternae conclusionis conveniente

1o dominus Paulus Gorrup senator in obsequium hesterno die per spectabilem dominum consiliarium Sigismundum Komaromy huic civitati insinuatae benignae resolutionis regiae sedem suam resignavit et ea sub conditione in eodem insinuato contenta sponte excessit. Domino autem Michaele Krajachich ex sede sua recedere nolente, conclusum est: ut id ipsum in ordinatis hesterno die repraesentationibus circumstantialiter attingatur, quo etiam in adornatis idicirco conceptibus attacto

2o earundem repraesentationum ad Suam Majestatem sacratissimam et excelsam Cameram Hungarico-aulicam adornatarum conceptus publice lecti approbatique sunt, et ut fine eorundem denuo perlegendorum subscribendorum et expediendorum hora 5a pomeridiana uterque magistratus ad domum praetoream compareat, conclusum est.

Eadem die 4a februarii in confirmitate ante meridiem interventae conclusionis interiori et exteriori magistratu ad domum praetoream hora 5a comparente

1o siquidem dominus Michael Krajachich post domini judicis excepto ladula sigillo civitatis prae manibus ejusdem ex officio asservato, factam in publico declarationem, quod potius velit suum judicatus officium resignare, quam praeordinatas repraesentationes subscribere, ex sede sua senatorali tandem recessisset, conclusum est: ut a praeordinatarum repraesentationum altissimo throno regio et excelsae Camerae submissione praescindendo, magistratualis restauratio crastino die hora 9t matutina in domo praetorea, in conformitate benigni mandati restauratorii suscipiatur.

2o domini Georgius Igerchich et Joannes Gorrup, post dominorum Michaelis Krajachich et Pauli Gorrup e senatu praevia modalitate recessum, fine capiedarum sedium suarum senatoralium ad domum praetoream vocati, sedesque easdem effective capientes, solennem ante omnia interposuerunt de causatis sibi per amotionem expensis protestatinem, hasque viis suis revindicandi facultatem et circa salaria sua senatoralia, intermedio amotionis tempore, non percepta, recursum sumendi activitatem sibi publice reservarunt petendo, sibi benigni mandati restauratorii cum gratioso excelsae Camerae aeque restauratorio decreto et domini consiliarii Sigismundi Komaromy insinuato paria authentica extradari.

Die 5a febrarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis judice Georgio Felijak, consule Nicolao Sostarich, capitaneo Francisco Maczan, Georgio Skalija, Georgio Igerchich, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Nicolao Babochay, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega et Antonio Reitter ex interiori et ex exteriori magistratu, seu electa communitate dominis Francisco Valery notario, Mathia Koosz fisco, Nicolao Huzjak, Michaele Blasekovich, Josepho Draskoczy, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Augustino Pirling, Francisco Kantily, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Balthasare Bussich, Deodato Deguoy, Emerico Kerchelich, Ignatio Spissich, Antonio Novoszel, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Joanne Baptista Baccini et Stephano Briglyevich ad mentem hesterno

die factae conclusionis inchoata est restauratorio magistratualis; et quidem

1o benigno regio mandato restauratorio cum gratioso excelsae Camerae aeque restauratorio decreto post invocatum sub decantato eatenus solenniter in parochiali s. Marci ecclesia facto divini numinis auxilium sub 3a currentis mensis februarii in homagiali devotione jam publicato existente

2o norma peragendae restaurationis magistratualis per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam, de benigno jussu regio gratiose praescripta lingua vernacula ad omnium capitum praelecta est. Qua prelecta

Pro sede assessorali per mortem domini Georgii Santich vacante replenda

Candidati sunt domini Stephanus Gallyuff, Nicolaus Jellachich et Joannes Cheh, ex quibus potioritate votorum electus et solito juramento obstrictus est dominus Stephanus Gallyuff.

Pro officio fisci

Priori fisco domino Mathia Koosz, officio huic, cum deprecatione etiam candidationis, simpliciter valedicente, candidati sunt domini Balthasar Bussich, Josephus Draskoczy et Michael Blasekovich, ex quibus potioritate votorum electus est dominus Michael Blasekovich, qui etiam solitum superinde in instanti deposuit juramentum.

Pro officio capitaneatus

Priori domino capitaneo in candidatione adjecti sunt domini Stephanus Szale et Nicolaus Babochay, ex quibus prior dominus utpote Franciscus Maczan confirmatus est, qui etiam officii sui solenniter renovavit juramentum.

Pro officio consulatus

Priori domino consuli Nicolao Sostarich in candidatione adjecti fuere domini Georgius Igerchich et Georgius Skalija, ex quibus potiortate votorum electus est dominus Georgius Igerchich, qui etiam post dominus Georgius Igerchich, qui etiam post dominum judicem in parochialis. Marci eccleciaa coram Venerabili officii sui deposuit juarmentum.

Pro officio judicatus

Priori domino judici Georgio Felijak in candidatione adjecti sunt domini Nicolaus Babochay et Ignatius Verbega, ex quibus dominus Nicolaus Babochay potioritate votorum electus est, qui etiam sub majoris campanae pulsu ad parochialem divo Marco sacram ecclesiam deductus ac ibidem praevie decantato coram majori ara exposito Venerabili hymno Ambrosiano, solenne deposuit adepti officii, tacto sacro Dei Evangelio, juramentum et abinde intra frequentiorem dominorum senatorum et electae communitatis comitivam ad propria recessit taliterque pro hac die actus praemissae restaurationis magistratualis terminatus est.

6a februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis judice Nicolao Babochay, consule Georgio Igerchich, capitaneo Francisco Maczan, Georgio Skalija, Stephano Szale, Joanne Gorrup, Georgio Felijak, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega, Antonio Reitter et Nicolao Sostarich, ex electa communitate dominis Michaele Blasekovich fisco, Nicolao Huzjak, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Josepho Draskoczy, Francisco Kantily, Joanne Frankovich, Augustino Pirling, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Balthasare Bussich, Deodato Deguoy, Antonio Novoszel, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Joane Baptista Baccini, Stephano Briglyevich et Stephano Gallyuff fuit continuata magistratualis restauratio; qua occasione

1o Pro officio decani

Priori domino decano Mathia Kossutich adjecti sunt in candidatione domini Josephus Ladessich et Georgius Gallich, ex quibus prior confirmatus est et officii sui renovavit juramentum.

2o Pro inspectoratu fori

Prioribus dominis inspectoribus Nicolao Huzjak primario, et Georgio Gallich secundario in candidatione adjecti fuerunt pro primario inspectoratu domini Michael Bless et Stephanus Briglyevich, pro secundario domini Josephus Ladessich et Stephanus Briglyevich, qui etiam priores confirmati sunt.

3o Pro caminorum inspectoribus in interiore civitate domini Balthasar Bussich et Joanes Baptista Baccini et in exteriore civitate domini Michael Bless et Josephus Czuliffay constituti sunt.

4o Quarteriorum magister et campanatores ecclesiae s. Marci in casu alicujus commissi demeriti aut excessus per solum magistratum restaurari queuntia gerentes servitia, pro hic et nunc in servitiis suis confirmati sunt.

5o Qui in concivilitatem semet assumi petebant, legitimandaque more solito legitimarunt, in eandem convilitatem assumti sunt.

Tandem dominus neofiscus Michael Blasekovich de sede sua consurgens acta politica, quorum velut bonum commune respicientium pertractatio ad electam etiam communitatem pertinebat, sub domini Georgii Felijak judicatu in evidens incolarum civiumque hujatum aggravium, citra ullum in mutuam ejusmodi publicum tangentium negotiorum pertractationem electae communitatis influxum, interventa et nondum altiori resolutione firmata, pro nullis et irritis in genere palam et publice nomine electae communitatis declarando et declarari, taliaque publice fine adornandarum eatenus repraesentationum referri petendo; in specie autem

1o ut innovatio respectu juris educilli anno priori sub judicatu ejusdem domini Georgii Felijak contra antiquum civitatis hujus usum introducta et excelsa Camera non consulta eatenus praevie electa communitate, incompetenter repraesentata ipso facto cesset et jus educilli civitatis pristino usui restituatur.

2o ut, qualiter negotium, respectu juris fornacum latericiarum soli civitati, exclusis reliquis civibus gravi aere tenuta et fundos civiles comparantibus et quantum regium de anno in annum ab his pendentibus, praetensive competentis, excelsae Camerae citra influxum electae communitatis anno aeque priori sub ejusdem domini Felijak judicatu repraesentatum sit, fine adornandae repraesentationis secum communicetur, petiit electa communitas.

3o ut resolutio cameralis intuitu taxae fundualis in aggravium aeque fundos civiles ementium et vendentium civium et eorum, quo minus onera publica, depensis a singula florenis centuria ad cassam civitatis flo-

renis duobus ferre possint, enervationem, contra antiquam civium eatenus libertatem et usum citraque electae communitatis influxum introductae anno 1779. emanata aeque cum electa communitate, fine adornandae eatenus repraesentationis communicetur petiit eadem communitas.

4o ut pulsus campanae assessoralis in parochialis s. Marci ecclesiae turri hora 10a noctis contra nocturnas vagationes ultra eandem horam per publicas plateas et diversoria non protrahendas introductus, siquidem eo fine ab olim deserviens in turri Zdvercze campana alioquin partes civitatis illas respiciens, in quibus plurima mala evenire possent, existeret et eadem assessoralis campana per durantem talismodi de die in diem compulsationem nimium attereretur, post cujus successive attritionem magnas in alterius novae comparationem cassa civitatis facere deberet expensas, ad praecavendum talismodi damnum ipso facto cesset et pulsus campanae in turri Zdvercze habitae postliminio contra talismodi vagationes in usum ita reducatur: ut qua in eadem turri hactenus hora 9a fieri solebat compulsatio, eadem hora 10a deinceps instituatur. Cujusmodi etiam quatuor punctis electae communitatis votisationi substratis et prioribus tribus punctis solo communitatis voto improthocollari expetitis existentibus, communibus etiam interioris magistratus votis dispositum est quoad punctum 4um: ut ecclesiae s. Marci campanatores ab ulteriori pulsu campanae assessoralis inhibeantur et compulsatio in turri Zdvercze deinceps hora 10a fiat.

5o ut introducti anno 1779. pandurones, cum ex cassa civitatis publica salariali functionibus suis hactenus minus satisfecisse observati sint, ad accuratius obeundas sibi incumbentes obligationes adstringantur, per consequens in majus publici et civitatis utile deinceps convertantur.

6o siquidem illud innegabile esset, quod totam in concreto civitatem tam interior magistratus, quam et exterior seu electa communitas, vi legis repraesentet et citra hujus utriusque influxum nihil valide, nihil efficaciter de civitatis bono aut incrementa disponi aut tractari possit, ipsaque civitatis jura defendi nequeant, per consequens etiam electa communitas cum jus patronatus sit e praecipuis civitatis hujus juribus et ad beneficia civilia optimos quosque ecclesiasticos promoveri, publico et divini cultus incremento expediat, in conferendis ejusmodi beneficiis voto, quod hactenus solus interior magistratus sibi vendicabat, legaliter gaudeat et gaudere debeat, ideo communibus electae communitatis votis determinatum est: ut id ipsum clementissimae decisioni regiae per praesens prothocollum humillime substernatur.

7o Quod dominus Michael Krajachich, in prima vacantia senatorali, vigore benignae resolutionis regiae et ante dominum Paulum Gorrupp in senatum recipi debeat, communi conclusum est voto.

8o Siquidem in pertractatione negotiorum politicorum negotia, quae bonum commune et publicum in concreto respicerent, adeoque cum concursu electae communitatis magistratualiter pertractari deberent, quam saepissime occurrerent, hoc autem in civitate ista adusque ex parte magistratus fieri intermissum fuisset, ideo communi electae communitatis voto decisum est: ut id ipsum clementissimae resolutioni regiae substernatur.

Schema seu status personalis
et salarialis utriusque magistratus et quidem
interioris magistratus
dominorum senatorum

1o Nicolaus Babochay, judex, nobilis Croata, incliti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium, qua talis cum salario florenorum 60.

2o Georgius Igerchich, consul, Croata, subscriptionis gnarus, qua talis cum salario florenorum 40.

3o Franciscus Maczan, Croata, Zagrabiensis, literatus et actualis capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

4o Georgius Skalija, Croata, Zagrabiensis, literatus.

5o Stephanus Szale, nobilis Hungarus, emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

6o Joannes Gorrup, Croata, illiteratus.

7o Georgius Felijak, Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, domini consiliarii Joannis Adamovich et dominae viduae Antonio Jankovichianae fiscalis.

8o Josephus Spissich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et emeritus civitatis hujus notarius.

9o Carolus Fröschl, Austriacus, pharmacopaeus, Latinae et Germanicae literaturae gnarus.

10o Ignatius Verbega ex Carniolia oriundus, Regni physicus.

11o Antonius Reitter, Styrus, Germanicae et Croaticae literaturae gnarus, caesareo regii localis officii postalis magister.

12o Nicolaus Sostarich, Hungarus, literatus.

Quorum singulus ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Series communitatis seu dominorum assessorum

1o Franciscus Valery, Hungarus, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis hujus notarius cum salario florenorum 150.

2o Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius et diversorum dominiorum fiscalis et actualis fiscus cum salario florenorum 50.

3o Nicolaus Huzjak, Croata, subscriptionis gnarus, professione sua nodifex, primarius fori inspector cum salario florenorum 12, capellarum Patientis Christi et s. Margarethae cum salario florenorum 30 et s. Xaverii aedituus absque salario.

4o Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex et capellae s. Georgii aedituus absque salario.

5o Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione cothurnarius ecclesiae s. Marci viceaedituus cum salario florenorum 15, capellae s. Rochi aedituus cum salario florenorum 6, secundarius fori inspector cum salario florenorum 12.

6o Joannes Frankovich, nobilis Croata, literatus et actualis camerarius cum salario florenorum 75.

7o Franciscus Kantily, Croata, literatus, bonorum Ladislao-Erdödyanorum Jaszkensium provisor.

8o Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, juratus fori utriusque causarum advocatus, diversorum dominiorum fiscalis et capellae s. Spiritus aedituus cum salario florenorum 6.

9o Augustinus Pirling, Bavarus, mercator, capellae s. Joannis aedituus gratis.

10o Mathias Koosz, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor et ejusdem inclyti Comitatus viceperceptor.

11o Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis vicefiscalis, Ven. Capituli Chasmensis juratus notarius et pupillorum, piarumque summarum actualis curator cum salario florenorum 150.

12o Simon Kustreba, Croata, literatus, bonorum Ludovico-Erdödyanorum inspector.

13o Mathias Kossutich, Croata, illiteratus, professione sua sartor, actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50.

14o Balthasar Bussich, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius notarius et actualis Suae Excellentiae domini episcopi Zagrabiensis ordinarius notarius et actualis Suae Excellentiae domini episcopi Zagrabiensis fiscalis, inclyti Comitatus Crisiensis sedis judiciariae assessor, caminorum per interiorem civitatem inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

15o Deodatus Deguoy, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis perceptor cum salario florenorum 150.

16o Emericus Kerchelich, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus.

17o Ignatius Spissich, nobilis Croata, Zagrabiensis, actualis civitatis secundarius cancellista cum salario florenorum 40 et xenodochii praefectus cum salario florenorum 50.

18o Stephanus Mlinarich, Croata, literatus, bonorum Keglevichianorum actualis inspector.

19o Antonius Novoszel, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100.

20o Josephus Czuliffay, nobilis Croata, literatus, per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

21o Michael Bless, Hungarus, literatus, plurium dominiorum emeritus provisor, ecclesiae s. Marci aedituus cum salario florenorum 30 et per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

22o Joannes Baptista Baccini, Italus, inclyti Comitatis Zagrabiensis geometra et per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

23o Stephanus Briglyevich, nobilis Croata, primarius civitatis cancellista cum salario florenorum 40, commissionum aeconomicae et pupillaris actuarius absque salario.

24o Stephanus Gallyuff, nobilis Croata, Suae Excellentiae domini episcopi Zagrabiensis comes curialis et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor ac inclyti Comitatus Crisiensis emeritus ordinarius notarius.

Relatio ad Suam Majestatem sacratissimam

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas!
Domine domine clementissime, benignissime!

In homagiale obsequium clementissimi Majestatis Vestrae sacratissimae de dato 5ae januarii anni currentis ad numerum 179um emanati ad humillimam instantiam nostram restauratorii mandati per regiam Majestatis Vestrae sacratissimae Cameram Hungarico-aulicam sub 26a ejusdem mensis januaru nobis transmissi qualemnam absque regii Majestatis Vestrae sacratissimae commissarii interventu usque ulteriorem benignam ratificationem peregerimus restaurationem nostram magistratualem, qualiterve occasione ultimae restaurationis nostrae magistratualis sub praesidio Sigismundi Komaromy, qua commissarii regii celebratae ex senatu citra demeritum facto attacti commissarii amotos senatores Joannem Gorrup et Georgium Igerchich in gremium nostri receperimus, qui item et cum quali taxa, cujusve originis et conditionis occasione eadem ad concivilitatem assumti sint, ex hicce de genu advolutis diario et duplicis ordinis schemate, status quippe personalis utriusque magistratus et neoassumtorum civium uberius informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima!

Quod porro domesticas rationes nostras, utpote camerariales et piarum summarum curatorales attinet, nos ad camerariales quidem pro secundo semestri anni 1778/9. et anno integro 1779/80. restantes, ac propter novam tironi camerario nonnihil difficiliorem ratiocinii methodum hucdum exhiberi intermissas, tam modernum camerarium, quam et emeritum curatorem ad officii sui pro anno 1779/80. restantes rationes nobis quoocius praesentandas, hac occasione serio refleximus et adstrinximus, quas etiam ubi exhibitae et more solito revisae fuerint, Regiae Majestatis Vestrae sacratissimae Camerae Hungarico-aulicae nulla interposita mora, sumus transmissuri nulloque passivo civitatem hanc de praesenti onere gravatam activum florenorum 12072 capitale habere in subditali devotione referentes, benignitati et clementiae casareo regiae in homagiali veneratione commendati emorimur. Datum Zagrabiae ex sessione nostra die 24a februarii 1781 celebrata. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi judex, magistratus et electa civium communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum regium Hungarico-aulicum camerale consilium!
Domini domini gratiosissimi!

In effectum clementissimi Suae Majestatis sacratissimae de dato 5ae januarii anni currentis ad numerum 179um emanati ad humillimam instantiam nostram restauratorii mandati per excelsam Cameram hanc regiam Hungarico-aulicam sub 26a ejusdem mensis januarii nobis trans-

missi, qualemnam absque regii Suae Majestatis sacratissimae commissarii interventu, usque ulteriorem benignam ratificationem peregerimus restaurationem nostram magistratualem, qualiterve occasione ultimae restaurationis nostrae magistratualis sub praesidio spectabilis domini consiliari Sigismundi Komaromy, qua commissarii regii celebratae ex senatu citra demeritum facto attacti commissarii amotos senatores, Joannem Gorrup et Georgium Igerchich in gremium nostri receperimus, qui item et cum quali taxa, cujusve originis et conditionis occasione eadem ad concivilitatem assumti sint, ex hicce de genu advolutis diario et duplicis ordinis schemate, status quippe personalis utriusque magistratus et neoassumtorum civium uberius informari dignabitur excelsa Camera!

Quod porro domesticas rationes nostras, utpote camerariales et piarum summarum curatorales attinet nos ad camerariales quidem pro secundo semestri anni 1778./9. et anno integro 1779./80. restantes ac propter novum tironi camerario nonnihil difficiliorem ratiocinii methodum hucdum exhiberi intermissas, tam modernum camerarium, quam et emeritum curatorem ad officii sui pro anno 1779./80. restantes rationes nobis quoocius praesentandas hac occasione serio refleximus et adstrinximus, quas etiam ubi exhibitae, et more solito revisae fuerint, excelsae Camerae huic regiae Hungarico-aulicae, nulla interposita mora, sumus transmissuri, nulloque passivo civitatem hanc de praesenti onere gravatam activum florenorum 12072. capitale habere in debita submissione referentes, gratiis et patrocinio excelsae Camerae in omni veneratione commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex sessione nostra die 24a februarii 1781. celebrata. Excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae humillimi servi judex, magistratus et electa civium communitas liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrebiensis.

Lectum cum suo originali collatum et
improthocollatum per Stephanum Briglyevich
praefatae civitatis juratum assessorem et
vicenotarii supplentem.
m. p.

1782.

Series restaurationis magistratualis anni millesimi septingentesimi octuagesimi secundi.

Anno domini 1782o die vero 3a mensis februarii ipso festo divi Blasii episcopi et martyris termino quippe solitae restaurationis magistratualis in libera et regia civitate Zagrabiensi domoque praetorea senatorea, intra muros et moenia ejusdem civitatis et Comitatu nominis ejusdem existente per magistratum et electam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex interiori magistratu praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Francisco Maczan capitaneo, Joanne Gorrup, Georgio Felijak, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega, Nicolao Sostarich et Michaele Krajachich juratis senatoribus, dominis autem Georgio Igerchich consule, Georgio Skalija et Antonio Reitter ve-

luti ob sinistram valetudinem legitime impeditis absentibus, ex electa vero communitate dominis Antonio Novoszel substituto notario, Michaele Blasekovich fisco, Nicolao Huzjak, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Josepho Draskoczy, Francisco Kantilly, Augustino Pirling, Mathia Koosz, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Matthia Kossutich, Balthasare Bussich, Ignatio Spissich, Stephano Mlinarich, Deodato Deguoy, Josepho Czulliffay, Michaele Bless, Joanne Baptista Bachini, Stephano Briglyevich et Stephano Gallyuff, dominis autem Francisco Valery notario intermedio tempore fattis functo, Emerico Kerchelich absente, celebrate restaurationis magistratualis,

Acta

Et imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae apostolicae per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam de dato 26ae mensis augusti 1755ti civitati huic submissae regulamque instituendarum restaurationum magistratualium praescribentis normae per magistratum et electam communitatem (exceptis supra nominatis) hora 8a matutina ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae ex praescripta domo praetorea progressum est, ubi audito solenniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine, rursus ad praenotatam domum praetoream regredientibus sedesque suas juxta senii ordinem occupantibus pro observata veteri peculii hujus regii praxi et consuetudine praeferrenter et ante omnia ad publicationem fassionalium litterarum intermedio tempore super fundis et tenutis civilibus interea sub minori emanatarum quam et de praesenti sub majori civitatis sigillo expediendarum descensum fuit ac mox

1mo fassiones numero 3 sub minori sigillo ab ultimo privilegialis hujusmodi restaurationis die usque in praesens expedita serie in protho collo contenta, in concursu gremialium civitatis hujus civium publicatae sunt.

2o fassiones numero 45 hodierno die expeditae atque publicatae et majori civitatis hujus sigillo ex interiori fornice idcirco excepto obsignatae sunt.

Occasione cujusmodi duplicis ordinis fassionum sub minori utpote ac majori sigillo expeditarum publicationis

1mo dominus Michael Krajachich, nomine etiam spectabilis domini Ignatii Kasnyar fassioni per spectabilem dominam Annam Mariam, natam Preis, spectabilis ac generosi domini Josephi olim Busan, Suae caesareo regiae et apostaticae Majestatis in Confiniis Regni banalibus equestris regiminis capitanei relictae viduae super certo horto, horreo ac faenilibus pro circumspecto Augustino Pirling, jurato assessore, ejusdemque conthorali Constantia, nata Szaiboldin celebratae signanter vero et praecise inuitu abalienati faenilis Srednjak sic dicti, solenniter contradixit.

2o Circumspectus Antonius Reiner fassioni per nobilem Josephum Ladessich, qua testamentariae dispositionis Thomae olim Stengl executorem super certa suburbana antelati perprius Stengl domo pro nobili Georgio Jozipovich celebratae in quantum eidem fassioni per praenominatum ementem veluti socerum suum insertus non haberetur, publice aeque contradixit.

3o Andreas Grebenich, civitatis castellanus, intuitu fassionis per honestam Annam, natam Lovrenchich, Petri olim Czekovich relictam viduam super terra arrabili in loco pod orehom dicto sita pro nobili Matthia Czvetkovich jurato cive et nodifice ejusque consorte Anna, nata Plepelich, celebratae publicam interposuit contradictionem.

4o Nobilis Josephus Ladessich, nomine etiam et in persona circumspecti Thomae Siprak professione sua chyrurgi super fassione per nobilem Matthiam Czvetkovich civem et nodificem respectu cujusdam terrae arrabilis pro Matthia Ursich, cive capitulari professione sua arculario ejusque consorte Fridriha nata Kapaon, soleniter protestatus est.

5o fassioni per nobilem Petrum Modich qua admodum reverendi domini Adami Sztepanich praesbiteri testamentarium successorem super certa intra moenia civitatis habita domo pro Michaele Vittunszky ejusque conthorali Anna, nata Igerchich, celebratae dominus Deodatus Deguoy, civitatis perceptor, in quantum haec quampiam fundi, ut idem praetenderet ad aream suam spectantis particullam involveret, aeque contradixit.

6o Nomine illustrissimi domini liberi baronis Pauli a Rauch, intuitu cujuspiam ex domo illustrissimae dominae comitissae Annae Mariae, natae Draskovich, relictae viduae a Sermaghe versus vicinam praefati domini baronis prostantis et necdum obstructae fenestrae dominus Josephus Draskoczy publicam interposuit contradictionem.

7o Dominus Matthias Koosz respectu fassionis per Matthiam Grusz chyrurgum super domo olim Zaiteriana seminario sancti Josephi imediate contigua pro Nicolao Dellnegro, cive et mercatore hujate celebratae nomine magnifici domini consiliarii et inclytae Tabulae regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae iudiciariae praesidis Georgii Petkovich anno priori interpositam contradictionem renovavit.

8o Ita etiam intuitu fassionis per Vilibaldum Batthoffer, civem et fabrum serrarium hujatem pro Georgio olim Zrinyan super quodam in Illicza sito fundo celebratae anno aeque priori interpositam contradictionem, nobilis Josephus Ladessich nomine domini Georgii Igerchich hac occasione interato renovavit.

9o Tandem dominus civitatis fiscus universis sibi praejudiciosis quomodocunque et quandocunque emanatis fassionibus generaliter contradixit, suasque anno priori peculiariter et signanter autem respectu politicorum sub judicatu domini Georgii Felijak interventorum actorum, eadem utpote hac etiam occasione pro nullis et irritis nomine totius electae communitatis declarando serie inibi contenta interpositas contradictiones renovavit.

Hac demum fassionum publicatione peracta, quo tanto exactius benignis dispositionibus regiis et gratiosis excelsae Camerae regiae ordinationibus satisfiat, benignum summefatae Majestatis sacratissimae Viennae Austriae sub 4a mensis januarii annni currentis 1782. emanatum restauratorium mandatum regium, ita et gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae in hoc passu de dato 15a ejusdem mensis et anni currentis Posonii emanatum decretum cum solita ex Latino in Croaticum interpraetatione lecta et publicata sunt.

Porro horum quoque praemissa publicatione pro tenore benigne praescriptae restauratoriae normae ad replendam per mortem suprafati notarii Francisci olim Valery vacantem sedem assessoralem progressum fuit.

Pro qua candidabantur domini Paulus Gorup, Paulus Thausz et Carolus Kotche, ex quibus electus est dominus Paulus Gorup, qui etiam posteaquam immediatae pro occursura senatorali vaccantia anno priori per Suam Majestatem sacratissimam resolutae successionis juri suo cessisset eidem per factam publice declarationem sponte renuntiando consuetum in continenti deposuit juramentum.

Redintegrato intaque modalitate praemissa exteriori magistratu, in interiori autem nulla vaccantia emergente ex eo pro tenore benigne praescriptae normae deventum fuit cumprimis ad restaurationem exterioris magistratus.

Pro officio fisci

Priori fisco domino nempe Michaele Blasekovich idem officium more consueto resignante pro eodem officio candidabantur idem dominus Michael Blasekovich, dominus Josephus Draskoczy et dominus Stephanus Gallyuff, ex quibus in eodem officio ultro confirmatus est idem dominus Michael Blasekovich consuetumque munii sui juramentum denuo elicuit.

Electo itaque modalitate praemissa fisco seu tribuno plebis demum digressum fuit ad restaurationem interioris magistratus qua propter etiam

Pro officio capitanei

Priori domino capitaneo Francisco Maczan idem officium capitaneatus cum deprecatione ipsius etiam candidationis resignante eidemque valedicente pro eodem officio candidabantur domini Nicolaus Sostarich, Josephus Spissich et Michael Krajachich, ex quibus potioritate votorum dominus Nicolaus Sostarich electus est, solitumque deposuit juramentum.

Pro officio consulis

Priori domino consule in praesens ex infirmitate lethali adhucdum lecto affixo ac ideo coram eatenus delegatis et ex hoc consessu exmissis ex interiori magistratu dominis Francisco Maczan et Michaele Krajachich, ex electa vero communitate domino Paulo Gorup idem officium resignante, pro eodem officio candidabantur idem Georgius Igerchich, domini item Michael Krajachich et Franciscus Maczan, ex quibus pluralitate votorum dominus Michael Krajachich electus est, qui etiam post dominum judicem in parochiali sancti Marci ecclesia coram Venerabili officii sui deposuit juramentum.

Pro officio judicis

Priori judice domino Nicolao Babochay idem officium resignante, pro eodem judicis officio candidabantur idem dominus Nicolaus Babochay, domini item Josephus Spissich et Ignatius Verbega, ex quibus idem dominus Nicolaus Babochay in officio judicis omnium fere votis ultro confirmatus est, qui etiam sub majoris campanae pulsu ad parochialem divo Marco sacram ecclesiam deductus ac ibidem praevie decantato coram majori ara exposito Venerabili hymno Ambrosiano, solenne deposuit retenti officii tacto Dei Evangelio juramentum et abin-

de intra frequentiorem dominorum senatorum et electae communitatis comitivam ad propria recessit, taliterque pro hac die actus praemissae restaurationis magistratualis terminatus est.

Die 4a mensis februarii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis judice Nicolao Babochay, consule, Michaele Krajachich capitaneo, Nicolao Sostarich, Joanne Gorrup, Georgio Felijak, Josepho Spissich, Francisco Maczan, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega, juratis senotaribus, ex electa communitate dominis Antonio Novoszel substituto notario, Michaele Blasekovich fisco, Nicolao Hozjak, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Josepho Draskoczy, Francisco Kantilly, Augustino Pirling, Matthia Koosz, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Matthia Kossutich, Ignatio Spissich, Stephano Mlinarich, Josepho Czulliffay, Michaele Bless, Joanne Baptista Bachiny, Stephano Briglyevich, Stephano Gallyuff et Paulo Gorup fuit continuata magistratualis restauratio; qua occasione

1um in officio notariali per mortem domini Francisci Vallery vacante, dominus Antonius Novoszel modo provisorio anno priori substitutus notarius citra omnem candidationem unanimi interioris et electae communitatis voto et conclamatione confirmatus et pro stabili et reali notario denominatus est, qui etiam solenne officii sui deposuit in instanti juramentum.

2o Pro officio decani

Priori domino decano Matthiae Kossutich adjecti sunt in candidatione domini Georgius Gallich et Josephus Czulliffay, ex quibus prior confirmatus est et officii sui renovavit juramentum.

3o Pro inspectoratu fori

Prioribus dominis inspectoribus Nicolae Huzjak primario et Georgio Gallich secundario in candidatione adjecti fuerunt domini Josephus Ladessich et Deodatus Deguoy, ex quibus primarius dominus Josephus Ladessich electus, secundarius autem Georgius utpote Gallich inspector confirmatus est.

4o Pro caminorum inspectoribus

Interiori civitate domini Antonius Novoszel et Stephanus Gallyuff et in exteriori civitate domini Stephanus Briglevich et Paulus Gorup constituti sunt.

5o Quarteriorum magister et
campanatores ecclesiae sancti Marci in servitiis suis ultro confirmati sunt.

6o Qui in concivilitatem semet assummi petebant, legitimandaque more solito legitimarunt in eandem concivilitatem erga benigne definitam taxam assumpti sunt. Ac taliter benigne concessa pro hoc anno absque interventu commissarii regii magistratualis restauratio absque ullius offensione cum exemplari animorum conjunctione terminata est.

Schema seu status personalis et salarialis
utriusque magistratus et quidem interioris magistratus seu
dominorum senatorum

1 o Nicolaus Babochay, judex, nobilis Croata, qua talis cum salario florenorum 60.

2o Michael Krajachich, consul, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus vicejudex nobilium, qua talis cum salario florenorum 40.

3o Nicolaus Sostarich, Hungarus, litteratus, capitaneus, qua talis cum salario florenorum 20.

4o Georgius Skalija, Croata, Zagrebiensis, litteratus.

5o Georgius Igerchich, Croata, subscriptionis gnarus.

6o Joannes Gorrup, Croata, illiteratus.

7o Georgius Felijak, Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, domini consiliarii Joannis Adamovich fiscalis.

8o Iosephus Spissich, nobilis Croata, emeritus civitatis hujus notarius.

9o Franciscus Maczan, Croata, Zagrabiensis, litteratus.

10o Carolus Fröschl, Austriacus, pharmacopaeus, litteraturae gnarus.

11o Ignatius Verbega ex Carniolia oriundus, Regni physicus.

12o Antonius, Reitter, Styrus, litteraturae gnarus, caesareo regii localis officii postalis magister.

Quorum singulus ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 60.

Series communitatis seu dominorum assessorum

1o Antonius Novoszel, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis hujus notarius cum salario florenorum 150 nec non per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

2o Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius notarius et diversorum dominiorum fiscalis et actualis fiscus cum salario florenorum 50.

3o Nicolaus Huzjak, Croata, subscriptionis gnarus, professione sua nodifex, capellarum Patientis Christi et sanctae Margarethae cum salario florenorum 30 et sancti Xaverii nec non sancti Georgii aedituus absque salario.

4o Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex et primarius fori inspector cum salario florenorum 12.

5o Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione cothurnarius, ecclesiae sancti Marci viceaedituus cum salario florenorum 15, capellae cancti Rochi aedituus cum salario florenorum 6, secundarius fori inspector cum salario florenorum 12.

6o Joannes Frankovich, nobilis Croata, litteratus et ecclesiae s. Marci aedituus cum salario florenorum 30.

7o Franciscus Kantilly, Croata, litteratus, bonorum Ladislao-Erdödianorum Jaskensium provisor.

8o Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, juratus fori utriusque causarum advocatus, diversorum dominiorum fiscalis et capellae s. Spiritus aedituus cum salario florenorum 6.

9o Augustinus Pirling, Bavarus, mercator, capellae sancti Joannis aedituus gratis.

10o Matthias Koosz, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrebiensis sedis judiciariae assessor et ejusdem inclyti Comitatus viceperceptor.

11o Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis ordinarius fiscalis, Venerabilis Capituli Chasmensis juratus notarius.

12o Simon Kustreba, Croata, litteratus, bonorum Ludovico-Erdödianorum inspector.

13o Matthias Kossutich, Croata, illiteratus, professione sua sartor, actualis civitatis decanus cum salario florenorum 50.

14o Spectabilis dominus Balthasar Bussich, nobilis Croata, regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae magister prothonotarius et inclyti Comitatus Crisiensis sedis judiciariae assessor.

15o Deodatus Deguoy, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis perceptor cum salario florenorum 150.

16o Emericus Kerchelich, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus.

17o Ignatius Spissich, nobilis Croata, Zagrabiensis, actualis civitatis primarius cancelista cum salario florenorum 40 et xenodochii praefectus cum salario florenorum 50.

18o Stephanus Mlinarich, Croata, litteratus, bonorum Keglevichianorum actualis inspector.

19o Josephus Czulliffay, nobilis Croata, litteratus.

20o Michael Bless, Hungarus, litteratus, actualis civitatis camerarius cum salario florenorum 75.

21o Joannes Baptista Bachiny, Italus, inclyti Comitatus Zagrabiensis geometra.

22o Stephanus Briglevich, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, nobilium campi Turopolia juratus ordinarius notarius et per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

23o Stephanus Gallyuff, nobilis Croata, Suae excellentiae domini episcopi Zagrabiensis comes curialis et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor, Comitatus vero Crisiensis emeritus ordinarius notarius et per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

24o Paulus Gorup, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus, actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100, pupillorum item piarumque summarum curator cum salario florenorum 150 ac tandem per exteriorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

Relatio ad Suam Majestatem sacratissimam

Clementissimo Majestatis Vestrae sacratissimae sub 4ta mensis januarii anni currentis 1782. ad numerum marginalem 37um emanato mandato nobis annualem magistratualem restaurationem in consueto privilegiali festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3am

mensis februarii incidente, hac etiam vice sine interventu commissarii Majestatis Vestrae sacratissimae regii perarendam indulgente, per regiam Majestatis Vestrae sacratissimae Cameram Hungarico-aulicam sub 15a mensis ejusdem et anno currente transmisso ac in homagiali subjectione per nos percepto, qualemnam juxta observatam eodem in merito benigne praescriptam idaeam, usque ulteriorem clementissimam ratificationem peregerimus restaurationem nostram magistratualem, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem assumpti habeantur, ex advoluto isthic de genu diario et duplicis ordinis schemate, status quippe personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium uberius informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro concernit domesticas rationes nostras super proventibus hujus peculii praestari solitas, tales pro ultimis duabus anni 1779, angariis regiae Majestatis Vestrae sacratissimae Camerae Hungarico-aulicae hac eadem occasione effective submisimus. Pro anno autem 1780. per emeritum camerarium nostrum Joannem Frankovich jam etiam nobis praesentatae, sub actuali expositionis difficultatum opere existunt, quas ut primum ordine suo censuratae fuerint, altefatae Majestatis Vestrae sacratissimae Camerae Hungarico-aulicae nulla etiam interposita mora submissuri sumus. Ad praestandas tandem pro anno adhuc 1781o apud praefatum emeritum camerarium exhaerentes rationes eumdem iterato, hac etiam occasione serio, ac districtim monuimus quas etiam propediem nobis praestandas recte sperare possumus, quibus etiam praesentatis ea, quae ad finalem earumdem conclusionem ac subinde ad debita loca transmissionem necessaria erunt, promptissima media admovere non intermittemus.

In reliquo autem quod civitas haec nullo passivo onere de praesenti gravata activum capitale florenorum 13289, cruciferorum 14 habeat in quibus autem locis elocatum et quantumnam interusurii ab eodem exhaereat, extractum eatenus officii curatoratus tabellarem de genu adnectentes in subditali devotione refferrimus ac una benignitati et clementiae caesareo regiae in homagiali veneratione commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex consessu nostro magistratuali die 22 mensis martii 1782. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi judex caeterique liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis jurati senatores.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsa Camera Regia Hungarico-aulica
Domini domini gratiosissimi!

Clementissimo sacratissimae Majestatis sub 4a mensis januarii anni currentis 1782. ad numerum marginalem 37um emanato mandato nobis annualem magistratualem restaurationem in consueto privilegiali festo videlicet divi Blasii episcopi et martyris in diem 3am mensis februarii incidente hac etiam vice sine interventu commissarii ejusdem Majestatis sacratissimae regii peragendam indulgente per excelsam Cameram Hungarico-aulicam sub 15a mensis ejusdem et anno currente transmisso ac in homagiali subjectione per nos percepto, qualemnam juxta observatam eodem in merito benigne praescriptam ideam, usque ulteriorem

clementissimam ratificationem peregerimus restaurationem nostram magistratualem, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem assumpti habeantur, ex advoluto isthic demisse diario et duplicis ordinis schemate, status quippe personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium uberius informari dignabitur excelsa Camera regia.

Quod porro concernit domesticas rationes nostras super proventibus hujus peculii praestari solitas tales pro ultimis duabus anni 1779, angariis excelsae Camerae Regiae Hungarico-aulicae hac eadem occasione effective in humilitate submittimus. Pro anno autem 1780. per emeritum camerarium nostrum Joannem Frankovich jam etiam nobis praesentatae sub actuali expositionis difficultatum opere existunt, quas ut primum ordine suo censuratae fuerint excelsae Camerae Regiae Hungarico-aulicae nulla etiam interposita mora submissuri sumus. Ad praestandas tandem pro anno 1781. apud praefatum emeritum camerarium exhaerentes rationes, eumdem iterato hac etiam occasione serio ac districtim monuimus, quas etiam propediem nobis praestandas recte sperare possumus, quibus etiam prasentatis ea qua ad finalem earumdem conclusionem ac subinde ad debita loca transmissionem necessaria erunt promptissima media admovere non intermittemus.

In reliquo autem, quod civitas haec nullo passivo debito onere de praesenti gravata activum capitale florenorum 13289, cruciferorum 14 habeat, in quibus autem locis elocatum et quantumnam interusurii ab eodem exhaereat, extractum eatenus officii curatoratus tabellarem in humillitate adnectimus, ac una gratiis et protectioni excelsae Camerae regiae demisse commendati perseveramus. Datum Zagrabiae ex sessione nostra magistratuali pro 22a mensis martii 1782. celebrata. Humillimi servi judex caeterique liberae et regiae civitatis Montis Graecensis Zagrabiensis jurati senatores.

Lectum et improthocollatum per Antonium Novoszel
juratum civitatis notarium m. p.

1784.

Series magistratualis restaurationis pro anno millesimo septingentesimo octuagesimo quarto celebratae.

Anno domini 1784o die vero 9a mensis martii Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia antelatae civitatis, comitatuque nominis ejusdem existente habita praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Michaele Krajachich consule, Nicolao Sostarich capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Francisco Maczan, Carolo Fröschl, Ignatio Verbega et Antonio Reitter, juratis senatoribus, Georgio vero Skalija et Joanne Gorrup fatis functis, Georgio porro Felijak e ratione contra se ob crimen falsi decurrentis processus criminalis absente, ex exteriori autem magistratu seu electa communitate Paulo Gorrup substituto notario, Jospho Ladessich fisco, Michaele Blasekovich fiscali, Nicolao Hozjak, Georgio Gallich, Joanne

Frankovich, Josepho Draskoczy, Simone Kostreba, Matthia Kossutich, Ignatio Spissich, Antonio Novoszel, Josepho Czulliffay, Michaele Bless, Joanne Bachiny et Stephano Briglevich juratis assessoribus, dominis vero Francisco Kantily, Mathia Koosz, Stephano Chegetek, Balthasare Bussich, Stephano Mlinarich et Stephano Gallyuff absentibus, dominis autem Augustino Pirlingh et Deodato Deguoy intermedio tempore fatis functis, Emerico demum Kerchelich officium assessoratus resignante celebratae restaurationis magistratualis

Acta

Negotio solitae annualis magistratualis restaurationis in privilegiali die divi Blasii episcopi et martyris ex deffectu non supervenientis benigni mandati restauratorii usque interventum ejusdem praesentemque diem, quae esset 9a martii dilato existente superveniente porro eodem benigno mandato imprimis pro praescripto benignae Suae Majestatis sacratissimae per excelsam Cameram Hungarico-aulicam de dato 26ae mensis augusti anni 1755ti civitati huic submissae regulamque instituendarum magistratualium restaurationum praescribentis normae per magistratum et electam communitatem (exceptis supranominatis intermedio tempore ad aeternitatem evocatis ac absentibus) hora 8a matutina ex domo praetorea ad ecclesiam parochialem divi Marci Evangelistae frequentiori numero processum fuit, ubi etiam audito solenniter decantato missae sacrificio invocatoque sancti Spiritus lumine rursus ad praenotatam domum praetoream reduces secundum senii ordinem sedes suas occuparunt.

Demum ut tanto exactius et benignis dispositionibus regiis et gratiosis excelsi Consilii regii locumtenetialis ordinationibus satisfiat, clementissimum Suae Majestatis sacratissimae mandatum restauratorium de 20a decembris anni 1783tii Viennae Austriae emanatum ita et excelsi Consilii regii locumtenentialis eodem inmerito de dato 16ae februarii anni labentis 1784ti expeditum intimatum cum explanatione ex Latino in Croaticum idioma lecta et publicata sunt.

Quibus publicatis, ipsaque etiam benigne praescripta normali magistratualis restaurationis idea pro recepta praxi in Croatico idiomate utrique considenti magistratui per extensum perlecta (fassionibus caeteroquin sub majori sigillo expediri solitis jam in praeterlapso divi Blasii festo publicatis) ideo pro eadem benigne praescripta norma ad replendas vacantes sedes assessores progressum est.

Pro quarum prima per mortem Augustini olim Pirlingh enata candidabantur:

domini Joannes Malarich
Petrus Blasekovich
Ignatius Nunkovich,

ex quibus ellectus et adjuratus antelatus dominus Petrus Blasekovich.

Pro 2a sede assessorali per mortem Deodati condam Deguoy vacante candidabantur:

domini Joanes Mallarich
Georgius Luketich et
Ignatius Nunkovich,

ex quibus electus et adjuratus est dominus Georgius Luketich.

Pro 3a demum per resignationem domini Emerici Kerchelich enata vacante sede candidabantur:

domini Joannes Malarich
Joannes Ajter et
Ignatius Nunkovich,

ex quibus electus et adjuratus est idem dominus Ignatius Nunkovich.

Praevia itaque modalitate electa communitate redintegrata sedibus vero senatoralibus per decessum e vivis dominorum Georgii Skalija et Joannis Gorrup vacantibus in obsequium benigni Suae Majestatis sacratissimae de dato 17ae mensis julii anni 1781. emanati mandati tenore cujus clementer disponeretur, ut numerus dominorum senatorum cum horum in actualitate existentium morte ad septem redducatur ultro pro irredintegralis relictis inchoata fuit exterioris magistratus restauratio et quidem;

Pro officio fisci

Priore fisco domino Josepho Ladessich hactenus praegestum officium resignante pro eodem candidabantur domini idem Josephus Ladessich, Stephanus Briglevich et Petrus Blasekovich, ex quibus electus et adjuratus est dominus Stephanus Briglevich.

Pro officio notariali

Per resignationem domini Antonii Novoszel vacante, dominus Paulus Gorrup modo provisorio anno superiore 5a mensis junii substitutus et adjuratus notarius citra omnem candidationem unanimi interioris et electae communitatis voto et conclamatione confirmatus et pro stabili et reali notario denominatus est. Demum digressum fuit ad interioris magistratus restaurationem: quapropter

Priore capitaneo domino Nicolao Sostarich officium suum resignante, pro quo canidabantur domini Nicolaus Sostarich, Franciscus Maczan et Josephus Spissich, ex quibus potioritate votorum electus et adjuratus est dominus Franciscus Maczan.

Pro officio consulis

Priore domino consule Michaele Krajachich aeque officium praegestum resignante, pro eodem candidabantur domini idem Michael Krajachich, Georgius Igerchich et Antonius Reitter, ex quibus electus est dominus Georgius Igerchich, qui etiam post dominum judicem in parochiali ecclesia s. Marci coram Venerabili officii sui deposuit juramentum; tandem

Pro officio judicis

Priore domino judice Nicolao Babochay officium judicatus resignante, ideo pro eodem quoque officio candidatis dominis antelato Nicolao Babochay, Josepho Spissich et Nicolao Sostarich, ex quibus idem dominus Nicolaus Babochay in officio judicis omnium fere votis ultro confirmatus est; qui etiam sub majoris campanae pulsu ad parochialem divo Marco Evangelistae sacram ecclesiam deductus ac ibidem praevie decantato coram majori ara exposito Venerabili hymno Ambrosiano solemne deposuit tacto sacro Dei Evangelio officii sui juramentum et abinde intra frequentiorem dominorum senatorum et electae communitatis commitivam ad propria recessit, taliterque pro hoc die actus praemissae restaurationis magistratualis terminatus est.

Decima ejusdem mensis martii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Georgio Igerchich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Carolo Fröschl, Ignatio Werbega, Antonio Reitter, Nicolao Sostarich et Michaele Krajachich ex interiori, exteriori vero magistratu Paulo Gorrup, notario, Stephano Briglevich fisco, Michaele Blasekovich fiscali, Nicolao Hozjak, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Josepho Draskoczy, Simone Kostreba, Matthia Kossutich, Ignatio Spissich, Antonio Novoszell, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Joanne Bachiny, Petro Blasekovich, Georgio Luketich et Ignatio Nunkovich juratis assessoribus, continuata est magistratualis restauratio. Qua occasione;

1o Domino Stephano Briglevich hesterna die ellecto fisco e ratione adepti ejusdem officii sub ultima octobris anni retroacti 1783tii acceptum aedituatum capellae Patientis Christi et s. Margarethae resignante, qui nihilominus cum electio aedituorum sub actum praesentis restaurationis non caderet, sed etiam ad servandum ratiocinii ordinem cum ultima mensis octobris coincidentem, ultro in praegesto aedituatum usque conclusionem anni confirmatus est.

2o Domino item Joanne Frankovich in officio decani et una silvarum inspectoris citra candidationem per interiorem et exteriorem magistratum pariter unanimi conclamatione confirmato, cui etiam per utrumque magistratum seria silvarum inspectio recommendata unaque injunctum est ut singulo mense de statu silvarum relationes suas magistratui praestet.

3o Pro ispectoratu fori

Prioribus dominis inspectoribus Georgio Gallich et Michaele Bless officia sua resignantibus pro iisdem candidabantur domini Georgius Gallich, Nicolaus Hozjak et Josephus Ladessich, ex quibus priores duo, utpote Georgius Gallich et Nicolaus Hozjak electi sunt.

4o Pro caminorum inspectoribus

In interiori civitate domini Paulus Gorrup et Petrus Blasekovich et in exteriori domini Georgius Luketich et Ignatius Nunkovich constituti sunt.

5 o Castellanus, quarteriorum magister, sacrista et campanatores ecclesiae s. Marci ultro confirmati sunt, demum

6o In concivilitatem sui assumptionem postulantes legitimatis more solito legitimandis jam sub 4a mensis februarii et sequentibus diebus anni labentis erga benigne definitam taxam assumpti sunt ac taliter pro hoc anno absque interventu commissarii regii magistratualis restauratio pacate, absque ullius offensione, cumque exemplari animorum conjunctione consumata est.

Schema
Seu status personalis et salarialis utriusque magistratus
et quidem interioris seu
dominorum senatorum

1o Nicolaus Babochay, judex, nobilis Croata, qua talis cum salario florenorum 60, inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor.

2o Georgius Igerchich, Croata, subscriptionis gnarus qua consul cum salario florenorum 60.

3o Franciscus Maczan capitaneus, Croata, Zagrabiensis, litteratus qua talis cum salario florenorum 20.

4o Georgius Felliak, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, domini consiliarii Joannis Adamovich fiscalis.

5o Josephus Spissich, nobilis Croata, emeritus civitatis hujus notarius et inclyti Comitatus Zagrebiensis sedis judiciariae assessor.

6o Carolus Fröschl, Austriacus, pharmacopaeus, Germanicae et Latinae litteraturae gnarus.

7o Ignatius Werbega ex Carniolia oriundus, Regni physicus, Germanicae, Croaticae et Latinae litteraturae gnarus.

8o Antonius Reitter, Styrus, litteraturae Germanicae et Croaticae gnarus, localis postae magister et lusus lottae collector.

9o Nicolaus Sostarich, Hungarus, Hungaricae, Croaticae et Latinae litteraturae gnarus.

10o Michael Krajachich, nobilis Croata, emeritus inclyti comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Quorum singulus qua senator ex cassa civitatis titulo annualis salarii usque benigne resolutam auctionem salariorum habuit florenos 60, a 1a porro mai anni labentis habet florenos 130.

Series communitatis seu
dominorum assessorum

1o Paulus Gorrup, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus, et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 150 usque 20am julii anni labentis ab hac vero cum salario florenorum 200 nec non per interiorem civitatem caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

2o Stephanus Briglevich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis fiscus cum salario florenorum 50 nec non capellarum Patientis Christi et sanctae Margarethae cum salario florenorum 30 aedituus.

3 o Michael Blasekovich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius notarius et diversorum dominorum ac hujus civitatis actualis fiscalis procurator.

4o Nicolaus Hozjak, Croata, subscriptionis gnarus, professione sua nodifex et secundarius fori inspector cum salario florenorum 12.

5o Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex.

6o Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione sua cothurnarius, primarius fori inspector cum salario florenorum 12, ecclesiae s. Marci cum florenorum 30 et capellae sancti Rochi cum florenorum 6 aedituus.

7o Joannes Frankovich, nobilis Croata, litteratus, decanus et silvarum inspector cum salario florenorum 50 nec non xenodochii praefectus cum florenorum 50.

8 o Franciscus Kantily, Croata, litteratus et bonorum Ladislao-Erdödyanorum Jaszkensium provisor.

9o Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, juratus fori utriusque causarum advocatus diversorumque dominiorum fiscalis.

10o Matthias Koosz, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advicatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium.

11o Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis ordinarius fiscalis et Ven. capituli Chasmensis notarius.

12o Simon Kostreba, Croata, litteratus, bonorum Ludovico-Erdödyanorum inspector et piarum summarum pupillorumque hujus civitatis cum salario 150 curator.

13o Matthias Kossutich, Croata, illiteratus, ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 15 et capellae s. Georgii cum florenorum 20 aedituus.

14o Spectabilis dominus Balthasar Bussich, nobilis Croata, regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae magister prothonotarius et inclyti Comitatus Crisiensis sedis judiciariae assessor.

15o Ignatius Spissich, nobilis Croata, litteratus, camerarius civitatis cum salario florenorum 75.

16o Stephanus Mlinarich, Croata, litteratus, bonorum Keglevichianorum actualis inspector.

17o Antonius Novoszel, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus et Venerabilis capituli Zagrabiensis fiscalis.

18o Josephus Czuliffay, nobilis Croata, litteratus.

19o Michael Bless, Hungarus, litteratus, actualis civitatis contributionalis quanti inspector cum salario florenorum 150.

20o Joannes Baptista Bachiny, Italus, litteratus, inclyti Comitatus Zagrabiensis geometra et capellae s. Spiritus cum salario florenorum 8 aedituus.

21 o Stephanus Gallyuff, nobilis Croata, Suae Excellentiae domini episcopi Zagrabiensis comes curialis et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor, Comitatus vero Crisiensis emeritus ordinairus notarius.

22o Petrus Blasekovich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius fiscalis et ejusdem Comitatus actualis sedis judiciariae assessor et per interiorem civitatem cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

23o Georgius Luketich, nobilis Croata, Suae Excellentiae episcopalis provisor fiscalis, penes inclytam Tabullam judiciariam advocatus pauperum et Ven. capituli Zagrabiensis notarius nec non per exteriorem civitatem cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

24o Ignatius Nunkovich, nobilis Croata, litteratus, professione sua chyrurgus et pariter per exteriorem civitatem cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

Relatio ad excelsum Consilium
locumtenentiale regium Hungarico-aulicum

Excelsum Consilium locumtenentiale regium!

In conformitate clementissimi Suae Majestatis sacratissimae de dato Viennae Austriae 20ae mensis decembris anni retroacti 1783tii ad numerum 12544 emanati mandati annualem restaurationem nostram magistratualem hac etiam vice sine interventu Suae Majestatis sacratissimae commissarii regii peragendam indulgentis, perque excelsum consi-

lium locumtenentiale regium sub 16a februarii anni labentis 1784. transmissi ac in homagiali subjectione per nos percepti, qualemnam juxta observatam in eodem merito benigne praescriptam idaeam usque ulteriorem benignam ratihabitionem peregerimus restaurationem nostram magistratualem, qui item et cum quali taxa ad concivilitatem sub 4a mensis februarii anni praesentis solito quippe assumptionis termino assumpti habentur, ex hicce humillime advolutis diario et duplicis ordinis schemate, status quippe personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium uberius informari dignabitur, excelsum Consillium regium locumtenentiale.

Quod porro domesticas rationes nostras camerariales et piarum summarum pupillorumque curatoris attinet, nos camerales pro anno 1779./80. per emeritum camerarium Joannem Frankovich nobis praesentatos et censuratos hac eadem occasione excelso Consilio locumtenentiali regio submittimus, pro anno vero subsequo 1780./1. sub actuali expositione difficultatum existentes, qua tum quod antelatus camerarius praestitas ejusmodi rationes juxta subseque interventam excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae novam compillandarum rationum methodum pro tenore ejusdem excelsae Camerae regiae dispositionis alterandas habuisset, harum nihilominus alterationem ultro, citroque deprecatus fuisset, cum etiam qua certus intra eundem camerarium et laterificem praemitendus computus ac etiam circa lateres occurentes circumstantiae superari praevie debuerant, adusque adhaeserant, ut primum censuratae per nos fuerint, nulla interposita mora una cum rationibus anni 1781./2. praestitis pariter ab expositione difficultatum et censura dependentibus transmissuri sumus, ad praestandas vero anni 1782./3. rationes exhaerentes itterato, hacque etiam occasione serio et districtim monuimus, respectum quarum pariter, quae ad finalem earundem conclusionem et transmissionem excelso Consilio locumtenentiali regio necessaria erunt, promptissima media admovere non intermittemus.

In reliquo autem, quod civitas haec prius nullo debito passivo gravata non modo praehabitum capitale florenorum 13079, cruciferorum 4 in extructionem Savani pontis sublicii penitus insumpserit, verum etiam insuper in praemissum finem onus passivum in florenis 3024, cruciferis 4 7/8 contrahere necessitata fuerit, in humilitate referimus.

Penes cujusmodi humillimam relationem nostram gratiis et patrocinio excelsi Consilii locumtenentialis regii demisse commendati jugi cum venerationis cultu perseveramus. Datum Zagrabiae die 8a julii milesimo septingentesimo octuagesimo quarto excelsi Consilii locumtenentialis humillimi judex, consul et capitaneus caeterique jurati senatores fiscus item et electa liberae et regiae civitatis Zagrabiensis communitas.

Lectum et comportatum per Paulum
Gorup juratum civitatis notarium m. p.

1785.

Series magistratualis restaurationis pro anno millesimo septingentesimo octuagesimo quinto celebratae

Anno domini 1785o die vero 3tia mensis februarii ipso festo divi Blasii episcopi et martyris termino qiuppe solito restaurationis magistratualis in libera et regia civitate Zagrabiensis, domoque praetorea senatorea intra muros et moenia ejusdem civitatis et in comitatu nominis ejusdem existente per magistratum et ellectam communitatem una insimul constitutos, et quidem ex interiori magistratu prasentibus dominis Nicolao Babochay judice, Georgio Igerchich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Carolo Fröschll, Ignatio Verbega, Antonio Reitter, Nicolao Sostarich et Michaele Krajachich juratis senatoribus, Georgio vero Felijak e ratione contra se e benigna dispositione regia ob crimen falsi decurrentis processus criminalis absente, ex exteriori vero magistratu seu ellecta communitate Paulo Gorupp notario, Stephano Briglevich fisco, Nicolao Hozjak, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Francisco Kantilly, Josepho Draskoczy, Mathia Koosz, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, Stephano Mlinarich, Josepho Czuliffay, Michaele Bleess, Joanne Baptista Bachiny et Petro Blasekovich juratis assessoribus, Balthasare Bussich, Antonio Novoszel, Georgio Luketich et Ignatio Nunkovich absentibus, Michaele porro Blasekovich et Stephano Galyuff fatis functis celebratae magistratualis restaurationis

Acta

In conformitate gratiosae tempore magistratualium restaurationum pro perpetuo observationis per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam civitati huic praescriptae normae interior et exterior liberae regiaeque civitatis hujus Zagrebiensis magistratus hora 8va matutina in domo praetorea senatorea insimul conveniens, pro invocando divini numinis auxilio ad parochialem ecclesiam s. Marci ordinate processit ubi audito solenniter decantato missae sacrificio ad domum praetoream denuo reversus juxta senii ordinem suas occupavit sedes, exceptoque ex interiori domus praetoreae fornice more solito majori civitatis hujus sigillo, quo fassiones super fundis civilibus hodierno privilegiali restaurationis die obsignari solerent.

Primo: fassiones sub minori sigillo ab ultima privilegialis hujus modi restaurationis die usque in praesens expeditae serie in prothocollo contentae in concursu gremialium hujus civitatis civium publicatae sunt.

Secundo: fassiones hodierno die expeditae, aeque publicatae et praeinsinuato majori hujus civitatis sigillo obsignatae sunt: occasione cujusmodi dupplicis ordinis fassionum utpote sub minori et maiori sigillo expeditarum publicationis

1 mo fiscus civitatis contradixit fassioni Novak super certa particulla sylvae pro Marco Veszely celebratae.

2do circumspectus Ellias Mattich, civis et quaestor fassioni domini Antonii Zebich super certa domo lignea et fundo pro domino Mathia Battinich celebratae.

3tio circumspectus Mathias Churlekovich, civis et sartor fassioni per Antonium Dolovschak, civem et sartorem pro Andrea Domin Areae Venerabili Capituli incola et pellione respectu certae terrae celebratae contradictionis velamine obviavit.

4to dominus Stephanus Mlinarich, piarum sumarum pupillorumque curator, tam venditioni domus domini Georgio olim Skalija hujus civitatis condam senatoris, quam et super hac pro domino reverendissimo Stephano Kolosvary, canonico Zagrebiensis celebrandae nefors fassioni ex parte nepotum Skalijanorum sub tutella existentium contradixit.

5to circumspectus Mathias Czvetkovich, civis et nodularius contradixit fassioni per dominam viduam Jozipovich super certa terra pro provido Josepho Sviglin celebratae quemadmodum et certae vineae per eundem Sviglin a provido Josepho Czelinich emptae.

6to dominus Stephanus Chegetek ex parte domini Petri Pransperger inclyti Comitatus Zagrebiensis judicis nobilium contradixit et renovavit contradictionem prioribus annis interpositam respectu avulsae et abalienatae per priorem possessorem domus suae particullae fundi.

7mo dominus Michael Vitunszky contradixit errecto per fatis functum Deodatum Deguoy in vicinitate domus suae stabulo ligneo ita et vicissim domina Catharina, nata Sandor relicta vidua Deodato-Degvoyana contradixit et renovavit prius interpositas contradictiones respectu avulsae a fundo domus suae per Mathiam olim Spulko particellae.

8vo dominus Josephus Draskoczy nomine illustrissimi domini liberi baronis Pauli Rauch respectu faenestrarum ex domo illustrissimi domini liberi baronis a Kulmer versus aream praetitulati domini baronis Rauch factarum anteriorum annorum positas contradictiones renovavit, hac vice denuo praeinsinuatis faenestris contradixit.

9no item praefatus dominus Josephus Draskoczy contradixit facto per dominum Antonium Reitter intra ejusdem et suum fundos canali atque ad plateam publicam directo.

10o dominus Georgius Igerchich contradixit emptioni fundi condam Zrinyani nunc Kovachichiani in Illicza siti.

11mo tandem dominus fiscus civitatis universis sibi praejudiciosis quomodocunque et quandocunque emanatis fassionibus generaliter contradixit suasque annis quoque prioribus factas contradictiones renovavit.

Quibus peractis lectum est gratiosum excelsi Consilii regii locumtenentialis de dato 18a januarii anni 1785ti emanatum intimatum, tenore cujus pro hodierna privilegiali die juxta praescriptas benignas normales dispositiones actus restaurationis magistratualis suscipiendus gratiose conceditur, tam itaque hoc Croatico idiomate pro omnium directione explanato quam et benigne praescripta normali magistratualis restaurationis idaea pariter Croatico idiomate pro more excepto utrique considenti magistratui per extensum perlecta progressum fuit ad actum restaurationis suscipiendum; quare

Pro redintegranda sede assessorali prima per mortem domini Michaelis Blasekovich vacante candidabantur domini Joannes Mallarich, Petrus

Pransperger et Carolus Kotsche, ex quibus ellectus et adjuratus est ultimo loco candidatus dominus Carolus Kotsche.

Item pro secunda sede assessorali vacante per mortem domini Stephani Galyuff candidabantur domini Joannes Mallarich, Petrus Pransperger et Stephanus Szenko, ex quibus ellectus et adjuratus est dominus Petrus Pransperger.

Post cujus ellectionem ellecta communitate redintegrata pro tenore benigne praescriptae normae deventum fuit ad restaurationem officii fisci seu tribuni plebis; quare

Pro officio fisci

Priori domino fisco Stephano Briglevich officium suum resignante, immo sui candidationem siquidem per magistratum post decessum e vivis domini olim Michaelis Blasekovich prius civitatis fiscalis, pro fiscali denominatus fuisset adeoque e ratione incompatibilitatis deprecante candidabantur:

domini Josephus Draskoczy,
Georgius Luketich et
Stephanus Chegetek,

ex quibus pluralitate votorum ellectus et adjuratus est dominus Stephanus Chegetek.

Demum autem digressum fuit ad interioris magistratus restaurationem; quapropter

Pro officio capitanei

Priori domino capitaneo Francisco Maczan praegestum officium resignante, pro quo candidabantur domini idem Franciscus Maczan, Michael Krajachich et Nicolaus Sostarich, ex quibus dominus Franciscus Maczan ultro in officio capitaneatus confirmatus et adjuratus est.

Pro officio consulis

Priori domino consule Georgio Igerchich officio suo valedicente, candidabantur domini idem Georgius Igerchich, Nicolaus Sostarich et Michael Krajachich, ex quibus ellectus est prior dominus Georgius Igerchich, qui etiam in instanti officii juramentum deposuit; tandem

Pro officio judicis

Priori domino judice Nicolao Babochay pariter officium judicatus resignante, ideo pro eodem quoque officio candidabantur domini idem Nicolaus Babochay, Josephus Spissich et Nicolaus Sostarich, ex quibus prior dominus Nicolaus Babochay ellectus et confirmatus est, qui etiam inclytate in domo praetorea senatorea praesente utroque magistratu officii sui juramentum deposuit.

Quo ellecto datoque majori campanae signo processit uterque magistratus cum domino judice ad parochialem divo Marco Evangelistae sacram ecclesiam, ubi decantato hymno Ambrosiano actisque Deo Omnipotenti gratiis tandem intra frequentiorem dominorum senatorum et ellectae communitatis comitivam antelatus dominus judex ad propria recessit taliterque pro hoc die actus praemissae magistratualis restaurationis terminatus est.

Anno domini 1785. die vero 4a ejusdem mensis februarii, Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Georgio Igerchich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Carolo Fröschll, Antonio Reitter et Nicolao Sostarich juratis senatoribus, ex ellecta vero communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek fisco, Nicolao Hozjak, Josepho Ladessich, Georgio Gallich, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Josepho Draskoczy, Mathia Koosz, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, Stephano Mlinarich, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Joanne Baptista Bachiny, Stephano Briglevich, Petro Blasekovich, Carolo Kotsche et Petro Pransperger juratis assessoribus, continuata est magistratualis restauratio; occasione qua

Primo: domino Joanne Frankovich in officio decani ac una sylvarum inspectoris citra candidationem per interiorem et exteriorem magistratum unanimi conclamatione confirmato, cui etiam seria sylvarum inspectio recomendata est.

Secundo: ita etiam fori inspectores domini Georgius Gallich et Nicolaus Hozjak citra candidationem confirmati sunt, quo autem debita administratio in macellis publicis carnium magis procuretur, neve in obversum limitationis carnes deterioris sortis sub specie bonae per laniones aequali pretio distrahuntur, verum iidem laniones limitationi publicae semet ex asse consoment ac una seriatim ad satisfaciendum populo abundantibus carnibus provisi sint, superintendentia domino capitaneo civitatis Francisco Maczan delata habetur.

Tertio: caminorum inspectores in interiori civitate domini Georgius Luketich et Ignatius Nunkovich; in exteriori vero seu suburbiis domini Carolus Kotsche et Petrus Pransperger constituti sunt, quibus solers inspectio amore publici recomendata est, particulariter autem extra civitatem constitutis data est ea incumbentia ut, quoniam domini Petri Blasekovich domus ex non habito camino et culina nimium ruinosa periculo facile exorituri incendii obnoxia esse exponeretur, hanc cum interventu domini capitanei civitatis et spacicaminarii quootius visitent ac pro casu quo periculum subversari adinvenerint inquilinos ab ulteriori extructione ignis sub poena in casum non observandae inhibitionis aresti inhibeant, magistratui desuper relationem facturi.

Quarto: castellanus Mathias Churlekovich adusque titulo provisorio post fata Andreae Grebenich constitutus pro reali ellectus est. Quarteriorum magister, sacrista et campanatores ecclesiae s. Marci ultro confirmati sunt; demum

Quinto: concivilitatem sui assumptionem postulantes legitimatis more solito legitimandis erga benigne definitam taxam, citraque religionis discrimen assumpti sunt. Quibus peractis perque dominum judicem civitatis dominis emeritis rationantibus de rationibus suis in quantum exhaerentibus quootius magistratui praesentandis praemonitis gratiose concessu pro hoc anno absque interventu commissarii regii magistratualis restauratio absjue ullius offensione cumque exemplari animorum conjunctione terminata est.

Schema
seu status personalis et salarialis utriusque
magistratus et quidem interioris seu
dominorum senatorum

1o Nicolaus Babochay judex, nobilis Croata, qua realis cum salario florenorum 60 et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor.

2do Georgius Igerchich, Croata, semet subscribere sciens, qua consul cum salario florenorum 60.

3tio Franciscus Maczan, capitaneus, Croata, Zagrabiensis, literatus qua capitaneus habens salarium florenorum 20.

4to Georgius Felijak, Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et plurium dominiorum fiscalis.

5to Josephus Spissich, nobilis Croata, emeritus civitatis hujus notarius et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor.

6to Carolus Fröschll, Austriacus, pharmacopaeus, Germanicae et Latinae litteraturae gnarus.

7mo Ignatius Verbega, ex Carniolia oriundus, Regni physicus, Germanicam, Croaticam et Latinam litteraturam calet.

8vo Antonius Raitter, Styrus, in Germanico et Croatico idiomate litteratus, localis postae magister et lusus lotto collector.

9no Nicolaus Sostarich, Hungarus, Hungaricam, Croaticam et Latinam linguam et scripturam calet.

10o Michael Krajachich, nobilis Croata, emeritus inclyti Comitatus Zagrabiensis vicejudex nobilium.

Quorum singulus qua senator ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenos 130 id est centum triginta.

Series communitatis seu
dominorum assessorum

1mo Paulus Gorup, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 200.

2o Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus, inclyti Comitatus Crisiensis ordinarius fiscalis, Ven. capituli Chasmensis notarius et actualis civitatis fiscus cum salario florenorum 50.

3tio Nicolaus Hozjak, Croata, semet subscribere sciens, professione sua nodifex et secundarius fori inspector cum salario florenorum 12.

4to Josephus Ladessich, nobilis Croata, illiteratus, professione sua nodifex et capellae Patienstis Christi cum salario florenorum 30 aedituus nec non civitatis vexillifer cum salario floreni 1, cruciferorum 30.

5to Georgius Gallich, nobilis Croata, subscriptionis gnarus, professione sua cothurnarius, primarius fori inspector cum salario florenorum 12, ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 30 et capellae s. Rochi cum salario florenorum 6 aedituus.

6to Joannes Frankovich, nobilis Croata, Croatice et Latine litteratus, decanus et sylvarum inspector cum salario florenorum 50 prout et xenodochii praefectus cum pari florenorum 50 salario.

7mo Franciscus Kantily, Croata, litteratus et bonorum Ladislao-Erdödyanorum Jaszkensium provisor.

8vo Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, juratus fori utriuque causarum advocatus diversorumque dominorum fiscalis.

9no Mathias Kosz, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium.

10o Simon Kustreba, Croata, litteratus, bonorum Ludovico-Erdödyanorum inspector.

11o Mathias Kossutich, Croata, illiteratus, ecclesiae s. Marci cum salario florenorum 15 et capellae s. Georgii cum salario florenorum 20 aedituus.

12o spectabilis dominus Balthasar Bussich, nobilis Croata, regnorum horum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae prothonotarius et inclyti Comitatus Crisiensis sedis judiciariae assessor.

13tio Ignatius Spissich, nobilis Croata, litteratus, civitatis hujus cum salario florenorum 75 camerarius.

14to Stephanus Mlinarich, Croata, litteratus, bonorum Keglevichianorum inspector et piarum summarum pupillorumque curator cum salario florenorum 130.

15to Antonius Novoszel, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et Venerabilis capituli Zagrabiensis fiscalis.

16to Josephus Czuliffay, nobilis Croata, litteratus.

17mo Michael Bless, Hungarus, litteratus et actualis civitatis cassae contributionalis quanti perceptor erga annuum florenorum 150 salarium.

18vo Joannes Baptista Bachiny, litteratus, inclyti Comitatus Zagrabiensis geometra et capellae s. Spiritus cum salario florenorum 8 aedituus.

19no Stephanus Briglevich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis cum salario florenorum 100 fiscalis.

20o Petrus Blasekovich, nobilis Croata, inclyti Comitatus Zagrabiensis emeritus ordinarius fiscalis et ejusdem Comitatus sedis judiciariae assessor.

21o Georgius Luketich, nobilis Croata, Suae Excellentiae Episcopalis provisor fiscalis, penes inclytam Tabulam judiciariam advocatus pauperum et Ven. capituli Zagrabiensis notarius actualis per interiorem civitatem cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

22o Ignatius Nunkovich, nobilis Croata, litteratus, professione sua chyrurgus, ad pontem sublicium cum salario florenorum 150 inspector et caminorum erga salarium floreni 1, cruciferorum 15 intra moenia civitatis visitator.

23tio Carolus Kotsche, Bohemus, litteratus, typographus et extra civitatem cum salario floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

24to Petrus Pransperger, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus, inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et pariter extra civitatem erga salarium floreni 1, cruciferorum 15 caminorum inspector.

Series magistratualis restaurationis pro anno millesimo septingentesimo nonagesimo celebratae

Anno domini 1790. die vero 3tia mensis mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea sub praesidio magnifici ac spectabilis domini Sigismundi Komaromy Suae Majestatis sacratissimae ad excelsum Consilium regium locumtenentiale Hungaricum regio cameralis administratoratus districtus Zagrabiensis administratoris et ad infraattactum magistratualis restaurationis actum speciali er delegati commissarii regii, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Georgio Igerchich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich et Ignatio Verbega realibus inlytis senatoribus, Paulo vero Gorup et Paulo Hainal ex resolutione, excellentissimi domini commissarii regii comitis Francisci Balassa titulo duntaxat provisorio officia senatoralia adusque obeuntibus, Georgio porro Felijak et Carolo Fröschl ab ultimo celebrato anno 1785. magistratuali restauratione fatis functis, Antonio demum Reitter, Nicolao Sostarich et Michaele Krajachich officia praegesta senatoralia valedicentibus, ex ellecta demum communitate dominis JosephoDraskoczy officium fisci modo provisorio aeque ex resolutione praetitulati domini commissarii regii sustinente, Nicolao Huzjak, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Stephano Mlinarich, Stephano Chegetek, Simone Kusztreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, Antonio Novoszel, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Stephano Briglevich, Georgio Luketich, Ignatio Nunkovich, Carolo Koche, et Petro Praunsperger juratis assessoribus, Josepho autem Ladessich, Georgio Gallich, Mathia Kosz, Balthasare Bussich, Joanne Bachiny et Petro Blasekovich ad aeternitatem evocatis celebratae magistratualis restaurationis

Acta

In obsequium gratiosae praetitulati domini magnifici ac spectabilis consiliarii et commissarii regii in merito suscipiendae pro hodierno die magistratualis restaurationis sub 30a mox evoluti mensis aprilis factae intimationis tam interior quam exterior liberae hujus et regiae civitatis Zagrabiensis magistratus in domo praetorea senatorea pro hora 8a matutina insimul congregatus, praeprimis et ante omnia implorando divini numinis auxilio ad parochialem ecclesiam s. Marci ordinate processit ubi audito eatenus celebrato missae sacrificio denuo comitando ex ecclesia praetitulatum dominum commissarium regium ad domum praetoream digressus est sedesque suas praetitulatus dominus commissarius regius in capite mensae magistratualis reliqui vero juxta senii ordinem occuparunt; quibus ita occupatis

Primo: exhibuit praetitulatus dominus commissarius regius gratiosum excelsi Consili regii locumtenentialis de dato 17ae mensis aprilis anni labentis sub numero marginali 12559/12561 ad se expeditum intimatum; tenore cujus praetitulato domino consiliario regio in conformitate clementissimae resolutionis regiae commissarii regii in celebranda magistratus hujus restauratione provocative tam in benignum mandatum regium restauratorium quam etiam jam eatenus distincti factam magis-

tratui huic intimationem authoritas defertur unaque disponitur, ut non minus fine ejusdem instituendae restaurationis terminus ocius praefigatur, quam etiam annuales penes advoluto exemplaria resolutiones submittantur, quo publice utrique magistratui clare relecto et explanato.

Secundo: Exhibuit in continenti benignum quoque Suae Majestatis sacratissimae regio apostolicae medio excelsae cancellariae regiae Hungarico-Transylvanicae aulicae de dato 12ae aprilis anni currentis ad numerum 4502 Viennae, Austriae expeditum, adque magistratum interiorem et exteriorem directum mandatum restauratorium mediante, quo clementer praecipitur, ut in civitate hacce magistratualis restauratio cum interventu commissarii regii pro hac vice per excelsum Consilium regium locumtenentiale denominandi usque ulteriorem tamen benignam ratihabitionem semotis quibusvis simultatibus et respectibus verum prae oculis boni publici et altissimi servitii regii rationem habendo paccate, decenter et concorditer peragatur, superque totius peragendae restaurationis serie conformiter ad praescriptam in anno 1783. modalitatem relationes in duobus exemplaribus uno excelsae cancellariae regiae Hungarico-Transylvanico-Aulicae, altero excelso Consilio regio locumtenentiali Hungarico intra spatium unius mensis penes transmissionem quoque exhaerentium rationum submittantur, cujus modi etiam benigno mandato restauratorio in homagiali devotione excepto, publiceque perlecto et in vernacula lingua interpretato; demum

Tertio: lectum est gratiosum excelsi Consilii regii locumtenentialis de dato 17ae mensis aprilis, anni labentis ad numerum 12559/12561 ad magistratum hunc et ellectam communitatem expeditum intimatum, contextu cujus in consequentiam circa restituendas in pristinum statum liberas et regias civitates emanatae dispositionis Suam Majestatem sacratissimam ea benigne resolvisse intimatur.

1mo Ut status personalis juridicialis etiam tractaturus in civitatibus illis, ubi pro emolumento ipsorum regulatus fuit, in reliquis autem ita, ut subsistit porro maneat, quo tamen magistratus ad debitum statum ponantur, quemadmodum in omni civitate commissarius regius ita etiam in hac dominus magnificus Sigismundus Komaromy regio cameralis administrator Zagrabiensis cujus erit terminum restaurationis praefigere, denominatus habeatur.

2do Restauratoriae liberis civium votis agantur, subjectaque applicanda absque factionibus et religionis discrimine, sed habita meritorum et qualitatum ratione examine tamen elligibilitatis et decreto cessante proponantur, domini nihilominus commissarii regii officii erit, ne unius religionis homines prae alterius subjectis longe potentiores evadant, uti autem in privilegiis numerus cujusvis religionis definitus esset, iisdem ultro standum esse.

3tio Subjecta per fungentes supremos comites citra ellectionem civium officiis admota tamquam modo provisorio considerata restaurationi subjicienda, e contra autem per ellectionem civium applicita in officiis suis relinquenda esse et siquae circa personam alicujus occurrerent reflexiones eadem domino commissario regio ocasione restaurationis proponendae per hunc vero excelso Consilio regio locumtenentiali repraesentandae erunt.

4to Correspondentiae in futurum cum excleso Consilio regio locumtenentiali ut foveantur.

5o Listas censorias ita etiam obligationem praestandi a salariis apud civicos magistratus subsidii bellici a prima februarii anni currentis penitus cessare et si quidpiam ab eo tempore per quampiam personam magistratualem solutum fuisset, eidem restituendum fore.

6o Inductum ordinem circa rationes et cassas sequaciter et mutuam inter perceptorem et camerarium civitatis controleriam porro quoque manere.

7o Negotia pupillaria sub directionem excelsi Consilii regii locumtenentialis recidere, more antiquo manipulanda.

8o Realitatem venditiones continuandas, ab illatione tamen ad fundum publicum pecuniarum exinde promanantium supersedendum esse.

9no Salis, tabaccae, buthiri et candelarum liber quaestus ac epocillatio vinorum, ubi regulata est usque quo in Regni comitiis quid eatenus sanciatur, relinquendo in statu suo sunt.

10o Ut in futurum quo magistratuales restaurationes accurate in diebus privilegialibus celebrari valeant, pro mandatis restauratoriis tempestive apud excelsam cancellariam regiam Hungarico-aulicam semet magistratus insinuent, de qualiter autem peractis restaurationibus relationes suas et eidem excelsae cancellariae et excelso Consilio regio locumtenentiali in conformitate normalis de anno 1785. dispositionis emanatae submitant; demum

11o Officiales civitatenses, qui juxta benignam anno 1787. editam resolutionem cum pensionibus in civitatibus sufficienti fundo provisis jubilati sunt, pro praeterito in statu pensionum permanenat in futurum autem velut in antiquo systemate jubilationali pensione non praeexistente, pensiones expirant tam quoad ipsos servientes quam etiam eorundem viduas.

Publicatis itaque praeviis benignis resolutionibus regiis in obsequium harum utpote puncto 3tio expressae dispositionis domini Paulus Gorup et Paulus Hainal, quia per excellentissimum dominum fungentem supremum comitem citra ellectionem communitatis titulo duntaxat provisorio officiis senatoralibus adnoti fuissent, adeoque restaurationi officia eorumdem subjicienda quamadmodum etiam dominus Josephus Szacherich ex identitate rationis officium notariale quod praegesserat, resignarunt, qua facta resignatione, priore horum domino Paulo Gorup sedem suam assessoralem occasione assumpti senatoratus sibi reservatam recipiente, posterioribus vero velut ex numero assessorum ad praehabita officia non evocatis e domo praetorea recedentibus; tandem

Quarto: Lecta est benigne praescripta circa qualiter peragendum magistratualis restaurationis actum, quave occasione ejus observanda haberentur, idaea hacque vernacula lingua explanata praetitulatus dominus commissarius regius restaurationem inchoaturus brevem ad magistratum interiorem et exteriorem seu electam communitatem allocutionem praemissit, adhortando reflexe tam ad benigni mandati regii restauratorii quam etiam emanatarum medio excelsi Consilii regii locumtenentialis resolutionum continentias, quo communibus viribus bonum publicum et summi terrae principis servitium prae oculis habendo uter-

que magistratus in replendis vacantibus sedibus ac etiam ad officia promovendis subjectis, quae sibi magis idonea videbuntur, cooperari studeat.

Antequam tamen ad candidationem pro replendis vacantiis per praetitulatum dominum commissarium regium condescensum fuisset erga datam per dominum Nicolaum Sostarich instantiam mediante qua sui in sedem senatoralem cui ex defectu linguae Germanicae valedicere necessitabatur repositionem institit ea obmota questio an nempe tam dominus Nicolaus Sostarich quam etiam dominus Michael Krajachich pariter ex eadem causa officio senatorali semet subinde abdicans, qua jam semel per communitatis vota electi rationeque eorundem resignationis de praesenti cessante, ad praegesta officia reponendi essent. Superanda videbatur quam praetitulatus dominus commissarius regius facta ea declaratione quod circa talium repositionem cum nec Suae Majestatis sacratissimae benigna resolutio aut excelsi Consilii regii locumtenentialis intimatum ullam mentionem faciat, sed neque eatenus privativa quapiam sibi data haberetur instructio per consequens semet ad annullationem vel correctionem actus commissariatici ex altiori dispositione facti immittere non posse, negative decidere dignabatur quidem nihilominus tamen quod dominus Nicolaus Sostarich sui accommodationem desiderantem gradatim primo ad assessoratum dein autem in senatorem, si qua assessor electus fuerit candidare votisque communitatis substernere, dominum autem Michaelem Krajachich, ex quo idem potissimum extra gremium civitatis in bonis suis residens nec pro praesenti actu restaurationis in civitate esset neque accomodationem suam sollicitaret, ex candidatione sua semet exmittere velle declaravit. Quapropter etiam inchoato actu restaurationis

Pro replenda prima per mortem Josephi Ladessich vacante sede assessorali candidabantur per dominum regium commissarium

1o Antonius Reitter,
2o Nicolaus Sostarich,
3o loco Josephus Szmendrovich,

ex quibus potioritate votorum electus est dominus Nicolaus Sostarich, qui in continenti assessorale deposuit juramentum.

Pro secunda replenda sede assessorali per mortem Georgii Gallich vacante candidati erant domini

1o Antonius Raitter,
2o Josephus Szmenkovich et
3o Paulus Hainal,

e numero quorum electus et adjuratus est dominus Paulus Hainal.

Pro tertia vacante sede assessorali in locum fatis functi domini Matiae Koosz candidabantur domini

1o Julius Dikovich,
2o Josephus Szacherich,
3o Sigismundus Byff,

ex quibus ellectus est dominus Julius Dikovich, qui etiam in continenti adjuratus est.

Pro quarta sede assessorali per mortem domini Balthasaris Bussich vacante candidati erant domini

1o Thomas Mihanovich,
2o Josephus Szacherich,
3o Sigismundus Byff,

ex quibus ellectus et adjuratus est dominus Thomas Mihanovich.

Pro quinta sede assessorali per mortem domini Joannis Bachiny vacante ex candidatis dominis

1o Josepho Szacherich,
2o Michaele Kaizer et
3o Martino Baranay,

ellectus et adjuratus est dominus Josephus Szacherich.

Demum pro sexta vacante per mortem domini Petri Blasekovich sede assessorali candidabantur domini

1o Sigismundus Byff,
2o Michael Kaizer et
3o Martinus Baranay,

ex quibus ellectus et adjuratus est dominus Martinus Baranay.

Tandem redintegrata praevia modalitate ellecta communitate pro Replenda prima sede senatorali vacante candidabantur domini

1o Nicolaus Sostarich,
2o Paulus Hainal et
3o Josephus Czuliffay,

ex quibus potioritate votorum ellectus et in continenti juramento judiciali adjuratus est dominus Nicolaus Sostarich.

Quia porro per electionem hujus in senatum vacantia in electa communitate enata fuisset, itaque

Pro septima hac replenda sede assessorali candidabantur domini

1o Chernich Josephus,
2o Popovich Joannes et
3o Barich Josephus,

ex quibus electus et confirmatus est ac adjuratus est dominus Joannes Popovich.

Hac assessorali sede repleta, denuo digressum est ad complendam secundam vacantem sedem senatoralem

Pro qua candidabantur domini

1o Paulus Hainal,
2o Simon Kusztreba et
3o Stephanus Mlinarich,

ex quibus electus et adjuratus est dominus Paulus Hainal.

Ex quo autem per hujus quoque promotinem una sedes assessoralis vacaret, ex eo

Pro octava replenda sede assessorali candidabantur domini

1o Chernich Josephus,
2o Kaizer Michael et
3o Barich Josephus,

ex quorum numero electus et adjuratus est dominus Josephus Barich.

Tandem vero tam interiori quam exteriori magistratu jam ex integro completo inchoata fuit in interiori magistratu et fisci officiorum restauratio; ita pro

Officio fisci

Domino Josepho Draskoczy officium fisci quod titulo provisorio sustinuerat resignante candidati erant domini

1o idem Josephus Draskoczy,
2o Paulus Gorup et
3o Martinus Baranyai,

ex quibus potioritate votorum electus est dominus Josephus Draskoczy qui etiam in continenti officii sui deposuit juramentum; dein

Pro officio capitanei

Domino Francisco Maczan officium capitaneatus in obsequium instructionis idaealis aeque resignante pro quo candidabantur domini

1o idem Franciscus Maczan,
2o Paulus Hajnal et
3o Georgius Igerchich,

ex quibus electus et confirmatus est prior dominus Franciscus Maczan qui etiam in continenti adjuratus extitit.

Pro officio consulis

Priore domino consule Georgio Igerchich officio suo suprascripta modalitate valedicente candidati erant domini

1o idem Georgius Igerchich sub spe tamen rati altioris,
2o Josephus Spissich et
3o Nicolaus Sostarich,

ex quibus prior dominus Georgius Igerchich pluralitate votorum ellectus est qui etiam subinde officii sui in parochiali ecclesia s. Marci tacto sacro Dei Evangelio deposuit juramentum; finaliter

Pro officio judicis

Priore domino judice Nicolao Babochay officium judicatus pro more rescripto resignante candidabantur domini

1o idem Nicolaus Babochay,
2o Josephus Spissich et
3o Nicolaus Sostarich,

ex quibus prior dominus Nicolaus Babochay potioritate votorum electus et confirmatus est, qui etiam sub majoris campana pulsu cum praetitulato domino commissario regio ad parochialem divo Marco sacram ecclesiam deductus ubi praevie decantato hymno Ambrosiano ante magnam aram coram exposito Venerabili tactoque sacro Evangelio solenne officii deposuit juramentum et abinde primo idem praetitulatus dominus commissarius regius intra frequentiorem utriusque magistratus commitivam dein autem praenominatus judex civitatis ad proprias aedes recesserunt; atque taliter praemissa restaurationis solennitas pro hodierno die terminata est.

Die 4ta ejusdem mensis mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea sub praesidio supratitulati domini commissarii regii praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Georgio Igerchich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Ignatio Verbega, Nicolao Sostarich et Paulo Hajnal juratis senatoribus, ex electa vero communitate Josepho Draskoczy fisco, Nicolao Huzjak, Joanne Frankovich, Francisco Kantily, Stephano Chegetek, Simone Kusztreba, Michaele Bless, Josepho Czuliffay, Stephano Mlinarich, Ignatio Spissich, Mathia Kossutich, Stephano Briglevich, Paulo Gorup, Ignatio Nunkovich, Carolo Koche, Petro Pransperger, Julio Dikovich, Thoma Mihanovich, Josepho Szacherich, Martino Baranyai, Joanne Popovich et Josepho Barich, dominis vero Antonio Novoszel et Georgio Luketich absentibus, continuata magistratus exterioris restauratio; occasione qua

Praetitulato domino commissario regio id proponente: quod siquidem dominus Paulus Gorup sub ultima restauratione communibus votis electae communitatis ad officium notariale, quod annuali restaurationi non subesset, promotus fuisset, introducto autem idiomatis Germanici in magistratu usu licet ad senatum interiorem titulo provisorio accommodatus exstitisset, cum tamen hic quoque in juridicis potissimum calamum duxerit et in Germanico dumtaxat eidem alter suffectus fuisset, an non officio notariali relinquendus aut vero idem officium restaurationi et electioni communitatis subjiciendus esset. Ad cujusmodi propositionem electa communitate reponente officium ejus notariale per factam eidem alterius notarii surrogationem interruptum fuisse, per consequens quemadmodum dominus Nicolaus Sostarich officium senatorale citra novitus factam sui electionem adire nequaquam poterat, ita quoque officium notariale sub electionem cadere, quapropter candidabantur domini

Pro officio notariali

1o idem Paulus Gorup,
2o Stephanus Chegetek et
3o Julius Dikovich,

ex quibus compluribus votis electus est primo loco positus dominus Paulus Gorup qui in continenti juramentum officii deposuit.

Pro officio pupillorum piarumque summarum curatoratus

Priore pupillorum curatore praegestum officium curatorale sub nomine provisorio domino Paulo Gorup resignante, pro eodem candidabantur domini:

1o Thomas Mihanovich,
2o Julius Dikovich et
3o Josephus Szacherich,

ex quibus electus est et adjuratus dominus Julius Dikovich.

Pro officio perceptoris

Priore Mathia Giraudon perceptore officium perceptorale titulo provisorio praehabitum resignante et ideo quia duntaxat linguae Germanicae gnarus foret, officium porro hocce in futurum idiomate Latino manipulandum veniret verum etiam quia tale adusque semper per individua electae communitatis gerebatur ex candidatione exmisso, candidabantur domini:

1o Stephanus Mlinarich,
2o Thomas Mihanovich et
3o Josephus Szacherich,

ex quibus electus et adjuratus est Stephanus Mlinarich.

Pro officio camerarii

Priore camerario domino Thoma Petrovich hoc officium quod aeque titulo provisorio sustinuerat resignante, quo etiam velut in gremio electae communitatis non existente in candidatione praeterito candidati erant domini:

1o Thomas Mihanovich,
2o Joannes Popovich et
3o Josephus Barich,

ex quibus electus et adjuratus est dominus Thomas Mihanovich, cui etiam siquidem officium hoc ob exiguum salarium florenorum 75 molem e contra laborem tam ducendarum rationum camerarialium quam et agendae in cassa contributionali contraleriae in dies praesentiam suam in officii loco in domo praetorea ordinato exigentium occasione cujuslibet restaurationis cum difficultate idoneo individuo velut potioribus ex electa communitate sui candidationem et electionem deprecantibus sed nec neo electo quam sub spe auctionis salarii assummente provideretur ad tollendas itaque in futurum has difficultates, proportionandamque et laboribus et salario perceptoris annui florenorum 150 habentis nec tamen plus camerario oneris sustinentis mercedem, communibus opinionibus in eo coalitum erat, ut floreni 25 annui salarii adjiciantur, ratione cujusmodi etiam aucti salarii, ut benigna ratihabitio a sua Majestate sacratissima in praestanda in puncto qualiter peractae actualis restaurationis relatione exoretur, ordinatum est.

A constitutione decani usque quo circa projectatam excelso Consilio regio locumtenentiali bonorum civitatis exarendationem gratiosa resolutio superventura est, supersedendum esse censebatur, ideoque domino provisore Michaele Kaizer interea in officio suo relicto, quia autem exponebatur, quod instructioni suae semet exacte pro praeterito non conformasset, ob id dispositum est, ut omni hebdomada sub praesidio domini consulis deputatio aeconomica cum interventu dominorum fisci Josephi Draskoczy et Julii Dikovich munus actuarii gesturi celebretur. In quo accurate laborum dispositiones fiant robottaeque computus de septimana in septimanam ducatur, praestitique laboratores improthocollentur ac etiam intesserentur per consequens exacte dominus provisor habitae suae instructioni semet conformare non intermittat.

Pro officio praefecti xenodochii

Priore praefecto domino Francisco Maczan, titulo provisorio praehabitum officium resignante, pro hoc candidati erant domini:

1o Nicolaus Huzjak,
2o Ignatius Spissich et
3o Martinus Baranyai,

ex quibus potioritate votorum electus est dominus Nicolaus Huzjak qui etiam consuetum eatenus juramentum deposuit.

Pro aedituo s. Marci

Prior aedituo domino Hajnal, officium hoc quod aeque titulo provisorio habuit resignante, candidabantur domini:

1o Josephus Czuliffay,
2o Ignatius Nunkovich et

3o Carolus Koche,

ex quibus electus est Carolus Koche una etiam vices sub aeditui obiturus cujus salarium quoque idem habiturus est, consuetumque eatenus juramentum deposuit.

Pro aedituo capellae Patientis Christi

Priori aedituo domino Stephano Chegetek pro candidatis adjuncti sunt domini

2o Simon Kusztreba et
3o Thomas Mihanovich,

ex quibus dominis Stephanus Chegetek confirmatus et adjuratus est.

Pro aedituo s. Spiritus

Dominus Petrus Pransperger omnium conclamatione electus et juramento adstrictus est.

Pro aedituo s. Xaverii

Dominus Josephus Szacherich aeque omnium votis creatus est eatenusque deposuit juramentum.

Pro aedituo capellarum s. Georgii et Rochi

Hoc officio per campanatores titulo provisorio administrato adeoque etiam sub restaurationem pro usu antiquitus recepto cadente, pro quo etiam candidabantur domini:

1o Mathias Kossutich,
2o Ignatius Spissich et
3o Josephus Barich,

ex quibus electus et adjuratus est dominus Mathiak Kossutich.

Pro aedituo s. Joannis Nepomuceni

Circumspectus Josephus Schirnprond, gremialis civis et mercator, ex habita singulari erga hancce capellam devotione adusque aedituatum et curam capellae gerens ultro quoque confirmatus est.

Pro inspectore sylvarum

Candidabantur domini:

1o Joannes Frankovich,
2o Ignatius Spissich et
3o Josephus Barich,

ex quibus electus juramentoque adstrictus est dominus Joannes Frankovich.

Pro fori inspectoribus

Communiter denominati sunt domini Ignatius Spissich et Martinus Baranyai.

Inspectores caminorum

Intra moenia domini Julius Dikovich et Martinus Baranyai extra moenia vero civitatis domini Thomas Mihanovich et Josephus Szacherich denominati sunt, super visita caminorum reperiendisque seu circa caminos seu etiam culinas defectibus singulis quatuor anni temporibus sub juramento officii assessoralis accuratam genuinamque magistratui consuetam relationem facturi.

Praevia itaque modalitate restauratis officiis in electa communitate existentibus per dominum judicem civitatis eo proposito, ut cum acta

magistratualia in disordine ita essent, ut subinde occurrente alicujus instrumenti necessitate tale admodum difficulter reperiatur, nonnumquam etiam intra faragines scriptorum nec invenibile sit, sed etiam in casum domini notarii infirmitatis dominis senatoribus negotiis sui officii occupatis, nullus qui vices aegrotantis interea obiret, prompte adesset, unde non modo negotiorum retardatio, verum etiam nec ea, quae desideraretur dispositionum effectuatio accurate sequeretur, an non itaque e re civitatis hujus foret, si regestrator una etiam in occursuris circumstantiis notarium suppleturus constitueretur.

In ordine ad quam factam propositionem communibus utriusque magistratus votis, accedente etiam gratiosa supratitulati domini commissarii regii opinione pro eligendo regestratore et vicenotario coalitum est, pro quo etiam officio erga annuum florenorum 150 salarium dominus Josephus Szacherich, cui caeteroquin archivum in aliqua parte velut in novo systemate praeexistenti notario notum esset, denominatus et adjuratus est pro ratificatione cujus apud Suam Majestatem sacratissimam humillime exorandum ordinavit magistratus cum electa communitate taliterque totus magistratualis restaurationis actus terminatus est.

Quo etiam ita terminato supratitulatus dominus commissarius regius praevie facta utrique magistratui negotiorum publicorum et servitii summi terrae principis recommendatione tabellarumque annualium magistratui pro appromptatione exhibitarum accelleratione proximiori commissa, e domo praetorea recessit.

Schema seu status
personalis et salarialis utriusque magistratus
interioris et exterioris, et quidem interioris
magistratus seu
dominorum senatorum

1o Dominus Nicolaus Babochay, nobilis Croata, bene litteratus, actualis judex qua talis cum salario florenorum 60.

2o Dominus Georgius Igerchich, Croata, se commode subscribere sciens, actualis consul qua talis cum salario florenorum 60.

3o Dominus Franciscus Maczan, Croata, Zagrabiensis, litteratus, actualis capitaneus qua talis cum salario florenorum 20.

4o Dominus Josephus Spissich, nobilis Croata, utriusque juratus causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor.

5o Dominus Ignatius Verbega, ex Carniolia oriundus, Regni physicus, Germanicam, Croaticam et Latinam litteraturam calens.

6o Dominus Nicolaus Sostarich, Hungarus, Hungaricam, Croaticam et Latinam linguam et scripturam calens.

7o Dominus Paulus Hainal, nobilis Croata, Croaticam, Germanicam et Latinam linguam et scripturam calet.

Quorum singulus qua senator ex cassa civitatis titulo annualis salarii habet florenorum 130 id est centum triginta.

Series communitatis
seu dominorum assessorum

1o Dominus Paulus Gorup, Croata, Zagrabiensis, juratus fori utriusque causarum advocatus et actualis civitatis notarius cum salario florenorum 200.

2o Dominus Josephus Draskoczy, nobilis Hungarus, fori utriusque juratus causarum advocatus et plurium dominiorum provisor fiscalis, et actualis civitatis fiscus cum salario florenorum 50.

3o Dominus Josephus Szacherich, Croata, literatus, civitatis archivii regestrator et vicenotarius cum salario florenorum 150 uti et caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15 ac etiam aedituus s. Xaverii capellae.

4o Dominus Nicolaus Huzjak, Croata, illiteratus, professione sua nodifex, xenodochii praefectus cum salario florenorum 50.

5o Dominus Joannes Frankovich, nobilis Croata, litteratus, sylvarum inspector cum salario florenorum 50.

6o Dominus Franciscus Kantily, Croata, litteratus et bonorum Ladislao-Erdödyanorum Jaszkensium provisor.

7o Dominus Simon Kusztreba, Croata, litteratus, bonorum Ludovico-Erdödyanorum emeritus inspector.

8o Dominus Stephanus Chegetek, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus et inclyti judicii subalterni Zagrabiensis emeritus assessor, actualis capellae Patientis Christi cum salario florenorum 30 aedituus.

9o Dominus Mathias Kossutich, Croata, illiteratus, professione sua sartor, capellarum s. Georgii et s. Rochi cum salario florenorum 31 aedituus.

10o Dominus Ignatius Spissich, nobilis Croata, litteratus, fori inspector cum salario florenorum 12.

11o Dominus Stephanus Mlinarich, Croata, litteratus, bonorum Josepho-Keglevichianorum emeritus administrator et cassae civitatis perceptor cum salario florenorum 150.

12o Dominus Antonius Novoszel, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et illustrissimi domini praesulis Zagrabiensis comes curialis.

13o Dominus Josephus Czuliffay, nobilis Croata, litteratus et inclyti Comitatus Zagrabiensis juratus assessor.

14o Dominus Michael Bless, Hungarus, litteratus et bonorum Cameralium Rhemetensium provisor.

15o Dominus Stephanus Briglevich, nobilis Croata, fori utriusque juratus causarum advocatus et actualis civitatis fiscalis cum salario florenorum 100.

16o Dominus Georgius Luketich, nobilis Croata, inclytae regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae sedis judiciariae districtualis assessor.

17o Dominus Ignatius Nunkovich, nobilis Croata, litteratus, professione sua chyrurgus.

18o Dominus Carolus Koche, Bohemus, litteratus, typographus et ecclesiae s. Marci aedituus cum salario florenorum 45.

19o Dominus Petrus Pransperger, nobilis Croata, juratus fori utriusque causarum advocatus et inclyti Comitatus Zagrabiensis judex nobilium et capellae s. Spiritus cum salario florenorum 6 aedituus.

20o Dominus Julius Dikovich, Croata juratus fori utriusque causarum advocatus et pupillorum piarumque summarum curator cum salario florenorum 150 et caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

21o Dominus Thomas Mihanovich, nobilis Croata, litteratus, inclyti Comitatus Zagrabiensis juratus assessor et actualis camerarius civitatis cum salario florenorum 100 et caminorum inpector cum salario floreni, 1 cruciferorum 15.

22o Martinus Baranyai, Hungarus, litteratus, professione sua chyrurgus et fori inspector cum salario florenorum 12 ita et caminorum inspector cum salario floreni 1, cruciferorum 15.

23o Dominus Joannes Popovich, Croata, litteratus, emeritus bonorum Szermagianorum provisor.

24o Dominus Josephus Barich, Croata, litteratus, emeritus illustrissimi domini baronis Magdalenich rationista.

1792.

Anno domini 1792. die vero 7a mensis septembris Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Georgio Igerchich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Ignatio Verbega, Nicolao Sostarich senatoribus, ex ellecta item communitate Josepho Draskoczy fisco, Georgio Luketich, Stephano Chegetek, Stephano Briglevich, Nicolao Hoziak, Francisco Kantilly, Mathia Kossutich, Josepho Czulliffay, Joanne Frankovich, Michaele Bless, Paulo Gorup, Petro Praunsperger, Carolo Kotsche, Ignatio Spissich, Ignatio Nunkovich, Martino Baronay, Stephano Mlinarich, Josepho Barich, Josepho Szacherich, Julio Dikovich, Mathia Mihanovich assessoribus, Mathia item Verchkovich ordinario et Josepho Serjavich vicenotariis, Simone vero Kusztreba ac Antonio Novoszel absentibus, Georgio vero Popovich infirmitate impedito celebratae magistratualis restaurationis

Acta

Peractis praevie in parochiali s. Marci ecclesia divinis et sancti Spiritus invocatione more consueto facta, exinde vero tam interno quam externo magistratu in domum praetoream semet recipiente ibidemque in pleno considente

Lectum et publicatum est gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae sub dato 27ae julii anni currentis et numero 10477 emanatum intimatum vi cujus eadem excelsa Camera benignum Suae Majestatis sacratissimae mandatum restauratorium magistratui huic et cum comissione transponit, quo in ejusdem conformitate hic idem magistratus restaurationem suam singulis caeteroquin eatenus clementer praescriptis observandis absque interventu comissarii regii peragat. Super hac vero qualiter peracta relatione suam intra normaliter praescriptum unius mensis curriculum una cum solitis periodicis Tabellis in tribus exemplaribus, in uno quidem directe cancellariae regiae Hungarico-aulicae, in duobus vero antelatae excelsae Camerae Hungarico-aulicae submittat. Post hoc

Lectum est idem antelatum benignum Suae Majestatis sacratissimae via excelsae cancellariae de dato 8ae martii anni currentis sub numero 51/2345 ad magistratum hunc expeditum restauratorium mandatum tenore cujus altefata Sua Majestas sacratissima clementer praecipere dignata est, ut civitas haec magistratualis suae restaurationis actum pro hac vice absque interventu comissarii regii intra quindenam a dato percepti benigni mandati computandam usque ulteriorem nihilominus ratificationem regiam peragat et terminet. Quapropter tenore ejusdem benigni mandati sui regii clementer praecipit, ut civitas haec homagialem erga Suam Majestatem sacratissimam devotionem prae oculis habendo, semotis quibusvis privatis respectibus in ordine quoad praefatam restaurationem suam omnia ea quae pro antevertendo quopiam Romano-catholicae fidei praejudicio, altissimi item servitii promotione, publico civitatis commodo, justitiae accurata administratione et peculii hujus regii conservatione et augmento proficua videbuntur, pacate et concorditer tractet. Methodo restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptam accurate observata senatorales et alias subalternorum officiorum, si quae adsunt vaccantias habilibus ac idoneis subjectis, usque tamen ulteriorem benignam ratificationem regiam adimplere, neque secus juramentum ab his, qui ad officia quaepiam admoti seu in civium numerum recepti fuerint, modalitate normaliter praescripta reflexe tamen ad articulum 26um novissimae diaetae acceptare ac totum internum civitatis statum debite proque majori peculii regii incremento regulare studeat. Tandem vero super totius magistratualis restaurationis praevia ratione peragendae serie cum adnexa in interiori et exteriori senatu constitutorum, uti et neoreceptorum civium et horum taxae specificatione religionis item conditionis literaturae et qualitatum ad officium requisitarum expressione relationem in duplici exemplari, in uno quidem Cancellariae regiae Hungarico-aulicae, in alio vero excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae intra spatium unius mensis submittat. Caeterum rationes quoque debite confectas ad loca consueta transmittat et utrum ab ultima etiam restauratione aliquas pro quot aut quibus annis suis locis submiserit, vel cur id intermiserit, genuinam informationem praestet.

His praevia ratione publicatis, siquidem annus militaris cum angaria ultimo octobris finem semper acciperet, ideoque individua rationariam rem tractantia ad evitandam quampiam in rationibus facile enasciturам confusionem pro nunc restaurationi eo minus subjicienda viderentur, quod privilegiali etiam restaurationis divi quippe Blasii die eorundem rationibus obnoxiorum individuorum restaurationem haud suscipere, verum in ultimos mensis octobris dies finem quippe militaris anni rejicere, praecedentibus annis in consuetudinem inductum sit, an ergo eo non obstante, quod anni militaris evolutio intra bimestre superventura sit, praefatorum rationibus obnoxiorum individuorum magistratualium restauratio praesenti occasione instituenda vero in finem anni militaris reicienda sit, magistratus et ellectae communitatis decisioni substravit dominus judex.

Super cujusmodi propositione inter senatum utriusque ordinis facta concertatione, eoque pro sufficienti motivo adinvento, quod ad evitandam omnem in rationibus cujusvis ordinis praemetuendam nefors confusionem domini nunc in respectivis officiis constituti rationantes etiamsi

eosdem hac occasione ab officiis amoveari contigerit, in praeassumtis officiosis functionibus continuo usque 1am novembris anni currentis procedere atque cum ultima octobris rationibus manipulationis suae simpliciter conclusis et magistratui praesentatis, quaevis ad partes officii spectantia objecta et totalem manipulationem suis nunc fors denominandis in officio successoribus resignare possint, debeant. Neo vero denominandi id modi domini officiales cum 1a novembris anni currentis manipulationes officiosas incipere et continuare teneantur, conclusum est, ut antememoratorum oneri praestandarum rationum subjectorum magistratualium individuorum restauratio penes praeexpositam regulam hac occasione suscipiatur.

Quibus modalitate praevia superatis, siquidem senatorale officium unum per interventam ab ultima restauratione domini Pauli Hajnovich mortem vacat, ad idem cumprimis replendum domino judice id ipsum proponente processum fuit, proque eodem officio dominis

Stephano Mlinarich, Simone Kusztreba et Carolo Kotsche candidatis existentibus dominus Stephanus Mlinarich potioritate votorum ellectus et solito juramento adstrictus est.

Hac modaliate in assessorali officio vaccantia enata pro eadem supplenda candidati sunt domini

Mathias Verchkovich, Josephus Serjavich et Thomas Petrovich, ex quibus Mathias Verchkovich pluribus votis ellectus et ipso facto adjuratus est.

Qua ratione interiori et exteriori magistratu ex integro completis actus restaurationis assumptus est et quidem primo

Dominus civitatis fiscus Josephus Draskoczy officium suum resignavit pro quo ultro candidati sunt

Dominus Josephus Draskoczy, dominus Mathias Mihanovich, dominus Paulus Gorup, ex quibus dominus Josephus Draskoczy ultro confirmatus est, post hoc

Actuali domino capitaneo Francisco Maczan officium suum resignante

Pro capitaneatu

Dominus Franciscus Maczan, dominus Nicolaus Sostarich, dominus Stephanus Mlinarich candidati et ex illis potioritate votorum dominus Nicolaus Sostarich ellectus et consueto juramento adstrictus est; dein

Domino Georgio Igerchich consule suum officium resignante.

Pro officio consulis

Dominus Igerchich Georgius, dominus Maczan Franciscus, dominus Mlinarich Stephanus candidati et ex iisdem dominus Franciscus Maczan pluralitate votorum ellectus est; tandem

Dominus judex Nicolaus Babochay judicatus officium more solito resignavit et pro eodem

Judicatus officio

Idem dominus Nicolaus Babochay, dominus Josephus Spissich, dominus Georgius Igerchich, ex quibus dominus Nicolaus Babochay notabili votorum pluralitate ellectus et confirmatus est.

Interno itaque et externo magistratu taliter completis aliorum officiorum restauratio suscepta est inter quae erga factam per dominum judicem propositionem, quoniam tam ordinarius quam et vicenotarii per resignationem dominorum Pauli Gorup et Josephi Szacherich ad officia sua modo provisorio admoti et usque restaurationem penes magistratum constituti fuissent, eadem ordinarii et vicenotariatus officia in quaestionem sumpta fuerunt, in quibus et quidem in ordinarium notarium dominus Mathias Verchkovich, in vicenotarium vero dominus Josephus Serjavich communibus omnium votis praeter candidationem confirmati et in officiis realiter et legitime stabiliti atque solito praescripto juramento adstricti sunt.

Decano dein civitatis domino Joanne Frankovich praeter candidationem communi utriusque senatus conclamatione in officio ultro confirmato et denuo adjurato

Pro vaccante per promotionem domini Stephani Mlinarich actualis perceptoris

Perceptoratus officio

Domini Josephus Szacherich, Paulus Gorup et Carolus Kotsche candidati et ex his dominus Josephus Szacherich potioritate votorum ellectus et ea ratione adjuratus est, ut, quoniam in gremio civitatis hujus possessionatus non esset, securitatem tamen quampiam civitati in omnem eventum praestare deberet, cautionem realem civitati deponat, vel vero alium in sui locum pro omni cassae nefors eventuro deffectu caventem statuat, munii caeteroquin perceptoralis partes cum 1o novembris anni hujus in conformitate a supra deductae constitutionis inchoaturus. Post hoc

Domino Julio Dikovich pupillorum et piarum summarum curatore officium suum resignante pro

Officio curatoris

Dominus Julius Dikovich, dominus Mathias Mihanovich, dominus Stephanus Chegetek candidati sunt et ex his dominus Mathias Mihanovich pluralitate votorum ellectus et officii sui juramento adjuratus est.

Dominus civitatis camerarius Ignatius Spissich, ob remonstratam hactenus in officio camerariatus zelum et exactitudinem in eodem camerariatus officio intermissa candidatione communibus utriusque senatus votis ultro confirmatus et adjuratus est.

Pro aedituo xenodochii

Candidati domini Nicolaus Hozjak, dominus Ignatius Nunkovich et dominus Martinus Baronay, ex quibus dominus Martinus Baronay ellectus est, porro

Domini Carolus Kotsche ecclesiae parochialis s. Marci, Stephanus Chegetek capellae Patientis in Tricesima, Mathias Kossutich capellarum s. Rochi et Georgii, Franciscus Schirenbront s. Joannis Nepomuceni, V. pater Joannes Mulih capellae s. Xaverii actuales aeditui praetermissis candidationibus omnes communibus omnium votis ultro in officiis suis confirmati et una solito juramento adstricti sunt.

Domino denique Petro Praunsperger praeexistente capellae s. Spiritus aedituo hoc aeditui munium resignante idemque ultro deprecante in locum ejusdem dominus Joannes Frankovich communibus votis et conclamatione in s. Spiritus aedituum constitutus et cum reliquis norma solita adjuratus est.

Fori inspectores domini Joannes Frankovich et Carolus Kotsche citra candidationem in iisdem inspectoratus officiis ultro confirmati solitum deposuerunt juramentum.

Tandem pro caminorum visitatione et quidem in interiori civitate domini ordinarius notarius Mathias Verchovich et Martinus Baronay, extra civitatem vero in suburbiis domini Mathias Mihanovich et Josephus Szacherich inspectores constituti sunt quibus etiam injunctum est, ut caminorum tam eorum qui extra tectum educti sunt repurgationis, quam et eorum qui infra tectum duntaxat at reconditi sunt, extra tectum faciendae per respectivos domuum hospites indilatae eductionis seduam habeant curam.

Superatis itaque praevia modalitate quibusvis ad actum praesentis restaurationis pertinentibus totus tam internus, quam externus magistratus sub sonitu majoris campanae una cum domino judice e domo praetorea ad parochialem s. Marci ecclesiam processit, ubi exposito per illustrissimum dominum parochum ad majus altare Venerabili domini judex Nicolaus Babochay et consul Franciscus Maczan tacto digitis tribus sacro Evangelio coram Venerabili flectentes sua serie solita deposuerunt juramenta. Post hoc vero inchoata et finita Te Deum laudamus Hymni Ambrosiani decantatione, compluribus ex utroque senatu dominis dominum judicem ad solitam habitationem comitantibus universi domum reversi sunt.

1794.

Acta

Sessionis restauratoriae magistratus liberae regiaeque civitatis Zagrabiensis anno 1794. 8a celebratae.

Anno domini 1794. die 8a aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Francisco Maczan consule, Nicolao Sostarich capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Ignatio Werbega et Stephano Mlinarich senatoribus, ex ellecta item communitate Simone Kusztreba substituto fisco, Stephano, Briglevich fiscale, Mathia Mihanovich pupillorum curatore, Josepho Szacherich perceptore ac Ignatio Spissich camerario, dein spectabilibus Georgio Luketich et Antonio Novoszel, nec non Petro Praunsperger, Paulo Gorup, Michaele Bless, Josepho Czuliffay, Martino Baronay, Carolo Kotsche, Mathia Kossutich et Nicolao Hozjak; dominis Stephano Chegetek, Julio Dikovich, Mathia Verchkovich et Ignatio Nunkovich absentibus celebratae sessionis restauratoriae magistratualis liberae regiaeque civitatis Zagrabiensis

Acta

Magistratu interno et externo civitatis hujus erga factam sibi annualis restaurationis in hodiernum diem defixi termini insinuationem, ad domum pratoream senatoream confluente, praemissisque ad mentem benigni normalis rescripti in ecclesia parochiali divi Marci cum invocatione s. Spiritus divinis legales sedes suas ordine supraexposito occupante lectum et publicatum eidem exstitit gratiosum excelsi Consilii cameralis regii Hungarico-aulici de dato 19ae Zagrabiae anni currentis numero 2124 in eo emanatum intimatum, ut cum Sua Majestas sacratissima magistratualem restaurationem pro anno currente 1794. civitati huic absque interventu commissarii sui benigno decreto mediante clementer concedere dignata esset, considens magistratus et ellecta communitas restaurationem hujusmodi observatis benigne praescriptis idealibus restaurationis punctis pacate et concorditer suscipiat et terminet, superve qualiter terminata genuinam et circumstantialem relationem una cum praesceriptis 16 periodicis Tabellis intra mensis spatium transmittat.

Non secus ipsum benignum Suae Majestatis sacratissimae de dato 30ae januarii anni vertentis numero 864 rescriptum quo mediante provocata magistratualis restauratio pro anno currente absque interventu commissarii Suae Majestatis sacratissimae regii intra quindena a dato percepti computandum terminum usque ulteriorem benignam ratificationem peragenda et terminanda civitati huic demandatur, ex eoque in nexu benignae demandationis hujus clementer praecipitur ut debita eaque homagiali erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam regiam devotione prae oculis habita semotis quibusvis simultatibus et privatis respectibus tamquam eodem benigno rescripto serio interdictis in ordine ad praemissam magistratualem restaurationem omnia quae pro antevertendo fidei Romano-catholicae praejudicio altissimi item servitii promotione ac publico civitatis commodo et utilitate justitiaeque communis indefessa administratione consequenter ulteriore peculii regii conservatione, utilia, proficua et commoda futura videbuntur, decenter pacate et concorditer tractentur, methodus restaurationis per excelsam Cameram regiam intimata accurate observetur, senatorales aut aliorum subalternorum officiorum vaccantiae, si quae medio tempore ennatae essent, habilibus, idoneis et de periculo hoc regio benemeritis subjectis, absque religionis discrimine usque ad ulteriorem Suae Majestatis sacratissimae ratificationem redintegrentur et compleantur, juramentum ab individuis idmodi neopromotis prout etiam a civibus in concivilitatem neoassumptis modalitate anno 1743. praescripta reflexe tamen ad articulum 26um 1791. acceptetur, totus denique internus civitatis status debite et competenter pro majori peculii hujus regii incremento reguletur ac tandem super totius magistratualis restaurationis serie cum adnexo in interiori senatu atque electa communitate constitutorum, uti et neoreceptorum civium horumve taxae specificatione ac religionis, conditionis, literaturae, nec non aliarum qualitatum ad officium ipsorum requisitorum expressione Suae Majestati sacratissimae intra spatium mensis unius in duobus exemplaribus, altera excelsae Cancellariae regiae Hungarico-aulicae, altera excelsae Camerae submittendis genuina et circumstantialis relatio praestetur denique rationes debite confectae modalitate consueta ad competentia loca transmittantur, ac in quantum aliquae a

priori restauratione adhearerent a quo tempore adhaeserint cum intermissae submissionis ratione remonstretur.

Cujusmodi gratiosi excelsi Consilii cameralis regii Hungarico-aulici intimati et benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati publicatione praevia ratione peracta, siquidem intermedio ab ultima restauratione tempore e gremio electae communitatis nonulla individua signanter Josephus Draskoszy, Franciscus Kantilly, Joannes Frankovich, Josephus Barich et Georgius Popovich ad aeternitatem evocata exstitissent, taliterque per horum decessum quinquenae in praeallata communitate ad officium assessoratus ennata fuissent vaccantiae, antequam in obsequium praevii gratiosi excelsi Consilii regii cameralis et ipsius benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati ad actum ipsius benigne demandatae restaurationis magistratualis processum sit considens magistratus et electa comunitas praemissas vaccantias, quo ita provocata restauratio omni cum exactitudine suscipi queat, ad mentem recepti usus et praescriptum normalis resolutionis complendas constituit.

Quapropter pro primo assessoratu per mortem Josephi Draskoczy vaccante candidavit

Dominos Josephum Serjavich, Michaelem Vitunszky, Franciscum Sirenpront, ex quibus dominus Josephus Serjavich omnium votis electus et mox juramento obstrictus exstitit.

Pro assessoratu 2o per mortem Francisci Kantilly vaccante dominos Michaelem Vitunszky, Franciscum Sirenpront, Josephum Kraly, ex quibus Michaele Vitunszky cum votis 6, Josephus Kraly cum voto uno emanentibus, Franciscus Sirenpront cum votis 9 adeoque potiori numero electus et in continenti adjuratus est.

Pro assessoratu tertio per mortem Joannis Frankovich vaccante dominos Michaelem Vitunszky, Josephum Kraly, Josephum Chernich, ex quibus omnium votis electus est dominus Michael Vitunszky et in instanti adjuratus.

Pro assessoratu 4o per mortem Josephi Barich vaccante dominos Josephum Kraly, Paulum Spissich, Josephum Terputecz, ex quibus Josepho Kraly cum votis 8, Josepho Terputecz cum voto uno emanentibus dominus Paulus Spissich cum votis 9 adeoque potiori numero electus et simul adjuratus est.

Tandem pro assessoratu 5o per mortem Georgii Popovich vaccante dominos Josephum Kraly, Josephum Terputecz, Nicolaum Gerbinich, ex quibus domino Josepho Terputecz cum voto 1 et Nicolao Gerbinich cum voto nullo emmanentibus, Josephus Kraly cum votis 18 adeoque votorum potioritate electus et adjuratus est.

Vaccatiis itaque praevia ratione in electa communitate completis exsistentibus ad ipsam magistratualem restaurationem processit magistratus et electa communitas et imprimis quia civitas haec per mortem domini olim Josephi Draskoczy legali tribuno plebis orbata exstitisset, pro vaccante id modi tribuni plebis officio candidati exstiterunt domini Simon Kusztreba, Paulus Gorup, Paulus Spissich, ex quibus dominis Simone Kusztreba cum votis 4 et Paulo Gorup cum votis itidem 4 emanentibus, dominus Paulus Spissich cum votis 9 electus et deposito officii juramento legali sede sua potitus est.

Domino dein Nicolao Sostarich officium capitaneatus pro recepta consuetudine resignato, pro eodem candidati sunt: domini Nicolaus Sostarich, Josephus Spissich, Stephanus Mlinarich, ex quibus dominis Nicolao Sostarich cum votis 2 et Stephano Mlinarich cum voto nullo excidentibus, dominus Josephus Spissich cum votis 17 electus est, sed quia officium ishoc deprecatus fuisset, deprecatioque ejusdem ex ratione grandaevae aetatis et longi penes civitatem hanc exantlati servitii acceptata fiusset, ad novam candidationem processum est; et ideo

Pro officio capitanei denuo candidati sunt: domini Nicolaus Sostarich, Stephanus Mlinarich, Georgius Igerchich, ex quibus dominis Stephano Mlinarich cum votis 6, Georgio Igerchich cum votis 2 emmanentibus, dominus Nicolaus Sostarich cum votis 12 electus et deposito juramento priorem sedem suam occupatus est.

Porro domino Francisco Maczan officium consulis resignante pro eodem candidati sunt: dominus Franciscus Maczan, Stephanus Mlinarich, Josephus Spissich, ex quibus dominis Stephano Mlinarich cum votis 7 et Josepho Spissich cum voto 1 emanentibus, dominus Franciscus Maczan cum votis 12 electus et ad priorem sedem repositus est.

Tandem domino Nicolao Babochay praegestum judicis officium resignante pro eodem candidati sunt: domini Nicolaus Babochay, Josephus Spissich, Stephanus Mlinarich, quorum primus dominus Nicolaus Babochay, posterioribus utpote Josepho Spissich cum 4 et Stephano Mlinarich cum votis 2 emanentibus cum votis 14 electus, taliterque pristina sede potitus est.

Sic ergo interna magistratus restauratione ad exigentiam benigni Suae Majestatis sacratissimae rescripti regii peracta, tametsi subalternorum quoque officiorum penes civitatem hanc exsistentium restaurationem recepta adusque praxis et ipsi praeallati benigni rescripti tenores exigere viderentur, quia tamen ratio conservandi recti ratiocinii ordinis contrarium deposceret, ne videt, ubi individua rationibus obnoxia restaurarentur, res ratiocinaria confusionem quampiam consequatur, idcirco hac ad futurum restaurationis terminum suspensa, praemissae solum restaurationis seriem Suae Majestati sacratissimae in praescriptis exemplaribus suae competentiae transmittendis una cum periodicis 16 Tabellis de genu substernuendam, una vero eidem supplicandum determinavit considens magistratus et electa communitas ut quia rationes pro annis praeteritis praestare debentes sive nondum per ratiocinantes conclusae, sive etiam per considentem magistratum in gravi caeteroquin per systematis Regni immutationem confusione relictum, adeoque in hujus solutione diuturne operantem ad hucdum irrevisae essent, quod hac occasione benignae menti regiae adaequate satisfieri nequeat, veniam clementer indulgere praeviumque restaurationis magistratualis actum benigne ratificare dignetur.

Tandem cunctis, quae hac occasione actum clementer demandatae restaurationis subire potuerant, praevia ratione conclusis adeoque et sessione magistratuali hac ratione soluta uterque senatus praecedente domino judice ad ecclesiam parochialem divi Marci sub sonitu majoris campanae processit, ubi dominis judice et consule coram Venerabili ad aram majorem per localem dominum parochum exposito penes tactum

ternis digitis sancti Evangelii adjuratis, postquam adhuc decantationi hymni Ambrosiani interfuisset, nonnullis ex eodem dominum judicem ad solitam habitationem comitantibus domum reversus est.

Lectum et publicatum per Josephum Serjavich
civitatis notarium m. p.

1796.

Anno 1796. die vero 30a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia praefatae civitatis exsistente et inclyto comitatui nominis ejusdem ingremiata: praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Nicolao Sostarich capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich et Francisco Maczan juratis senatoribus, Ignatio vero Verbega ab ultima restauratione intermedio tempore fatis cedente, ex magistratu vero exteriori seu electa comunitate Paulo Gorup notario, Paulo Spissich tribuno plebis seu fisco, Nicolao Huziak, Stephano Chegetek, Simone Kusztreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, spectabili Antonio Novoszel, Josepho Czuliffay, Michaele Bless, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Kotsche, Petro Praunsperger, Julio Dikovich, Mathia Mihanovich, Martino Baronay, Josepho Szacherich, Mathia Verchkovich, Josepho Serjavich, Francisco Sirenpront, Michaele Vitunszky et Josepho Kraly juratis assessoribus, Ignatio autem Nunkovich ad aeternitatem evocato celebratae restaurationis magistratualis

Acta

Actu annualis magistratualis restaurationis pro termino divi Blasii episcopi et martyris in 3am februarii incidente privilegialiter praescripto, ex ratione non supervenientis benigni mandati restauratorii celebrari intermisso, ac usque interventum ejus, praesentemque diem dilato existente: eodem vero benigno mandato restauratorio superveniente, factaque dominis magistratualibus servandae restaurationis insinuatione, in obsequium gratiosae cum actu restaurationis observari praescriptae per excelsum camerale Consilium Regium Hungarico-aulicum normae, interior et exterior hujus liberae et regiae civitatis Zagrabiensis magistratus hora 8a matutina in domo praetorea senatorea conveniens pro invocanda s. Spiritus gratia ad parochialem ecclesiam s. Marci Evangelistae processit ubi audito missae sacrificio solenniter decantato, divinoque lumine invocato, demum ad domum praetoream senatoream reduces juxta senii ordinem sedes suas occuparunt.

Quo autem et benignis Suae Majestatis sacratissimae dispositionibus et gratiosis ex consilii Camerae regiae Hungarico-aulicae ordinationibus satisfieri valeat, lectum est praelaudati Consilii cameralis gratiosum de dato 11ae februarii anni labentis numero 1546 emanatum ac sub 5a aprilis anni ejusdem perceptum intimatum, contextu cujus penes

transmissionem benigni mandati restauratorii ad se directi insinuare, Suam Majestatem sacratissimam civitati huic petitam pro anno labente magistratualem restaurationem absque interventu commissarii regii peragendi facultatem in conformitate normae in advoluto benigno mandato expressae clementer concedere dignatam esse, una vero, ut super qualiter peractae restaurationis serie relatio penes submissionem quoque praescriptarum 16 tabellarum periodicarum tempore praestituto sibi inomisse submittatur, praecipere gratiose dignatur.

In nexu cujus provocatum quoque benignum Suae Majestatis sacratissimae de dato 11ae januarii 1769. numero 133 expeditum mandatum restauratorium publicatum est: mediante quo magistratualis restauratio pro anno delabente citra interventum comissarii regii usque ulteriorem nihilominus benignam ratificationem regiam peragenda clementer conceditur, id tamen altefata Sua Majestate sacratissima jubente, ut habita prae oculis homagiali erga Suam Majestatem sacratissimam devotione postpositisque simultatibus et privatis respectibus omnia quae pro antevertendo orthodaxae fidei Romano catholicae praejudicio, altissimi servitii vero regii et publicae civitatis hujus utilitatis, justitiaeque communis indefessae administrationis promotione proficua et commoda esse videbuntur, decenter et pacate juxta praescriptam per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam methodum tractentur, senatorales et aliorum subalternorum officiorum enatae vacantiae habilibus et de civitate hac benemeritis individuis, absque religionis discrimine redintegrentur, tam vero ab his, quam in concivilitatem assumedis juramentum fidelitatis acceptetur, regulato denique debite et competenter in incrementum peculii hujus regii interno statu, de serie totius actus restaurationis penes annexionem in interiori magistratu et exteriori constitutorum individuorum et neo receptorum civium horumque taxae designationis, expressionis item religionis, conditionis, litteraturae, caeterarumque qualitatum genuina et circumstantialis in duplici exemplari relatio una exclesae cancellariae regiae Hungarico-aulicae, altera vero excelso camerali Consilio regio Hungarico-aulico penes submissionem ad loca competentia rationum, specificeque praestandam de eo informationem, an aliquae ab ultima restauratione submissae si minus, quam ob causam subministrari neglectae fuit intra mensis spatium praestari clementer demandatur.

Quibus praevia ratione publicatis antequam in obsequium horum ad demandatum restaurationis magistratualis actum descensum esset, cum ab ultima restauratione per decessum ex hac vita Ignatii Nunkovich in exteriori et Ignatii Verbega in interiori magistratu vacantiae enatae fuissent, adeoque juxta receptum usum et ad mentem benignorum normalium resolutionum hae praeprimis, quo cum majori exactitudine praeprovocata restauratio suscipi valeat, implendae venissent. Praeterea autem per dominum judicem civitatis ea proposita quaestione, ut, siquidem aliqui ex dominis assessoribus uti in specie domini Mathias Verchkovich et Josephus Serjavich, ille in campo nobilium Turopolija, hic vero in civitate Carlostadiensi per assumptionem officiorum notariatus, ita et Josephus Czuliffay, inclyti Comitatus hujus Zagrabiensis vicejudex nobilium in dictrictu s. Joannis divenditis domibus suis in jurisdictione hujus civitatis praehabitis, nihil per amplius hicce possiden

tes, in locis actualium officiorum suorum residentias suas defixerint, annuo a paritate statuti anno 1777. emanati et benigna resolutione regia ratihabiti, vi cujus assumpti in concivilitatem cives in casum eum, si ex jurisdictione civitatis emigrent ex albo civium expungendi praecipiuntur, supranominati quoque domini assessories ex identitaxe rationis ad resignanda officia sua hujus civitatis assessoralia disponendi inque vicem horum alii benemeriti in civitate residentes, communiaque onera sustinentes cives promovendi essent, electae communitatis discussioni substrata existente: quo in merito antelata electa communitas mutuo consulens in eo coaluit, quod supranominati domini assessores cum de hac civitate nihil demeruerint, sedes in futurum peculio huic regio utiles esse poterint, ab exemplo etiam civitatis Carlostadiensis, quae pariter gremialem civitatis hujus assessorem Josephum Szacherich, licet in gremio civitatis hujus resideret, in officio tamen assessoratus in medio sui sustinet, ad resignationem assessoratus citra positivam Suae Majestatis sacratissimae benignam resolutionem stringi, aut alii in vicem horum, iis non resignantibus creari nequeant.

Superata itaque hac quaestione condescensum fuit ad replendas tam assessoratus, quam senatoratus vacantes sedes.

Quare pro vacante per mortem Ignatii Nunkovich sede assessorali candidabantur per interiorem magistratum
domini Michael Kaizer,
Joannes Szmendrovich et
Josephus Chernich,
ex quibus per electam communitatem electus est dominus Michael Kaiser cum acceptis votis 9, domini vero Joannes Szmendrovich cum votis 7 et Josephus Chernich pariter cum votis 7 emmanserunt, qui etiam mox obtenti officii deposuit juramentum.

Per electionem cujus redintegrata electa communitate pro vacante sede senatoris per mortem domini Ignatii Verbega enata candidabantur ex electa communitate:
domini Josephus Szacherich,
Simon Kusztreba et
Carolus Kotsche,
ex quibus dominis Carolo Kotsche cum votis 8 et Simone Kusztreba cum votis 4 emanentibus, creatus est dominus Josephus Szacherich cum suffragiis 9 et officii senatoralis deposuit juramentum. Hoc autem per electionem sui in officium senatorale sedem suam assessoralem derelinquente ideo rursus pro complenda hac candidabantur:
domini Josephus Chernich,
Joannes Szmendrovich et
Nicolaus Gerbinich,
ex numero quorum primo loco candidatus dominus Josephus Chernich cum votis 12 electus et adjucatus est, dominis vero Joanne Szmendrovich cum votis 9, et Nicolao Gerbinich cum votis 2 emanentibus.

Redintegratis igitur praevia modalitate tam interiori quam exteriori magistratibus existentibus, inchoata fuit interioris magistratus restauratio; quapropter pro officio

Fisci

Domino fisco Paulo Spissich officium praegestum valedicente, candidabantur
domini priori domino fisco in candidatione relicto
Stephanus Chegetek et
Julius Dikovich,
ex quibus cum votis 11 confirmatus est prior dominus Paulus Spissich, qui etiam in instanti officii sui juramentum renovavit. Domini vero Stephanus Chegetek cum acceptis votis 8 et Julius Dikovich cum votis 2 praeteriti sunt.

Pro officio capitaneatus

Domino Nicolao Sostarich officium capitaneatus resignante, itaque huic in candidatione relicto adjecti sunt candidati
domini Franciscus Maczan et
Josephus Szacherich,
ex quibus dominis Nicolao Sostarich cum votis 5 et Josepho Szacherich cum votis 3 remanentibus, evectus est dominus Franciscus Maczan cum suffragiis 16, qui et solenne officii sui deposuit juramentum.

Pro officio consulis

Domino Stephano Mlinarich praegestum officium consulis juxta praescriptum usum et normam aeque resignante, ideo huic in candidatione reservato additi erant candidati
domini Nicolaus Sostarich
et Josephus Szacherich

Quia autem dominus Nicolaus Sostarich sui et candidationem et electionem deprecatus fuisset, inque vicem sui alterum candidari postulasset, ex eo suscepta ejus deprecatione in locum ejus candidatus erat dominus Georgius Igerchich, quorum collecto suffragiorum numero prior dominus consul Stephanus Mlinarich obtentis pro se votis 14 electus et confirmatus est; domini vero Georgius Igerchich cum votis 6 et Josephus Szacherich cum 4 remanserunt; tandem

Pro officio judicis

Domino Nicolao Babochay officio suo valedicente, hoc nihilominus in candidatione retento , cum eodem candidabantur
domini Josephus Spissich et
Nicolaus Sostarich,
ex quibus prior dominus judex Nicolaus Babochay, dominis Josepho Spissich cum votis 8 et Nicolao Sostarich cum voto 1 emanentibus, ultro cum votis 15 confirmatus, pristinaque sede potitus est, qui etiam sub majoris campanae pulsu ad ecclesiam divi Marci Evangelistae sacram deductus ibidemque praevie decantato ad majorem aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano, solenne tam dominus consul, quam et dominus judex officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Dei Evangelio deposuerunt juramentum, unde intra majorem electae communitatis comitivam antelatus dominus judex and domum suam recessit, atque taliter pro 1a die praemissae restaurationis solennitas terminata est.

Anno domini 1796. die vero 2a maii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay

judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich juratis senatoribus, ex exteriori vero magistratu seu electa communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek substituto fisco, Nicolao Hoziak, Simone Kustreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, Michaele Bless, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Kotsche, Petro Praunsperger, Julio Dikovich, Martino Baronay, Josepho Serjavich, Francisco Sirenpront, Michaele Vitunszky, Josepho Kraly, Michaele Kaizer et Josepho Chernich juratis assessesoribus, dominis vero Paulo Spissich fisco, spectabili Antonio Novoszel, Josepho Czullifay, Mathia Mihanovich et Mathia Verchkovich absentibus, continuata est magistratus exterioris restauratio; et quidem:

1o Pro officio perceptoratus

Cum priore domino perceptore ad officium senatorale promoto vacantia officii perceptoratus enata haberetur, itaque pro hoc candidabantur:

domini Michael Vitunszky,
Josephus Chernich et
Michael Kaizer,

ex quibus pluralitate votorum primo loco candidatus dominis Josepho Chernich cum voto 1 et Michaele Kaizer cum votis 3bus emanentibus dominus Michael Vitunszky cum votis 12 electus et adjuratus est.

2do Pro officio exactoratus

Per evectionem domini Michaelis Vitunszky ad officium perceptoratus, munio exactoratus, quod hic praegesserat vacante effecto; ideo pro eodem ex candidatis

dominis Michaele Kaizer,
Michaele Bless et
Simone Kustreba,

electus est cum votis 9 dominus Michael Kaizer, Michaele vero Bless cum votis 5 et Simone Kustreba cum votis 2 emanentibus, qui etiam officii sui juramento adstrictus habetur.

3o Pro primario fori inspectore

Dominus Carolus Kotsche communibus votis et conclamatione in praegesto per se hoc officio porro stabilitus est.

4o Pro secundario fori inspectore

Domino Josepho Szacherich ex ratione accepti sub 30a aprilis anni currentis officii senatoralis, munio inspectoratus suapte vacante enato, quare candidabantur

domini Josephus Chernich,
Michael Vitunsky et
Franciscus Sirenpront,

Et quia dominus Michael Vitunszky vota 4, domini vero Josephus Chernich et Franciscus Sirenpront aequalia singula singulorum vota 6 obtinuissent, ideo denuo ad secundariam ellectionem electa communitate descendente missisque suffragiis, dominis Michaele Vitunszky numero 4, Francisco Schirenprondt numero 5 recipientibus, electus est dominus Josephus Chernich cum votis 7tem.

5o Pro inspectoribus caminorum

Eo usu ab immemorialirecepto quorum 4 ex dominis assessoribus juniores munus inspiciendorum caminorum et culinarum, an accurate purgentur, neve periculo incendii obnoxientur obvie obligati sint, itaque intra moenia domini Michael Vitunszky et Josephus Kraly, extra moenia vero Michael Kaizer et Josephus Chernich denominati sunt, singulis 4tuor anni temporibus caminos et culinas accurate inspecturi et si quospiam defectus ubi ubi repererint sinceram sub juramento officii assessoratus, magistratui, circumstantialemque relationem facturi.

6o Quarteriorum magister, castellanus, sacrista et campanatores

Ultro in servitiis suis, cum ea data magistratui activitate, ut si quis horum demeruerit, omni tempore in vicem talis alter constitui poterit, confirmati sunt.

7o Ad concivilitatem aspirantes, legitimatis legitimandis erga praescriptae taxae solutionem, quemadmodum sub 4a februarii anni curren tis in concursu electae communitatis in numerum civium assumpti erant, ita etiam eotum semet non insinuantes, de praesenti vero eatenus recurrentes, liberumque statum suum et morum probitatem legitimantes domiciliatosque semet in jurisdictione hujus civitatis efficientes, erga taxae depositionem in concivilitatem recepti sunt.

Ac taliter praevio modo actu restaurationis interioris et exterioris magistratus absque interventu comissarii regii pacate, concorditer citra ullius offensionem cumque exemplari animorum conjunctione, terminato, dominus judex civitatis omnes et singulos dandis rationibus obnoxios, proque annis praecedentibus tales praestare intermitentes ad proximiorem harum praesentationem, quo ocius revideri, suisque locis transmitti valeant, serio commonuit; ceaterum

8o Cum ab olim illa laudabilis consuetudo in hac civitate viguerit, ut terminato actu restaurationis magistratus cum electa communitate pleniori numero congregati solita mutuis consiliis et opinionibus quaequae in emolumentum et comodum seu peculii hujus regii, seu etiam commune civium onera ferrentium bonum tendere visa sint, communiter involabiliterque observanda statuerint, semel autem sancita statuta, quo alta memoria reposita maneant, pro ratione exposcente circumstantiarum renovare clarificandaque majoris observantiae causa clarificare usu receperint, itaque magistrus et electa communitas antenatorum consuetudini et usui insistendo statutum illud circa practicatum cum praejudicio civium per non cives educillum sub 11a martii anni currentis cum interventu electae communitatis conditum, hac quoque vice ratihabent et renovant, pro perpetua memoria huic protocollo illatum ut sequitur.

Anno domini 1796. die vero 11a martii Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Nicolao Sostarich capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich et Francisco Maczan juratis senatoribus, ex electa vero communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek substituto fisco, Simone Kustreba, Stephano Briglevich, Mathia

Kossutich, Ignatio Spissich, Carolo Koche, Josepho Szacherich, Mathia Mihanovich, Francisco Schirenprondt et Josepho Kraly, juratis assessoribus celebratae sessionis acta.

Paragraphus 1us
De exarendatione quinariorum et qualiter educillando vino per non cives.

Quoniam educillatio vinorum ad jus regale pertinens beneficium, non nisi civibus ex lege et privilegiis competeret et tamen abusus non modo civibus publica onera ferrentibus praejudiciosus, quam ipsi publico nocivus irrepserat, quod non cives etiam et inquilini erga exiguam a vase cruciferorum 30 et ab urna curciferorum 3 taxam quam plurimi alia ratione sibi merendi desidiosi, pure educillationi vinorum sese committant, quo fit, ut jam servi et aurigae dominorum, aliique laboratores manuales praetaesi servitiorum et honestorum laborum conducentes sibi quarteria in allodiis dominorum vinaque educillantes omnis generis faeci hominum desidiosorum et furtis intentam vitam ducenti congressum et commorationem apud se praeberent, et ideo tali facto publico nocivo ipsis civibus proprias domos habentibus utile praeriperent, ad rescindendum itaque hunc involescentem abusum parte ab una, ab altera vero ad addendum incolis et inquilinis melius habentibus calcar ad procurandas sibi proprias domos adeoque prosperandam majorem civitatis hujus impopulationem magistratus cum electa communitate quamvis multorum votis judicabantur inquilini non cives in jurisdictione civitatis degentes simpliciter ab educillatione arcendi esse, tamen a potiori in eo evaluit, ut imposterum, idque a termino 1ae aprilis anni currentis, si qui non cives licet etiam proprias domos haberent, ita etiam et eo magis inquilini non domiciliati, salva nihilominus quoad nobiles non cives legum dispositione vinum seu pro se, seu pro educillo emerint, pro usu quidem proprio a singula urna cruciferos 3, pro educillo vero ab emptitiis vinis a singulo vase florenum 1 et ab urna cruciferos 15 ad cassam civitatis solvere obligentur, secus contravenientes et in praevaricatione deprehensi poenam ammissionis vinorum ad rationem cassae civitatis contrabandandorum incursuri sint; cujusmodi proventus immediate per dominum camerarium civitatis incassabitur, rationibusque coalitibus penes specificam a quo quantum et quali sub titulo obvenerit designationem inducetur; quocirca etiam ut singulus inquilinorum et non civium de statuto hocce edoceatur, decurionibus civitatis data est incumbentia, ut mox domatim idem publicent singulosque sub hac praemissa conditione educillare in futurum nollentes, ne se vino provideant, reflectant. Actu vero in educillatione constitutorum vinorum, si hoc mense currente epocillata non fuerint, ita et pro proprio usu non civium comparatorum dominus capitaneus civitatis cum domino camerario cum fine mensis hujus vasa lustraturus et quantitatem dismensuraturus est, praescriptae taxae subjiciendae; nihilominus

2o quoad vina occasione nundinarum s. Margarethae et Stepahni regis uti solennitatum ad capellas sancti Spiritus ac sancti Xaverii in foro epocillari solita, talium epocillatores etsi cives non fuerint, eo tamen non attento respectu talium ita et cauponum in publicis diversoriis constitu-

torum et insigniis provisorum, hoc tamen interjecta cautella, ne absque, positivo magistratus indultu quispiam novum diversorium formare in futurum preasumat. Prior provisio usu etiam recepto ratihabetur, utpote quod hi a vase cruciferors 30 et a singula urna cruciferos 3 soluturi sint; porro

3tio ubi autem moderni incolae et inquilini numero civium ex deffectu proprii in hac civitate domicillii non adlecti, sese domiciliatos effecerint proboque et honestae vitae, uti unum morigerum civem decet, de se specimina dederint, magistratus et electa communitas, quo hi in concivilitatem cooptentur, eorum reflexionem habitaturus est. Hic tamen non intellectis inquilinis ad sanctum Spiritum et ulterius a civitate degentibus, communiaque cum civibus onera non portantibus uti et molitoribus ac lanionibus in aliena jurisdictione emacillantibus; demum

4o superatis praevia ratione in educillatione vinorum per non cives factis adusque abusibus per dominum judicem civitatis ea quaestione proposita existente, an a civibus pro emptitiis extraneis vinis competentes quinarii exarendandi vel vero etiam per camerarium civitatis unacum praestituta taxa pro non civibus incassandi sint, in nexu cujus magistratus et electa communitas determinarunt, pure a non civibus taxam puncto 1o attactam per dominum camerarium civitatis incassandam venire. Alios autem quinarios a civibus obvenientes, ut et puncto 2o memoratam occasione nundinarum et solennitatum capellarum ac a cauponibus cedentem taxam publicae licitationi pro crastino die exponendam esse. Quibus ita statutis et terminatis electa comunitas soluta est: magistratus autem in pertractione negotiorum suorum porro processit.

In nexu cujus id porro interior et exterior magistratus communiter statuentes decreverunt

1o ut cum nonnulli incolae civitatis hujus non cives, partim in jurisdictione et territorio civitatis hujus, partim vero in extraneis promonthoriis proprias vineas possiderant, itaque illis qui in jurisdictione civitatis vineas habent, procreationem talium licitum erit seu per se seu medio alterius inquilini non civis absque omni solutione ad cassam civitatis a festo s. Michaelis usque festum s. Georgii educillare, educillarique facere, post festum vero s. Georgii non secus quam erga solutionem a vase floreni 1 et singula urna cruciferorum 15 ad cassam civitatis, ita etiam in extraneis promonthoriis vineas possidentes vinum quocunque tempore educillaverint seu alteri cuicunque educillandum dederint, pari ratione a vase floreni 1 ab urnis 15 ad cassam civitatis praestationem et non aliter educillare audeant; ne autem

2o fors aliqui civium juramenti sui civilis quo civitati huic obstricti sunt, obliti nomina sua, quasi horum vina educillarentur, non civibus mutuent, conclusum est, ut civibus etiam non alibi quam in domibus aut allodiis suis propriis vina sua seu propriae procreationis seu emptitia educillare integrum, alibi vero apud non cives educillantes instar non civium solutioni subjicientur; demum vero

3o cum pupillorum et viduorum civium justo habenda sit reflexio, itaque civium filiis infra perfectam aetatem et filiabus in capillis constitutis, quemadmodum et viduabus proprias domus habentibus admissum esto vina propriae procreationis et emptitia etiam instar reliquorum civium epocillare.

Praevia itaque modalitate et actu restauratorio et comunibus negotiis utrumque magistratum concernentibus, terminatis, magistratus tam interior quod exaerior dissolutus est.

9o communicatum est cum electa communitate excelsi Consilii regii locumtenentialis benigno gratiosum intimatum et erga magistratus in obversum ejus factum ad Thronum regium recursum emanata clementissima resolutio regia, contextu quorum nobilitas in gremio civitatis hujus possessionata a quarterisatione militari in domibus suis residentionalibus servanda pro immuni declaratur: et qui ex tenoribus tam praelaudati excelsi Consilii regii locumtenentialis intimati, quam benignae Suae Majestatis sacratissimae resolutionis id clare colligentur, quod domini nobiles plures domus possidentes, nonnisi respectu pure talium, in quibus residerent, idque erga certam solutionem a quarterisando milite immunitentur, itaque in nexu horum communibus votis determinatum est, ut domus non residentionales porro inquarterisationi obnoxientur, quo ad vero taxandas residentionales, quarum taxa intra cives ignobiles onera ferentes repartienda erit, ordinata est sub praesidio domini spectabilis consiliarii Mathiae Bornemisza consessura deputatio ad eam denominatis dominis nobilibus ex electa communitate spectabili Georgio Luketich, Stephano Chegetek, Paulo Spissich et Paulo Gorup, ex statu vero civium et aeque electa communitate Simone Kustreba substituto fisco, Michaele Bless, Michaele Vitunszky, Francisco Schirenprondt et Carolo Kotsche, quae proportionatam taxationis clavim habita reflexione singulae domus amplitudinis ellaboratura, magistratuique et electae communitati praesentatura est.

10. instantia civium plateae Benetachka dictae contra lignea aedificiola dominae Felijakianae et dominae Leczenpergerianae conquerentium in eo, quod haec nullo camino, culina lacera, neque linta provisa, proximamque licet ruinam minantia et tamen non absque manifesto periculo incendii penes quotidianam ignis extructionem inhabitentur. Ita etiam 2o quod in domo Millossiana supra stabulum culinae proximum major faeni quantitas in obversum statutorum civitatis asserventur. Necabsimiliter 3o quod dominus vicejudex nobilium Augustich ad ligneam et ingenti reparatione egentem domum suam tractorium assumere tanto cum majori praemetuendo periculo, quod eadem domus nec bene linita esset, statuerit. Ob id ad praecavendum publici periculum antelata aedificiola Felijakianum et Lenczenpergerianum simpliciter dirruenda ordinari, domini vero Millos inquilinum et dominum Augustich illum ab asservando faeno hunc autem ab assumendo tracterio inhiberi, una etiam plateam suam cado pro asservatione aquae, schala, reliquisque instrumentis incendiariis provideri supplicantium a magistratui et electae communitati porrecta publice lecta exsistente in ordine ad quam magistratus cum electa communitate communibus votis determinarunt; et quidem relate ad

1um siquidem complures querellae respectu questionatarum domuncularum ob periculosum earundem statum propositae fuissent, in ordineque harum proprietariis, ut ad statum securitatis, si inhabitari eas volunt, ponant, obligatio iteratis vicibus imposita fuisset, quia tamen ordinationibus magistratualibus adusque non paruissent, ad praecavendum

proinde manifestum incendii periculum domino capitaneo civitatis commissum est, ut inquilinis eos inhabitantibus de semet ex iis intra spatium unius quindenae efferrendis imponat, proprietariis vero, ne peramplius, antequam ad statum securum toties fatas domunculas posuerint, quempiam illocare, ignemque ibidem extrui adnuttere praesumant, injungat, secus autem casu pro contrario publicae securitatis prospiciendae causa publica authoritate dirruitionem ordinari; ad

2um dominum capitaneum cum dominis inspectoribus caminorum fine instituendae in domini Augustich ocularis revisionis, an in eadem citra periculum tracterius illocari quiret, exmitti ea cum inviatione, ut si quospiam tales defectus et circumstantias observaverint, quae rationabiliter pro tracterii usu convenientem locum esse non suaderent antelatum dominum Augustich ab assumendo ejusmodi tracterio in domum suam simpliciter inhibeant, imo etiam si quos tales quoque defectus, qui pro aliorum etiam ordinariorum inquilinorum justum periculi incedii metum causarent repererint, de talibus mox reparandis eundem dominum Augustich nomine magistratus et electae communitatis admoneant nec secus ad

3um Pari ratione inquilinum domus domini Millos de non asservando ultro centenarios 10 faeni in domo idque in loco securo praemonendum disposuit idem magistratus cum electa comunitate.

Caeterum autem non modo suprafata platea Benetachka, sed etiam aliae ubi adusque provisio facta non fuisset talemque instituendam dominus capitaneus civitatis eatenus investigationem in instrumenta incendiaria et factam eorum dislocationem facturus judicaverit, cadis, schalis, aliisque necessariis instrumentis incendiariis providendae necessariaeque hunc in finem ex cassa civitatis expensae subministrandae ordinantur.

Lecta demum est clarissimi domini Josephi Karvanchcich hujus regiae Academiae Zagrabiensis matheseos professoris instantia supplicantis ut ex communi cespite pro pascuo civium deserviente particula ante allodium suum intraque viam regiam ad pontem Savanum ducentem exsistens sibi condigno pretio fine exstruendorum ibidem aedificiorum cederetur. In nexu cujus magistratus et electa communitas determinarunt instantiis postulato ex eo, quod cespes ille Tratine dictus communi civium pascuo ab olim deserviens, sat caeteroquin constrictus, cum aggrario civium magis constringi nequeat, depraesenti donec alibi civibus de commodo pascuo provisum non fuerit, memoratus vero cespes in vicem recipiendi alterius pascui qua pro efformanda nova versus pontem Savanum, adeoque in maxima transena multum idoneo civibusque aedificaturis proficua platea partim in fundos partim vero pro foro pecuario, suadente id publico civitatis hujus commodo, siquidem occasione nundinarum s. Margarethae et s. Stephani regis civitati huic vi benigni regii privilegii collatorum observeratur maximam partem pecorum, ex ratione non sat ampli fori civitatis, in vicinis jurisdictionibus cum detrimento cassae civitatis hujus distrahi conversus non fuerit, defferi non posse. Lectum per Paulum Gorup praefatae civitatis juratum notarium m. p.

Relatio ad excelsam Cameram

Excelsum camerale Consilium regium Hungarico-aulicum
Domini domini gratiosissimi!

In effectum clementissimi Suae Majestatis sacratissimae de dato 11ae januarii anni mox evoluti numero 133o emanati mandati per excelsam Cameram hanc regiam Hungarico-aulicam sub 11a februarii anni ejusdem ad numerum 1546 nobis transmissi et in homagiali devotione percepti, qualem die 30a aprilis praeprovocati anni 1796ti juxta observatam in hoc merito benigne praescriptam ideam, usque clementissimam ratihabitionem altefatae Suae Majestatis sacratissimae peregerimus magistratualem nostram restaurationem, qui item et quali cum taxa ad concivilitatem assumpti sint, qui denique status cassae nostrae et quae series manipulationis rationaria sit, ex hic in humilitate advolutis diario ac praescriptis 16 Tabellis relatoriis uberius informari dignabitur eadem excelsa Camera regia Hungarico-aulica.

Quod tamen rationes nostras domesticas camerariales attinet, has hac vice pro annis 1785./6, 1787./8, 1789./0 1790./1, 1791./2. et 1792./3. super manipulatione parata per nos revisas et censuratas excelsae Camerae regiae pro gratiosa super revisione transmittimus, reliquas autem et quidem de parata pro annis 1786./7, 1793./4, et 1794./5. uti de naturalibus prouti pro annis 1784./5, 1785./6, 1786./7, 1787./8, 1791./2, 1792./3, 1793./4. et 1794./5. ea potissimum de causa adhaerere humillime referimus, quod partim rationantibus emortuis, viduae eorum segnius ob tristem statum suum vidualem sese talibus dandis accingant, partim vero rationantes officiis suis emeriti, alias sui accommodationes obtinentes, modernis suis officiis distenti, muneris sui partes adimplere remorentur: nihilominus tam respectu illorum quam horum per nos eam fiscali nostro datam esse incumbentiam, ut actione mediante ad praestandas dari neglectas rationes stringantur, quae ut nobis praesentatae perque nos more solito revisae fuerint, talium quoque debitam submissionem accellerare nulli intermittemus.

Penes submissionem porro actorum restauratoriorum id humillime vi jurati muneris nostri excelsae Camerae regiae detegere necessitamur, quod omni occurrente restaurationis nostrae actu, dum pro exigentia benigne praescripti normativi mandati, comodo peculii hujus regii studentes ad officia idonea et distinctiori capacitate et qualitatibus praedita individua admovere satagimus, ex ratione ab una admodum vilium salariorum nostrum ab alia vero parte magnorum laborum magistratum manentium aut talia qualia desideramus, pro communi bono, ad assumenda officia permovere nequeamus, aut si ea adhortationibus et respective precibus flectimus, haec non secus, quam sub spe benigne applacidandae auctionis salariorum obtineamus.

Et sane cum amplitudine negotiorum in individuis, politicis, aeconomicis, religionariis, pupillaribus, rationariis et pluribus aliis objectis subsistentium ita obruamur, ut vix nobis quid temporis supersit, nulli tamen labori eique nec quotidiano parcentes, quia omnes nos quo obligationi nostrae correspondeamus, negotiis publicis consecrando, penum domesticam nostram non modo negligere, sed et alibi praevie magno sudore comparata in officiis peculii hujus regii attenuare et consumere

necessitemur. Ex quo omnium rerum pretiis multum auctis impossibile sit, ut vel solum una persona senatoralis cum villi illo florenorum 130 annuo salario vivendi in statu esset, de familia vero uniuscujusque, ut a sui patris familias servitio vitam et intertentionem consequatur, nec memorandum: sequaciter penes gesta officia nos indies in majorem facultatum nostrarum jacturam labi.

Ne igitur praelaudata excelsa Camera regia tam in dolorosa sorte nostra, quibus taxae iudiciariae licet quottannis ultra 40 processus coram nobis decurrentes de anno in annum numerentur, ablatae sunt, quive nullas, quam exiguas exmissionum vix singulo senatori annue florenos 10 fructificantes accidentias habemus, nos ultro jactari, infraque cujusquun que privati servi conditionem vilescere gratiose patiatur, suplicamus humillime quo gratiosas, validasque vices suas apud Suam Majestatem sacratissimam, quam etiam sub hodierno dato humillime de genu exoramus, pro auctione salariorum nostrorum in confirmitate demisse huic advolutae consignationis resolvenda interponere dignaretur.

Ad quam consequendam non solum ea spe justa, quod operarius dignus sit conveniente mercede, quodve vitam et fatigia sua in publici servitium consecrans merito a publico sui commodam sustentationem requirendam habeat, erigimur verum id pro secundandis humillimis precibus nostris motivi demisse adferimus, quod quantumvis in peculio hocce regio metropolitanaque Regnorum horum urbe pro annualibus necessitatibus publicis et salariis magistratualium personarum exsolvendis nulla cassa domestica vigeat, nos tamen cura et solertia nostra proventus civitatis ante exiguos annos vix in annuo florenorum quatuor millium redditu subsistentes eo deduxerimus, ut auctis capitalibus, melioratque aeconomia ad annuos florenos 16591, cruciferos 22 15/16 quemadmodum ex praeadvoluta sub numero 9 communium civitatis annuorum proventuum et errogationum ex rationibus nostris domesticis desumpta consignatione eveniset, proventus elevati sint, a qua summa introituali quamvis errogationum quantitas, ut in eadem consignatione floreni 12998, cruciferi 21 desumantur, resultat adhuc ab errogatione proventus summa florenorum 3593, cruciferorum 1 15/16 petitae humillime auctioni non modo sufficiens, verum etiam ultro hanc pro quibuscunque extraordinariis necessitatibus in florenis 2143, cruciferis 1 15/16 remanemus; quam etiam quottannis in tali quantitate ab errogationibus tanto magis remansuram humillime policeri confidimus, quod intra praeprovocatam errogationum summam pro extraordinariis necessitatibus impensi floreni 3159, cruciferi 13 3/4 complectantur, quibus prope ad florenos 2500 ascendentia nova macella annuos florenos 312 fructificantia, extructa habentur: his vero jam aedificatis exsistentibus insuper h. floreni 2500 adeoque insimul floreni 4643, cruciferi 1 15/16 pro extraordinariis civitatis necessitatibus quottannis in salvo mansuri sint.

Unde non tantum praemetuendum non est, quod auctis salariis nostris, quemadmodum humillime non excessive, sed ne quidem laboribus et sustinendae ex inde quotidianae vitae correspondenter, projectamus peculium hocce regium ullum defectum passurum sit, imo potius omnem conatum nostrum eo nos impensuros policemur, ut et officiis nostris adaequate et indesinenter satisfaciamus et proventus civitatis de anno in annum in sumnis capitalibus aucturi simus.

Quam gratiam dum ab excelsa Camera regia ex praeadductis rationum momentis in humilitate exoramus una penes praeviam restaurationis nostrae per demissam relationem, rationumque submissionem gratiis et patrocinio ennixe commendati, jugi cum venerationis cultu perseveramus. Excelsae Camerae regiae Hungarico-Aulicae datum Zagrabiae ex consessu nostro magistratuali pro 3a mensis januarii 1797. celebrato. Humillimi servi, judex, consul, capitaneus, caeterique jurati senatores, fiscus item et electa communitas liberae regiaeque civitatis Zagrabiensis.

Relatio ad Suam Majestatem

Sacratissima caesareo regia et apostolica Majestas!
Domine, domine, clementissime benignissime!

In obsequium clementissimi Majestatis Vestrae sacratissimae sub dato Viennae Austriae 11a januarii anni mox evoluti numero 1330 emanati mandati annualem restaurationem nostram magistratualem citra interventum Majestatis Vestrae sacratissimae commissarii regii celebrandae nobis benigne indulgentis et medio excelsae Camerae Majestatis Vestrae sacratissimae Hungarico-aulicae sub 11o februarii anni ejusdem ad numerum 1546 transmissi cumque homagiali devotione per nos percepti. qualemnam juxta observatam eodem in merito benigne praescriptam idaeam usque clementissimam ratihabitionem pro praeallato anno peregerimus magistratualem nostram restaurationem, qui item et quali cum taxa ad concivilitatem assumpti sint, ex hic humillime advolutis diario et duplicis ordinis schemate, status utpote personalis utriusque magistratus et neoassumptorum civium clementer informari dignabitur Majestas Vestra sacratissima.

Quod porro rationes nostras domesticas camerariales attinet, has hoc vice pro annis 1787./8, 1788./9, 1789./0, 1790./1, 1791./2. et 1792./3. super manipulatoine paratae per nos revisas et censuratas excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae submisimus, reliquas autem et quidem de parata pro annis 1786./7, 1793./4. et 1794./5. uti et de naturalibus pro annis 1784./5, 1785./6, 1786./7, 1787./8, 1791./2, 1792./3, 1793./4. et 1794./5. ea potissimum de causa adhaerere in humilitate referimus, quod partim rationantibus emortuis viduae eorum segnius sese talibus dandis accingant, partim vero rationantes officiis suis emeriti, alias sui accomodationes obtinentes modernis suis officiis distenti muneris sui partes adimplere removentur. Nihilominus tam respectu illarum quam harum per nos eam fiscali nostro datam esse incumbentiam, ut actione mediante ad praestandas dari neglectas rationes stringantur, quae, ut nobis praesentatae perque nos censuratae fuerint, talium quoque debitam submissionem accelerare nulli intermittemus.

Id vero Majestati Vestrae sacratissimae humillime de genu vi juratae homagialisque nostrae erga Majestatem Vestram sacratissimam debitae fidelitatis supplices detegere necessitamur, quod omni occurrente restaurationis nostrae actu dum pro exigentia Majestatis Vestrae sacratissimae benigni mandati restauratorii et utilitate peculii hujus ad officia idonea et distinctiori capacitate praedita individua admovere satagimus, ex ratione ab una admodum vilium salariorum nostrorum ab alia vero

parte magnorum laborum magistratum manentium aut talia quae desideramus pro communi bono ad assumenda officia permovere nequeamus aut si ea adhortationibus et respective precibus flectimus, haec non secus quam sub spe benignae applacidandae auctionis salariorum obtineamus. Nos enim amplitudine negotiorum in juridicis, politicis, aeconomicis, religionariis, pupillaribus, rationariis et pluribus aliis objectis subsistentium ita obruamur, ut vix nobis quid temporis supersit, nulli tamen labor, eique nec quotidiano parcentes, quia omnes nos quo obligationi nostrae correspondeamus negotiis publicis consecrando penum domesticam nostram non modo negligere sed et alibi praevie magno sudore comparata in officiis peculii hujus Majestatis Vestrae sacratissimae attenuare et consumere necessitemur. Siquidem omnium rerum praetiis multum auctis impossibile sit, ut vel solum una persona senatoralis cum vili illo florenorum 130 salario vivendi in statu esset, de familia uniuscujusque vero, ut a sui patris familias servitio vitam et intertentionem consequatur alte tacendum

Ne igitur Majestas Vestra sacratissima tam in dolorosa forte nostra, quibus taxae judiciariae, licet quottannis ultro 40 processus coram nobis decurrentes numerentur, ablatae sunt, quive nullas quam exiguas exmissionum vix singulo senatori annue florenos 10 fructificantes accidentias habemus, nos ultro jactari, infraque cujuscunque privati servi conditionem vilescere benigne patiatur, supplicamus humillime de genu altefatae Majestati Vestrae sacratissimae pro auctione salariorum nostrorum in conformitate hicce demisse advolutae consignationis clementer resolvendorum.

Ad hanc vero de gratia et clementia Majestatis Vestrae sacratissimae ossequendam non solum ea spe justa, quod operarius dignus sit conveniente mercede, quodve vitam et fatigia sua in publici servitium consecrans merito a publico sui sustentationem condignam requirendam habeat, erigimur, verum id pro secundandis humillimis precibus nostris motivi Majestati Vestrae sacratissimae de genu substernimus, quod quantumvis in peculio hocce regio metropolitanaque Regnorum horum civitate pro annualibus necessitatibus publicis et salariis magistratualium personarum exsolvendis nulla cassa domestica vigeat. Nos tamen cura et solertia nostra proventus civitatis ante exiguos annos vix in annuo florenorum quatuor millium redditu subsistentes eo deduxerimus, ut auctis capitalibus, melioratque aeconomia ad annuos florenos 16591, cruciferos 22 15/16 quemadmodum ex huic in humilitate de genu advoluta communium civitatis annuorum proventium et errogationum ex rationibus desumpta consignatione eveniret, proventus elevati sint, a qua summa introituali quantumvis errogationum quantitas, ut in eadem consignatione floreni 12998, cruciferi 21 desumerentur, resultat ad huc ab errogatione proventus summa florenorum, 3593 cruciferorum 1 15/16 petitae humillime auctioni non modo sufficiens, verum etiam ultra hanc pro quibuscunque extraordinariis necessitatibus in florenis 2143, cruciferis 1 15/16 remanens, quam etiam quottannis in tali quantitate ab ordinariis errogationibus tanto magis remansuram humillime policeri confidimus, quod intra praevocatam errogationum summam floreni 3159, cruciferi 13 3/4 pro extraordinariis necessitatibus impensam complectantur, expensae, quibus prope ad florenos 2500 ascendentibus nova macel-

la civitatis annuos florenos 312 fructificantia extructa habentur his vero jam aedificatis exsistentibus, ad huc iidem floreni 2500 adeoque insimul floreni 4643, cruciferi 1 15/16 pro extraordinariis necessitatibus quottannis in salvo mansuri sint.

Unde non tantum praemetuendum non est, quod auctis salariis nostris, uti humillime de genu non excessive, sed vix ne quidem laboribus et sustinendae exinde quotidianae vitae correspondenter projectamus, peculium Majestatis Vestrae sacratissimae ullum defectum passurum sit, imo potius omnem conatum nostrum eo impensuros nos policemur, ut et officiis nostris adaequate et indesinenter satisfaciamus et proventus civitatis de anno in annum in summis capitalibus aucturi simus.

Quam gratiam dum a Majestate Vestra sacratissima humillime de genu ex praeadductis rationum momentis exoramus, una penes praeviam restaurationis nostrae perdemissam relationem, vitam et sanguinem in obsequium Majestatis Vestrae sacratissimae devoventes in homagiali devotione emorimur. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex et magistratus liberae et regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis. Datum ex consessu nostro magistratuali pro 3a mensis januarii 1797. celebrato.

1799.

Anno 1799. die 3a mensis februarii ipso videlicet s. Blasii episcopi et martyris tamquam privilegiali liberae et regiae civitatis hujus montis Graecensis Zagrabiensis die Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich juratis senatoribus, Paulo Spissich tribuno plebis et Sigismundo Byff vicenotario, fuit celebratus magistratualis consessus, occasione cujus sequentes intervenerunt contradictiones.

1o Dominus Paulus Spissich, qua actualis gremialis tribunus plebis contradictiones suas annis superioribus interpositas renovavit et universis sibi quocunque modo nefors praejudiciosis fassionibus generaliter contradixit.

2o Dominus Michael Vittunszky, liberae et regiae civitatis hujus perceptor

1o quoad profectam ex culina per vicinum suum Simonem olim Fabianchich ad fundum prius Vojkovichianum, modo suum fenestram et avulsam particulam terrae quam et retentum oppignoratum hortum per modernum possesorem Mathiam Czvetkovich, civem et nodularium gremialem possessa

2o quoad penes dictum fundum suum ducentem et per fatum Mathiam Czvetkovich via facti coarctatam viam communem ad campum ducenotem et inductionem ad partem ejusdem fundi rivuli ibidem decurrentis

3o quoad fassionem per dominum Josephum Fuchek culturae serici inspectorem pro domino Michaele Fabich super horto terrae suae contiguo celebratam

4o quoad fenestram per modernum vicinum suum Mathiam Czvetkovich anno recens evoluto apertam quae quidem per Simonem olim Fabianchich prosecta erat et ex ordinatione magistratus hujusce occludi debuit ad dictum fundum suum directam contradictionem suam, quoad priora puncta tria renovavit, quoad quartum vero de novo interposuit scripto.

3o Reverendus dominus Josephus Jellenchich fassioni et accepto v a facti possessorio vinae Sheginianae per mercatorem gremialem Joannem Ebner uti prioribus sic et in praesens contradixit aeque scripto.

4o Dominus Georgius Igerchich, gremialis senator, quoad praejudicia in contradictione jam annis prioribus interposita specifice deducta, contenta tamquam per vicinum suum Josephum Kukovich, civem et nodularium gremialem in domo sua sibi causata majoremque domus suae ruinam in die causantia contradictionem suam renovavit scripto.

5o Nicolaus Hutter, civis et mercator gremialis, qua fundi olim Josepho Draskoczyani haeredem domui et successorem Antonio Raiterianorum contigui actualis possessor, interpositam jam anterioribus annis, quoad fenestras et secessum Raiterianum contraditionem verbo renovavit.

6o Dominus Franciscus Maczan, nomine domini baronis gremialis a Rauch, quoad fenestras domini baronis a Kulmer ad aream suam deductas interpositam annis prioribus contradictionem verbo renovavit.

7o Dominus Nicolaus Sostarich, gremialis senator intuitu viae communis ad terram suam in possesione Bankovich habitam, ducentis et per dominum Paulum Poldrugach, juratum fori utriusque causarum advocatum occupatae interpositam prioribus annis contradictionem verbo reiteravit.

Lectum per Sigismundum Byff, juratum notarium m. p.

Anno domini 1799. die vero 4a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia praefatae civitatis sita et inclyti comitatui nominis ejusdem ingremiata, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich juratis senatoribus, Georgio vero Igerchich in infirmitate decumbente, ex magistratu vero exteriori seu electa communitate Paulo Gorup notario, Paulo Spissich fisco seu tribuno plebis, Stephano Chegetek, Simone Kusztreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, spectabili consiliario Antonio Novoszel, Michaele Bless, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich incytae Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regiae Tabulae judiciariae assessore, Carolo Koche, Julio Dikovich, Mathia Mihanovich, Josepho Serjavich, Francisco Schirenprond, Michaele Vittunszky, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich juratis assessoribus, Nicolao autem Hozjak, Petro Pransperger et Martino Baronay fatis cedentibus, Josepho demum Czulliffay semet ab actu hoc restauratorio excusante, Mathia vero Verchkovich statu valetudinario impedito absentibus celebratae magistratualis restaurationis

In conformitate benigne Suae Majestatis sacratissimae per excelsum consilium Camerae regiae Hungarico-aulicae civitati huic submissae, regulamque instituendarum magistratualium restaurationum praescribentis normae magistratus et electa communitas, praevia facta dominis magistratualibus servandae restaurationis sufficienti insinuatione ad eademque invitatione ad domum praetoream senatoream pro hora 9a conveniens pro invocando divini numinis auxilio ad parochialem ecclesiam s. Marci progressus est, ubi audito eatenus solenniter decantato missae sacrificio ad domum praetoream reversus secundum officia sua, et seriei ordinem occupavit suae sedes; demum

Lectum est gratiosum excelsi consilii regiae Camerae Hungarico-aulicae de dato 7a martii, anni currentis numero 3573 expeditum decretum, tenore cujus penes transmissionem benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati restauratorii non modo actum restaurationis sine interventu domini comissarii regii modalitate in eodem benigno mandato uberius expressa peragendum applacidatum esse insinuare, rerum etiam desuper una cum praescriptis 16 Tabellis periodicis modo et tempore praestitutis relationem sibi praestandam committere dignatur.

Ita in nexu hujus lectum et publicatum est benignum mandatum restauratorium Suae Majestatis sacratissiame, Vienna die 8a februarii, anni labentis numero 1131 emanatum mediante, quo altefataa Sua Majestas sacratissima absque interventu domini comissarii intra quindennam a dato percepti usque ulteriorem benignam ratihabitionem magistratualem restaurationem peragere et terminare ita clementer demandare dignabatur, ut habita pre oculis erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam devotione, sepositisque omnibus simultatibus et privatis respectibus serio interdictis, omnes conatus eo dirigantur, ut omne praejudicium ortodoxae fidei Romano-catholicae antevertatur, commoda et utilia civitatis hujus promoveantur, actus restauratorius decenter et pacate observando restaurationis per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptam normam pertractetur, senatorales et aliorum subalternorum enatae vacantiae idonaeis et bene meritis individuis absque religionis discrimine impleantur, iuramentum vero tam ab iis quam in numerum civium assummendis exipiatur, demum autem super totius magistratualis restaurationis serie penes annectendam in interiori senatu et electa communitate constitutorum uti et receptorum civium cum taxae specificatione ac qualitatum designatione relatio in dupplici exemplari uno excelsae cancellariae regiae Hungarico-aulicae transmittendo intra mensis spatiam praestetur, una denique referatur, quae rationes ad debita loca ab ultima restauratione submissae vel cur submitti neglectae sint.

His proinde praevia ratione publicatis antequam ad actum restaurationis progressum fuisset, siquidem ab ultima restauratione in magistratu exteriori, seu electa communitate per decessum ex hac vita Nicolai Hozjak, Petri Pransperger, et Martini Baronay, tres sedes assessorales vacantes enatae fuissent, itaque in conformitate benignarum normalium resolutionum et praescripta restaurationis norma praeprimis hae implendae fuissent, praeterea autem Mathias Kossutich electae communitatis

commembrum idem postulatum magistratui et electa communitati substravisset, ut cum idem jam senis confectus munia individua electae communitatis respicientia obire minus posset, pro eo in vicem sui generum suum Joannem Bradicza in numerum assessorum allegere magistratus et electa communitas dignaretur, cujus facta electione mox officio suo assessorali abrenunciaturus est: erga cujus modi postulatum magistratus cum electa communitate in eam sententiam condescendit, quod, quamvis praenominatus Bradicza, qua litteratus capacior gerendis muniis prae socero suo illiterato sit, nihilominus tamen quia in sensu benignae normalis resolutionis nullus ad officia et electam communitatem, quam praescripta candidationis et electionis methodo promoveri valeat, ex eo idem quoque huic sorti subjici debeat, qui si electus fuerit stante declaratione sua Mathiae Kossutich sedes pro vacante considerabitur.

Quapropter pro 1a vacante sede assessorali per mortem Nicolai Hozjak enata, magistratus in candidationem digressus est, pro qua candidati erant:

domini Petrus Thomich,
Sigismundus Byff et
Joannes Bradicza,

ex quibus dominus Petrus Thomich acceptis votis 11 per electam communitatem electus est. Domini vero Joannes Bradicza cum acceptis votis 5 et Sigismundus Byff cum votis 2 emanserunt: a quo neoelecto assessore, quia de praesenti Viennae in certis suis commorante negotiis, juramentum officii excipi de praesenti nequiret, ideo ubi rediverit magistratui ab hoc excipiendi juramenti delata est activitas.

Pro 2a vacantia assessorali per mortem domini Petri Pransperger emersa candidati erant:

domini Sigismundus Byff,
Thomas Petrovich et
Joannes Bradicza,

ex quibus dominis Joanne Bradicza vota 2, Thoma Petrovich votum 1 obtinentibus electus est dominus Sigismundus Byff vicenotarius cum votis 15, qui in continenti juramentum deposuit; porro

Pro 3ia sede assessorali per decessum domini Martini Baronay vacante candidabantur:

domini Joannes Bradicza,
Thomas Petrovich et
Josephus Rauth,

ex quibus domini Thomas Petrovich vota 3 et Josephus Rauth vota 6 obtinentes emanserunt, verum primus ex his candidatus Joannes Bradicza cum votis 10 electus et adjuratus est.

Cujus facta electione Mathias Kossutich, qui voto electionis sub candidatione sui generi carebat, in continenti in conformitate suae declarationis sedem assessoralem resignavit: pro qua enata quarta vacantia candidati erant:

domini Thomas Petrovich
Casparus Sostarich et
Josephus Rauth,

ex quibus domini Thomas Petrovich acceptis votis 6 et Josephus Rauth

votis 3 emanserunt, dominus Casparus vero Sostarich cum votis 11 in assessorem creatus est.

Redintegrata itaque hac ratione electa communitate interioris magistratus inchoata est restauratio et ideo pro officio

Fisci

Priori fisco domino Paulo Spissich officium suum pro exigentia normae restauratoreae resignante, pro qua candidabantur:

domini priori fisco in candidatione relicto
Petrus Thomich et
Stephanus Chegetek,

ex quibus prior dominus Paulus Spissich cum votis 10 confirmatus est, domini autem Petrus Thomich cum votis 7 et Stephanus Chegetek cum votis 2 praeteriti sunt.

Pro officio capitaneatus

Domino Francisco Maczan actuali capitaneo officium suum resignante, ideo pro hoc candidabantur:

domini prior capitaneus Franciscus Maczan,
Nicolaus Sostarich et
Josephus Szacherich,

ex quibus domini Nicolaus Sostarich vota 8, Josephus Szacherich vota 2 obtinuerunt, dominus vero Franciscus Maczan acceptis votis 11 in praehabito officio suo confirmatus est.

Pro officio consulis

Domino Stephano Mlinarich praegestum officium consulatus resignante, pro quo candidabantur:

domini idem Stephanus Mlinarich,
Nicolaus Sostarich et
Josephus Szacherich,

e numero quorum domini Nicolaus Sostarich nullum, Stephanus vero Mlinarich vota 10 obtinuit, dominus vero Josephus Szacherich cum votis 11 electus est; tandem

Pro officio judicis

Domino Nicolao Babochay officio suo valedicente, hoc nihilominus in candidatione retento, cum eo candidabantur:

domini Nicolaus Sostarich et
Stephanus Mlinarich,

ex quibus prior dominus Nicolaus Babochay, Nicolao Sostarich cum votis 6 et Stephano Mlinarich cum voto 1 emanentibus cum acceptis votis 14 ultro constabilitus est; qui sub majoris campanae pulsu ad ecclesiam sancti Marci deductus, ibidemque praevie decantato ad majorem aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano solenne tam idem, quam consul officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Evangelio deposuerunt juramentum, unde intra majorem electae communitatis comitivam praefatus dominus judex ad domum suam recessit, taliterque pro 1ma die praemissae restaurationis solennitas terminata est.

Anno domini 1799o die vero 5a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nico-

lao Babochay judice, Josepho Szacherich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Stephano Mlinarich juratis senatoribus, ex electa vero communitate Paulo Gorup notario, Paulo Spissich fisco, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Ignatio Spissich, Michaele Bless, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Koche, Julio Dikovich, Josepho Serjavich, Francisco Schirenprondt, Michaele Vittunzky, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich, Sigismundo Byff, Joanne Bradicza et Casparo Sostarich juratis assessoribus continuata est magistratus exterioris restauratio; et quidem:

1mo Pro officio exactoratus

Domino Michaele Kajzer pregestum officium suum exactorale scripto ea cum facta insinuatione, quod dominus actualis piarum summarum curator, Josephus Chernich pro annis duobus, dominus vero Mathias Mihanovich praedecessor suus pro annis tribus praestandis rationibus teneantur, resignante erga quam insinuationem determinavit magistratus interior et exterior, ut si intra mensis spatium exhaerentes rationes non praestiterint ad tales exhibendas actione fisci magistratualis stringantur; porro

pro officio exactoratus candidabantur:

domini Michael Kajzer,
Petrus Thomich et
Simon Kustreba,

ex quibus domini Kaizer Michael cum acceptis votis 7 et Kustreba Simon nullo emanserunt, dominus vero Petrus Thomich cum suffragiis 8 electus est.

2do Pro primario fori inspectore

Dominus Casparus Kotse, quamvis officium suum resignasset, nihilominus tamen per communem omnium conclamationem in praegesto officio suo confirmatus est; ita

3tio Pro secundario fori inspectore

Dominus Josephus Chernich pariter omnium suffragiis citra candidationem in suo officio constabilitus est.

4to Pro inspectoribus caminorum

Cum ab immemoriali ea obligatio quatuor juniores ex dominis assessoribus maneret, quod caminos et culinas singulis quatuor temporibus anni quaemadmodum etiam occasione majorum festivitatum, an debite purgentur, neve incendii periculum alicubi subversetur, visitare, observatos vero defectus magistratui sub juramento officii sui proponenda medela refferre teneantur, pro eo juxta receptum hunc usum intra muros et moenia domini Petrus Thomich et Sigismundus Byff, in suburbiis vero domini Joannes Bradicza et Casparus Sostarich caminorum inspectores denominati sunt.

5to Quarteriorum magistro et castellano, sacrista et campanatoribus ultro in servitiis suis confirmatio, ea magistratui delata est activitas, ut si aliguis horum quid demeruerit, omni tempore in vicem talis alter per magistratum substitui poterit. Porro autem, quia magistratui et electae communitati perspectum esset, quod unicus castellanus et ad latus domini judicis pro convocandis in verbalibus querelis incusatis et effectu-

andis dispositionibus adesse et cum nocturnis vigiliis procuranda communi quiete plateas civitatis circumire, praeterea autem dominos consenatores et electam communittatem pro consessibus magistratualibus convocare domui praetoreae, carceribus et captivis invigilare obligatus non sufficiat, sed etiam parte ab altera id etiam ad requisitum justitiae vindicativa implementum penes hancce civitatem desideraretur quod civitas hacce sufficientibus pro segregatione sexuum et distinguendis majoribus et minoribus delictis implicitis regiis arestis et securis provisa non sit, ex eo magistratus et electa communitas deffectibus his subvenire pro debito officii supiens, disposuit ut dominus consul actualis exigendorum arestorum et janitoris quarterii planum cum ejectandis hunc in finem necessariis expensis medio murariorum magistri elaborari faciat, quod Suae Majestati sacratissimae et excelso consilio Camerae regiae Hungarico-aulicae pro benigne impertiendo aedificandi indultu substernetur una autem pro introducendo novo individuo janitoris, quod magistratuales personas convocaturum, penesque domum praetoream hujus carcerum et captivorum curam gerendo excubaturum est, humillime exorabitur.

6to Pro incassatore ad pontem sublicium Savanum per magistratum interiorem occasione factae per dominum Joannem Brezovachky officium suum incassatoris resignationis titulo provisiorie constitutus Andreas Knesevich voto electae quoque communitatis confirmatus est, ea sub cautela et expressa conditione, ut quemadmodum adusque pontis Savani obiecta et officialium electio electam quoque communitatem semper respexissent, ita etiam in futurum pontis Savani vectigalis incassator, cum ejus conditio momentosior esset, occasione generalis magistratualis restaurationis communi restauratione et electioni subjiciatur.

7o Ad concivilitatem adspirantes, statumque suum liberum et suorum probitatem legitimantes ac semet in gremio civitatis hujus domiciliatos reddentes, ita etiam domicilio non provisi pro necessariis tamen agniti erga benigne praescriptae florenorum 4 taxae depositionem in numerum civium cooptati et adjurati sunt.

8o Assumptis et adjuratis neo civibus domino fisco civitatis Paulo Spissich eam propositionem faciente, ut, cum in conformitate benigne praescriptae normalis restaurationis normae et antiquitus observatae consuetudinis constitutiones hujus civitatis civibus pro sui directione publicari assolitae jam a pluribus annis republicatae non sint, tam itaque pro his publicandis terminus per magistratum et electam communitatem praestitueretur, quam etiam, ex quo ille abusus irreptisse observaretur, quod solus magistratus in ejectatione contributionalis quanti procedat, clari autem articuli 77ni 1715 tenores essent, praescribentis quod magistratus civiles cum concursu non modo electae communitatis sed etiam nobilium possessionatorum onera ferentium in repartitione communium onerum communiter agere, rationesque de incassatis et quo errogatis revidere obligetur, ideo in futurum sensui legis ex asse satisfiat. Erga quam propositionem magistratus cum electa communitate in eo coaluit, ut pro 18a mensis labentis constitutiones civibus republicentur, pro quo termino universi cives ad domum praetoream eo fine comparituri medio decurionum citentur: ita etiam ut futuris semper temporibus omni anno seu contributionale quantum majus anno praecedenti seu aequale

emetiendum occurrerit tam electa communitas, quam nobilitas possessionata pro elaboratione (necessitate ita exposcente) novae clavis et ejectatione repartitionalis quanti necessitatibus commensurandae, uti etiam rationum perceptoralium revisione adhibeatur, determinatum est.

Taliter tandem actu restaurationis magistratus interioris et exterioris absque interventu domini commissarii regii pacate concorditer et cum exemplari animorum conjunctione terminato et concluso dominus judex civitatis universos et singulos dandis rationibus obnoxios ad tales pro annis praeteritis dari neglectas, quo ocius ethibendas publice admonuit sessioque utriusque magistratus dissoluta est.

Lectum per Paulum Gorup praefatae
civitatis juratum notarium m. p.

1801.

Anno domini 1801. die vero 30a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia fatae civitatis existente praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Josepho Szacherich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich, et Stephano Mlinarich juratis senatoribus, ex magistratu vero exteriori seu electa communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek substiuto fisco, Simone Kustreba, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Koche, Julio Dikovich, Francisco Schirenprondt, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich, Petro Tomich et Joanne Bradicza juratis assessoribus, Sigismundo vero Byff vicenotario et regestratore e ratione infirmitatis absente, Ignatio porro Spissich emerito camerario et Mathia Mihanovich emerito pupillorum, piarumque summarum curatore, ob necdum officiorum suorum praestitas rationes inactionatis ita Michaele Bless piarum summarum pupillorumque curatore, Michaele Vittunzky perceptore et camerario, ac Casparo Sostarich xenodochii praefecto, qua in actualitate officiorum suorum constitutis dandisque rationibus obnoxiis in obsequium benigne resolutionis regiae sub 11a decembris 1799. numero 19012 emanatae pro praesenti actu restaurationis nec vocatis, demum spectabili Antonio Novoszel Suae Majestatis sacratissimae consiliario et Paulo Spissich fisco ab ultima restauratione fatis functis, Josepho denique Czulliffay, Mathia Verchkovich et Josepho Serjavich fundamento eo, quod dividenditis possessoriis civilibus e jurisdictione civitatis hujus emigrantes alibi residentias suas defixerint ex gratiosa excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae resolutione a praegestis officiis assessoralibus amotis, eorumdemque sedibus pro vacantibus declaratis, celebratae restaurationis magistratualis

Acta

Quamquam servandae annualis magistratualis restaurationis vi benignorum privilegiorum per divos Hungariae reges civitati huic clementer concessorum terminus in 3tiam mensis februarii pro die festo sancti

Blasii episcopi et martyris praescriptus haberetur, quia tamen absque positivo benigno indultu regio mandatoque restauratorio eandem celebrare praecautum foret, ob id actu restaurationis usque emanationem memorati benigni mandati eotum suspenso, superveniente vere eo, facta dominis magistratualibus tempestiva servandae restaurationis insinuatione, in obsequium gratiosae sub actu restaurationis observari praescriptae per excelsum Camerale consilim regium Hungarico-aulicum normae interior et exterior magistratus hora 9a matutina in domo praetorea senatorea conveniens pro invocanda sancti Spiritus gratia ad parochialem ecclesiam sacro Marco Evangelistae dicatam processit, ubi audito missae sacrificio solenniter decantato divinoque lumine invocato ad domum praetoream senatoream reversus juxta senii ordinem sedes suas occuparunt.

Et siquidem super emptionibus et venditionibus fundorum civilium interventu ab ultima restauratione perennales fassiones tam sub miniori quam majori sigillo expeditae in conformitate ab olim recepti usus sub ipso termino privilegiali divi Blasii episcopi et martyris publicatae interpositaeque contradictiones exceptae forent, ex eo ad ipsum restaurationis actum facto gressu, lectum est gratiosum excelsi consilii Camerae Regiae Hungarico-aulicae de dato 26tae martii anni currentis numero 4778 emanatum et 18a aprilis anni ejusdem perceptum decretum, mediante quo penes transmissionem benigni mandati restauratorii ad se directi insinuare Suam Majestatem sacratissimam civitati huic petitam pro anno labente magistratualem restaurationem absque interventu commissarii regii peragendi facultatem juxta praescriptam in advoluto benigno mandato normam clementer concedere dignatam esse una autem de qualiter peracta restaurationis serie relationem penes transmissionem quoque praescriptarum 16 Tabellarum periodicarum tempore praestituto sibi inomisse submittendam praecipere gratiose dignatur.

In cohaerentia cujus provocatum quoque benignum Suae Majestatis sacratissimae de dato 5ae martii 1801. numero 2128 expeditum mandatum restauratorium publicatum est, ejus tenoris, quod magistratualis restauratio pro anno delabente citra interventum commissarii regii usque ulteriorem nihilominus benignam ratihabitionem regiam peragi clementer ita concedatur, ut habita prae oculis homagiali erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam devotione sepositisque omnibus simultatibus et privatis respectibus serio interdictis omnes conatus eo dirigantur, quo quodlibet praejudicium ortodoxae fidei Romano catholicae antevertatur, commoda et utilia peculii hujus regii promoveantur, actus restaurationis decenter et pacate observando per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptam restaurationis methodum pertractetur, senatorales et aliorum subalternorum enatae vacantiae idonaeis et benemeritis individuis absque religionis discrimine impleantur, juramentum porro tam ab iis, quam in numerum civium assumendis excipiatur, demum autem super totius magistratualis restaurationis intra quindennam a dato percepti provocati benigni mandati restauratorii peragendae serie penes annectendam in interiori senatu et electa communitate constitutorum, uti et receptorum civium cum taxae specificatione ac qualitatum designatione relationi dupplici exemplari, uno excelsae cancellariae regiae Hungarico-aulicae, altero vero excelsae Camerae regiae

Hungarico-aulicae transmittendo intra mensis spatium praestetur, una denique referatur quae rationes ad debita loca ab ultima restauratione submissae, vel quam ob causam submitti neglectae sint.

Quibus praevia ratione publicatis, antequam ad actum restaurationis descessum fuisset, ea per dominum cassae perceptorem Michaelem Vitunzky circa dominos Josephum Chernich et Michaelem Kajzer illum emeritum pupillorum piarumque summarum curatorem, hunc vero aeque emeritum xenodochii praefectum reflexione scripto proposita existente, quod hi ambo esto quidem rationes officiorum suorum magistratui praesentassent, quia tamen facto eorum ob tardam utpote rationum exhibitionem evenisset, quod censurari et absolvi non potuerint, cum reliquis rationes suas non exhibentibus et in actualitate officiorum dandis rationibus obnoxiorum constitutis a sede assessorali et voto arcendi sint. In cujus reflexionis resolutionem assumptum est in subsidium gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae sub dato 25ae junii anni prioris 1800. numero 10398 hoc in merito emanatum interpretativum decretum, mediante quo eos, qui extra munia constituuntur, tamdiu solum donec rationes restantes non exhibuerint a consessibus communitatis et voto excludendos venire, quia disertis verbis disponeretur praenuncupati vero officiales super praegestis muniis suis debitas rationes omnino reddidissent, proinde illos magistratus et electa communitas in intellecta praeprovocati gratiosi interpraetativi decreti sede et voto suis gaudere declaravit.

Superata itaque praevia reflexione memoratisque Josepho Chernich et Michaele Kajzer cum voto in consessu relictis in conformitate gratiosae per praelaudatam excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptae restaurationis idaeae ad implendas ab ultima restauratione quinque enatas sedes vacantes assessorales processum est.

Quapropter pro vacante per mortem domini spectabilis consiliarii Antonii Novoszel prima sede assessorali candidabantur:

domini Georgius Kraly,
Michael Antolich et
Joannes Brezovachky,

ex quibus dominis Georgius Kraly acceptis votis 7 per electam communitatem ellectus et in continenti adjuratus est. Domini vero Michael Antolich cum votis 3bus et Joannes Brezovachky cum votis aeque 3bus emanserunt.

Pro 2 da sede assessorali per mortem domini Pauli Spissich vacante candidabantur:

domini Joannes Brezovachky,
Ernestus Kamauff et
Nicolaus Gerbenich,

ex quibus dominis Ernesto Kamauff vota 6 et Nicolao Gerbenich votum nullum obtinentibus ellectus est dominus Joannes Brezovachky cum votis 8 et officii sui juramento indilate obstrictus extitit.

Pro 3tia sede assessorali per amotionem domini Mathiae Verchkovich candidabantur:

domini Ernestus Kamauff,
Michael Antolich et

Joannes Frankovich,
ex quibus ellectus est et adjuratus dominus Joannes Frankovich cum votis 9, dominus Kamauff vero cum acceptis votis 6 et dominus Michael Antolich cum nullo emanserunt.

Pro 4ta sede assessorali per amotionem domini Josephi Czulliffay enata vacantia candidabantur:
domini Ernestus Kamauff,
Nicolaus Huetter et
Josephus Rauth,
e quorum numero dominus Nicolao Huetter cum votis 4 et Josephus Rauth cum votis 3bus emanentibus, dominus Ernestus Kamauff ellectus et adjuratus est cum votis 9.

Demum pro 5ta sede assessorali per amotionem domini Josephi Serjavich vacantia enata candidabantur:
domini Nicolaus Hutter,
Josephus Rauth et
Nicolaus Gerbenich,
ex quibus dominus Josephus Rauth cum votis 5 et dominus Nicolaus Gerbenich cum voto nullo obtento praeteriti sunt. Dominus Nicolaus vero Hutter cum votis 12 creatus et adjuratus est.

Adimpleto itaque praevia modalitate exteriori magistratu seu electa communitate tandem inchoata est interioris magistratus restauratio et ideo pro officio

Fisci

Domino Paulo olim Spissich ab ultima restauratione fatis functo, domino vero Stephano Chegetek in vicem ejus substituto officium hocce juxta praesciptam restaurationis normam resignante, ideo pro eodem candidabantur:
domini Stephanus Chegetek,
Julius Dikovich et
Georgius Kraly,
ex quibus dominis Julio Dikovich cum accepto voto uno, Georgio vero Kraly nullo emanserunt, verum dominus Stephanus Chegetek cum acceptis votis 14 ellectus et adjuratus est.

Pro officio capitaneatus

Domino Francisco Maczan praegestum officium suum capitaneatus more solito resignante, ideo pro hoc candidabantur:
domini prior capitaneus Franciscus Maczan,
Nicolaus Sostarich et
Stephanus Mlinarich,
ex quibus domini Nicolaus Sostarich votum 1 et Stephanus Mlinarich vota 3 obtinuerunt, dominus vero Franciscus Maczan acceptis votis 14 ellectus et ultro in officio suo confirmatus ec adjuratus est.

Pro officio consulis

Domino Josepho Szacherich praehabito officio consulari valedicente pro quo candidabantur:
domini idem Josephus Szacherich,

Nicolaus Sostarich et
Stephanus Mlinarich,
ex quibus domini Josephus Szacherich vota 6 et dominus Nicolaus Sostarich votum 1 acceperunt. Dominus vero Stephanus Mlinarich cum votis 11 ellectus est.

Pro officio judicis

Priori domino judice Nicolao Babochay aeque officium suum resignante, pro quo candidabantur:
domini idem Nicolaus Babochay,
Josephus Spissich et
Nicolaus Sostarich,
ex quibus primus in serie dominus Nicolaus Babochay, dominis Josepho Spissich cum votis 5 et Nicolao Sostarich cum votis 2 emanentibus, acceptis suffragiis 11 ellectus et ultro in officio judicatus stabilitus est, qui sub majoris campanae pulsu ad ecclesiam parochialem S. Marci deductus, ibidemque praevie decantato ad majorem aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano solenne tam idem, quam consul officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Evangelio deposuerint juramenta, unde intra electae communitatis commitivam praefatus dominus judex ad domum suam recessit taliterque pro la die praemissae restaurationis solennitas terminata est.

Anno domini 1801. die vero la mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich, juratis senatoribus, ex ellecta vero communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek fisco, Simone Kustreba, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Koche, Julio Dikovich, Francisco Schirenprondt, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich, Joanne Bradicza, Georgio Kraly, Joanne Brezovachky, Joanne Frankovich et Nicolao Hutter juratis assessoribus continuata est magistratus exterioris restauratio et quidem:

lo Pro primario fori inspectore

Domino Carolo Kotche officium suum fori inspectoratus resignante pro eodem candidabantur:
domini idem dominus Carolus Koche,
Georgius Kraly et
Michael Kajzer,
ex quibus Carolus Koche vota 4, Georgius Kraly vota 3 obtinentes emanserunt, verum dominus Michael Kajzer cum votis 7 ellectus est.

2o Pro secundario fori inspectore

Domino Josepho Chernich praehabitum officium hocce simpliciter resignante, candidationemque suam deprecante, quare pro tali candidabantur:
domini Carolus Kotsche,
Georgius Kraly et
Ernestus Kamauff,
ex quibus dominus Carolus Kotsche cum obtentis votis 5 et dominus

Ernestus Kamauff cum voto nullo emanserunt, dominus autem Georgius Kraly acceptis votis 10 ellectus est.

3o Pro aedituo capellae Patientis Christi

Quoniam dominus Stephanus Chegetek hactenus capellae Patientis Christi aedituus sub actuali restauratione ad officium fisci promotus foret, ea quaestione 1o proposita existente, an penes officium fisci aedituatum quoque retinere valeat, pro 2o autem in casum agnitae compatibilitatis an per conclamationem stabiliri aut praescriptae candidationi et ellectioni subjici debeato, quo in merito magistratu et ellecta communitate mutua consilia ineuntibus, in eo coalitum est, ex quo domini aeditui nihil se solo, sed cum consilio et erga ordinationem deputationis ecclesiasticae apus dominum admodum reverendum parochum localem celebrari solitae, circa res ecclesiarum et proventus agant, ob id officium fisci cum aedituatu antelatae capellae omnino, idque tanto magis in praefato domino Chegetek concentrari posse, quod singularis ejus erga fatam capellam cura et zelus omnibus cognitus haberetur, nihilominus tamen in conformitate praescriptae restaurationis idaeae communi candidationi et ellectioni substernendum esse, quapropter pro eodem aedituatu candidabantur:

domini praementionatus Stephanus Chegetek,
Joannes Frankovich et
Nicolaus Hutter,

ex quibus idem dominus Stephanus Chegetek cum acceptis votis 7 confirmatus est, domini autem Nicolaus Hutter cum voto 1 et Joannes Frankovich cum votis 6 emanserunt.

4o Pro inspectoribus caminorum

Ab immemoriali ea juniores, neoque electos dominos assessores obligatione manente, quod caminos et culinas singulis quatuor anni temporibus cum civitatis hujus spacicaminario et occasione majorum festivitatum an debite purgentur, neque alicubi incendii periculum subversetur, domatim visitare observatos vero deffectus fine ponendae in tempore medellae magistratui indilate reffere teneantur; pro exigentia itaque introductae ejusmodi consuetudinis et obligationis intra muros et moenia domini Georgius Kraly et Ernestus Kamauff, in suburbio vero domini Joannes Brezovachky et Joannes Frankovich caminorum inspectores denominati sunt.

5o Quarteriorum magistro, castellano, sacrista et campanatoribus ultro in servitiis suis confirmatis ea magistratui interiori delata est activitas ut si aliquis horum obligationi suae minus satisfaceret, omni tempore in vicem talis alter per magistratum substitui poterit.

6o Quamvis quidem juxta communem magistratus utriusque sub ultima anno 1799. interventa restauratione factam determinationem incassator vectigalis pontis sublini Savani restauratione huic subjici deberet, quia tamen magistratus et electa communitas unanimiter in eo coaluisset, ut, siquidem major pons proximus ruinae vetustate sua esset, adeoque ex integro novitus exstrui deberet, civitas vero haecce non modo fundo suscipiendae hujusmodi fundamentalis exstructionis destitueretur, verum insuper cassa pontis pro errogatis in

structuram minoris pontis expensis debito passivo gravaretur, Sua Majestas sacratissima enixis precibus exoretur; quo administrationem eorundem pontium a civitate accipere, talesque ad fundum commercialem instar pontis Varasdinensis assumere clementer dignaretur: ideo usque quo benigna resolutio superventura est a restauratione pontis incassatoris tum ob hoc, cum etiam quod obligationi suae accurate satisfecerit, praescissum inque munio suo ultro, seu usque benignam pontium receptionem, seu vero hac non succedente usque futuram magistratualem restaurationem confirmatus est ea lege tamen, ut de materialibus ad pontes memoratos errogari solitis rationes ducere teneatur.

Fine adornandae porro fundatae ad Suam Majestatem sacratissimam et excelsum Consilium regium locumtenentiale circa receptionem toties fatorum pontium repraesentationis dominis consuli civitatis et geometrae data est incumbentia, ut modernum majoris pontis statum genuine circumscribant, requisitorumque in errectionem fundamentalem novi pontis tam materialium, operarumque vecturalium et manualium, quam necessariarum in praemissa sumptuum pecuniariorum planum et consignationem elaborent magistratui praesentandum.

7o Ad concivilitatem aspirantes, statumque suum liberum et morum probitatem legitimantes ac semet in gremio civitatis hujus domiciliatos reddentes, ita etiam domicilio non provisi pro necessariis tamen agniti erga benigne praescriptae taxae depositionem in numerum civium cooptati sunt.

1o dominus spectabilis Joannes Zdenckay, nobilium campi Turopolia comes terrestris erga florenos 12.

2o Franciscus Skarecz, Croata, litteratus, Romano catholicus, Ven. capituli Zagrabiensis provisor erga florenos 12.

3o Joannes Jagatich, nodifex, Croata, ex dominio Ozaly manumissus Romano catholicus; erga florenos 6

4o Georgius Aizenhut, Germanus ex Imperio oriundus, arcularius, domiciliatus, Romano catholicus, erga florenos 6.

5o Nicolaus Klen, Neosolio oriundus, Hungarus, vitriarius qua necessarius, Romano catholicus, erga florenos 6.

6o Joannes Andrassek, laminarius, ex Moravia oriundus, liber, Romano catholicus, necessarius erga florenos 6.

7o Bartholomaeus Janoss, Labaco oriundus, Romano catholicus, possessionatus quaestor qua utili erga florenos 6.

Qui omnes supranominati neocives per dominum capitaneum civitatis ut juramento concivilitatis adstringantur, dispositum est.

Taliter itaque actus restaurationis magistratus interioris et exterioris absque interventu domini commissarii regii pacate, concorditer et cum exemplari animorum conjunctione terminatus et conclusus est.

Quo ita concluso magistratus et electa communitas communibus concertatione et consilio ea quoque, quae civitatis hujus et civium publicam utilitatem et securitatem respiciunt, promovere principalem suarum partium curam esse non dubitans, pro eo sequentia statuit.

Numero 1o

De oblata in publica licitatione arendae mensis junii educilli summa intra cives repartienda et eruenda stabili clavi.

Quamvis ante inchoatum pro hac die exterioris magistratus restaurationis actum in praesentia utriusque magistratus arenda educilli mensis imminentis junii juxta praescriptam per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam methodum accenso, cereo difixoque in signum tryumphi grosso, publicae licitationi exposita fuisset, hujusque benedicii arendator circumspectus Joannes Ledinzki, qua plurimum intra reliquos collicitantes florenos utpote 176 ante casum grossi promittens, sed neque etiam alio quopiam post casum grossi, ad factam an quis plus offerre velit interogationem ultro in continenti offerente legitime evasisset, proque tali declaratus fuisset, nihilominus tamen quia dominus Georgius Kraly neoassessor cum eodem Joanne Ledinzky, et reliquis competitoribus usque finem collicitans, factaeque de plus offerendo post casum grossi interogationi praesens, nec tamen eotum quidpiam ultra oblatam per Joannem Ledinzky summam appromittere volens, verum consumata licitatione ex consessu magistratus exiens, tandem autem exterius tracta aliqua mora redux declarasset, quod idem pro praemisso beneficio florenos 300 dare velit, taleque sibi adjudicari adursisset; qua in suborta quaestione potioritas magistratus et ellectae communitatis judicavit, quod cum Joannes Ledinzky coram fide dignitate publica utriusque magistratus arendator legitime evaserit et declaratus pro tali fuerit invidata fide publica consumatus actus licitationis retractari effectusque arendator accepto jure, nisi sponte ad novam licitationem consentiat, exui nequeat: eapropter praefatus Joannes Ledinzky de renunciando juri suo interrogatus, siquidem id reposuisset, quod obtento juri nec possit, nec velit, ex quo non ad rationem privativam suam, sed civium requisitus collicitaverit, cadere, ideo actus licitationis ultro ratihabitus et confirmatus est; ac quia pro omnibus civibus vinum educillare volentibus per mensem junium arenda assumpta haberetur, quo itaque quis in specie quantumve singulus eorum eo titulo ad cassam civitatis soluturus est. Pro directione domini cassae perceptoris sciri valeat: dispositum est, ut omnes cives per decursum saepe memorati mensis junii educillaturi conscribantur, intraque tales per ordinatam deputationem, ad quam ex magistratu interiori domini Stephanus Mlinarich actualis consul et Josephus Szacherich consenator, ex electa vero communitate dominus Stephanus Chegetek fiscus condeputati sunt, supraattacta florenorum 176 summa servata respectu situationis educillorum et habitae utilitatis proportione repartiatur pro hocce anno. Pro futuro autem cum magistratui et electae communitati id in comperto esset, quod hic proventus a sagacitate speculantium dependens non modo incertus esset, sed etiam per ejus annuam exarendationem cives et publicum maximum praejudicium magistratus autem summas intra arendatorem et incolas diversas circa contrabandas et illationem e vicinis jurisdictionibus vini suboriri solitas quaestiones molestias sustinere debuerit. Siquidem nonnulli arendatores magni lucri cupidi, alios cives ab educillatione excludentes, coempta deterioris sortis vina sua solum educillare assoliti fuerint, e vicinis autem jurisdicionibus melioris qualitatis vina inferri sub poena contrabandae non admiserint, civibus autem domesticis melioribus vinis provisis incauteque unam alteramque mediam alicui pro pretio extradantibus integra vasa vini cum eorundem ingenti ruina in contrabandam occupaverint, unde jam id usu venisse

observatum foret, quod populus ad vicinas jurisdictiones pro haustu vini transire ibidemque cum jactura opificii sui bibere necessitatus fuerit. Quo itaque huic publico et privatorum damno et praejudicio obvietur: dispositum est, ut supra ordinata deputatio excussis sex annorum rationibus proventum quaestionati educilli mensis junii eruat, exque his annuam obtingentiae summam elaboret, magistratui et electae communitati referendam, quae excelsae Camerae regiae Hungarico-Aulicae penes eas humillimas preces substernatur, ut futuris successivis annis erga fixae ejusmodi summae depensionem educillum mensis junii gremialibus civibus publica onera ferentibus cedendum gratiose indulgere dignetur.

Numero 2o

De negata domino comiti Antonio Peiachevich metae jaculatoriae errectione.

Merito petitae per illustrissimum domini comitem Antonium Peiachevich in fundo domus suae in platea Illicza habitae metam jaculatoriam pro civibus errigendi sibi concedendae facultatis per magistratum sub 24a aprilis anni currentis in revisionem assumpto verum finali ejus determinatione ad communem magistratus et electae communitatis concessum relegata, hac proinde occasione electae communitatis concertationi proposito exsistente: in nexu cujus unanimiter adinventum et decretum est cum titulati domini comitis domus et fundus ad principalem plateam viamque commercialem et postalem qua indefinentes comeatus et vecturisationes vigent, situetur, insuper etiam undiquoque domibus et horreis foeno et stramine onustisque cingatur, ut facile seu per erroneum jactum sclopi exorituri incendii causa suboriri, seu autem ex continuo explosionis scloporum ac in casum excussionis centri tormentorum fragore equi et pecora transeuntia terrefieri, exindeque maxima pericula sequi quirent, ad praecavenda itaque quaequae mala et pericula desiderio titulati domini comitis deferri neutiquam posse.

Numero 3io

De assumptis domini fisci propositionibus eatenusque interventis determinationibus.

Lectae sunt demum domini fisci Stephani Chegetek scripto comprehensae propositiones in eo factu:

1o Ut singula acta cum communitate servati consessus cum interventu ejusdem communitatis publicentur.

2o Ut ejectatio contributionalis quanti cum interventu possessionatae nobilitatis singulo anno instituatur.

3io Cassae visita saepius peragatur.

4o Officium perceptoratus a camerariatu distinguatur, contra agensque seu camerarius constituatur.

5o Extranei fundos civiles possidentes et inquilini nulla onera personalia ferentes, praeter contributionem respectu personalium onerum taxentur.

6o Fine procurandae effectiva determinationum magistratus et electae communitatis executionis paragraphi et conclusa respectivis commissionatis individuis accurate expediantur.

7o Ut ad factas suas amplissimo magistratui reflexiones interventu determinationes magistratuales per gremium civitatis publicentur ac a contravenientibus statuta poena exigatur.

8o Platea Illicza in cujus reparationem inclyta Comitatus Zagrabiensis universitas aliquam partem laboratorum gratuito resolvit, lapidibus sternatur.

9o Suffossio collis ad moenia civitatis strictissime inhibeatur poenaque a contra venientibus in hungaricalibus 12 desumatur.

10o Structurae aedificiorum accurata inspectio habeatur, ne ex parte plateae solum murus ponatur, interim vero parietes ex plexis virgultis cum periculo incendii construi admittatur; tandem

11o Ne cives sub tempus arendae educilli mensis junii per arendatores ab illatione vini pro proprio usu ex vicinis jurisdictionibus arceantur.

Cujusmodi praeviis domini fisci propositionibus per magistratum et electam communitatem in revisionem susceptis, erga easdem sua serie sequentibus determinatum est; et quidem ad

Iam Quemadmodum dominus fiscus civitatis electam communitatem repraesentans vi instructionis suae consessibus magistratualibus politicis interesse obligatus publicationi actorum adusque etiam ex parte electae communitatis quam citra occursum mementosiorum negotiorum convocare saepius et commembris electae communitatis suis laboribus distentis onerosum et magistratualibus negotiis remoratorium esset, semper observatus fuerit, ita quoque in futurum pro casu majorum objectorum civitatem hancce publice respitientium tam pro pertractatione eorundem quam publicatione actorum electa communitas vocari ordinata est; ad

2am Cum contributionale quantum fixum erga solitam cum interventu possessionatae nobilitatis clavim repartiatur, congregandae eatenus singulo anno nobilitatis ratio subesse non videatur, nisi ipsius clavis modificandae necessitas exposcat, in casum itaque hunc, quam etiam ubi nova aliqua onera repartienda occurrerint, praescripto legis magistratus et electa communitas satisfacere non intermittet.

3iam Dum et quando dominus fiscus civitatis cassam visitari desideraverit, voto ejus in securitatem publici directo deferatur.

4tam Subversante merito jam excelso consilio regiae Camerae Hungarico-aulicae pro gratiosa resolutione substrato existente, ideo eatenus ab emanatione gratiosae resolutionis praestolandum esse censuit uterque magistratus.

5tam Siquidem pro anno currente elaborata repartitione serotinum esset extraneos possessionatos et inquilinos personalia onera non supportantes respectu ejusmodi personalium onerum taxare, ideo propositionem domini fisci pro anno affuturo in notam assummi.

6tam Officio notariali et cancellistis commissum habetur, ut post singulam actorum publicationem praeferenter officiosas determinationes in sequelam quarum dominis magistratualibus effectuationes committuntur expediant et concernentibus individuis penes adnotationem dati exhibitionis consignent.

7am Praeprovocatae determinationes quo ocius medio tympani civitatis per gremium publicari dispositae sunt, inque contravenientes juxta statutas poenas animadversi ultro ordinatum est.

8vam Siquidem tam fori Harmicza, quam plateae Illicza planum et expensarum requisitorumque, si haec per extensum lapidibus sternantur, materialium et operarum vecturalium et manualium projectum elaborari dominis consuli civitatis et geometrae commissa habeantur, ante horum autem relationem eo minus quid stabilis, quod expensae laborum debilitati cassae approportionari debeant, determinari valeat, ob id antelatis domino consuli et geometrae ultro commissum est, ut praememoratum planum et consignationem expensarum et materialium, quo ocius magistratui referenda, ut in nexu horum magistratus cum electa communitate congrua disponere possit, conficiant. Interea nihilominus in sequelam resolutarum operarum per inclytum Comitatum in reparationem praealatae plateae Illicza, cum notabilis quantitas lapidum in monte Grachan hunc in usum praeparata habeatur, actuali domino consuli data est incumbentia, ut eosdem lapides per resolutas publicas operas proximus convehi curet. Et quia uno individuo quod vecturis et manualibus laboratoribus invigilaturum esset, opus foret, ideo pro inspectore denominatus est dominus Michael Kajzer, cujus obligationis id erit, juxta accipiendam a domino judice nobilium, laboratorum et vecturarum consignationem diarium impensorum laboratorum de nomine et cognomine cumque specifica expositione, qua vectura quot vicibus de die lapides deveherit, quis item manualis labor, in quem usum conversus sit ducere, laboratoribus constanter sua in persona invigilare, tesseras cum vecturisantibus servare et singulam vecturam adscindere, tamquam hos, quam manuales operarios singula septimana de praestito numero laboratorum et vecturarum accurate quietare titulo fatigii sui et mercedis pro singulo die laborum ex cassa civitatis hujus diurnum floreni 1 habiturus; ad

9am Cum suffossio collis Dvercze infra monia civitatis non solum ipsis muris civitatis ne collabantur, sed etiam subjacentibus domibus per lapsum collis et moenium jacturam maximam passuris praejudiciosa foret, ad antevertendum proinde ex utraque parte imminens damnum domino capitaneo civitatis data est incumbentia ut in ejusmodi suffossionem investiget, has repertas mox per authores suos replendas nomine magistratus et electae communitatis imponat, pro futuro autem omnes domorum infra moenia civitatis existentium proprietarios ab attentanda suffossione et excavaturis sub desumenda hungaricalium 12 poena et factae excavationis reparationis onere inhibeat, una autem eadem fidelia in reliqua quoque civitati hinc et publico factis nefors per privatos praejudicia indaget, magistratui desuper scriptam de compertis relationem praestiturus. Ad

10am. Quemadmodum ex altissima dispositione regia jam annis anterioribus aemanata magistratui huic stricta invigilantia imposita habetur, ut aedificia et domus novitus construenda non modo in ornamentum civitatis, sed etiam privatorum et publici securitatem dirigantur, quo itaque scopus benignae dispositionis regiae eo securius

obtineatur, decrevit magistratus et electa communitas id per gremium civitatis publicari, ne ullus in gremio civitatis aliquod aedificium ponere antequam planum propositae structurae magistratui pro revisione substraverit, sub poena hungaricalium 12 praesumat; et quia id magistratui et electae communitati relatum haberetur, quod in specie Joannes Poliak sartor ex virgultis in domo erigi caepta parietes in principali platea extruat, domino capitaneo pariter delata est provincia, ut cum domino fisco ejus domum revideat, desuperque relationem faciat. Tandem ad

11am. Cum per ordinatam intra cives summae arendatitiae ejectationis dispositionem eatenus provisio facta habeatur, et in futurum etiam, si per excelsam Cameram Hungarico-aulicam voto et determinationi, quo ex sex annorum obventa summa arendatitia certum obtingens annuum intra cives repartiendum defigatur, magistratui et electae communitati delatum fuerit, excessibus per arendatores commiti solitis obviabitur, reflexionem domini fisci pro hoc anno cessare, pro futuro autem usque excelsae Camerae regiae gratiosam resolutionem in reservam poni.

Numero 4to

De introductio desumendorum per dominos exmissos magistratuales duorum florenorum titulo diurni usu.

Siquidem benignae Suae Majestatis sacratissimae sub dato 9ae maii 1798. numero 7082 medio excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae emanatae in objecto diurnorum tam magistratualibus, quam subalternis civicis individuis emensorum resolutionis usus ad hucdum introductus non fuisset, verum domini magistratuales juxta antiquum schaema singulus floreni unius diurno ex benevola remissione excontentabantur, procurandum autem praealatae benignae resolutionis regiae effectum non minus rerum omnium pretii maxima et in hac civitate inaudita adusque accrescentia, hincque difficilis reddita dominorum magistratualium sustentatio praemeret, quam etiam observandae in civitatibus juxta suas classes pariformitatis ratio publica exigeret, ideo unanimiter conclusum est, ut deinceps in conformitate saepememoratae benignae resolutionis et transmissi schaematis dominis senatoribus, fiscali et ordinario notario in nexu posterioris suppletoriae benignae resolutionis titulo diurni singillative floreni duo dependantur, haecque diurna sibi benigne applacidata in singulis exmissionum casibus desumant. Ita reliqua quoque subalterna individua praescripto schaemati conformentur, provisione tamen ejusdem resolutionis puncto 3tio in salvo relicta, quod pro casu exmissionum ad bona civitatis emergentium domini exmissi intertentionis expensis et medietate diurni defixi contentandi sint. Lectum per Palum Gorup, praefatae civitatis juratum notarium m. p.

1805.

Series restaurationis magistratualis anno Domini millesimo octingentesimo quinto 6ta mensis maii absque interventu commissarii servatae.

Anno Domini 1805. die vero 6ta mensis maii Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia fatae civitatis habita, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Josepho Szacherich substituto capitaneo, Josepho Spissich et Georgio Igerchich juratis senatoribus (Francisco vero Maczan capitaneo et Nicolao Sostarich senatore ab ultima restauratione fatis functis), e magistratu vero exteriori seu electa communitate Paulo Gorup notario, Mathia Mihanovich substituto fisco, Stephano Briglievich, Ignatio Spissich, magnifico Georgio Luketich Suae Majestatis sacratissimae consiliario regio, Carolo Koche, Francisco Shirenprondt, Michaele Kaizer, Petro Thomich, Joanne Bradicza, Sigismundo Byff, Joanne Frankovich, Ernesto Kamauff, Casparo Sostarich et Nicolao Hutter juratis assessoribus, Stephano autem Chegetek, Simone Kustreba, Michaele Bless ac Josepho Kraly intermedio tempore ad aeternitatem evocati, Michaele porro Vittunszky cassae perceptore unaque camerario et Georgio Kraly piarum summarum pupillorumque curatore qua dandis rationibus obnoxiis, in obsequium benignae normalis dispositionis a sedibus suis et voto exclusis, Julio demum Dikovich et Josepho Chernich absentibus, celebratae magistratualis restaurationis

Acta.

Pro termino mediantibus benignis privilegiis per divos condam Hungariae reges civitati huic clementer concessis servandae annualis magistratualis restaurationis in 3iam mensis februarii festum utpote s. Blasii episcopi et martytis defixo, benigno mondato restauratorio absque interventu cujus restauraotionem servari praecautum haberetur non superveniente adeoque actu restaurationis in suspenso relictio existente, subseque tamen memoratio benigno mandato ad utrumque magistratum emanato, facta est dominis magistratualibus restaurationis servandae tempestiva insinuatio ac ad exigentiam gratiosae in actu restiaurationi observandae, per excelsum consilium regiae Camerae Hungarico-aulicae praescriptae normativae instructionis interior et exterior magistratus hora 9na matutina in domo praetorea conveniens, pro invocanda s. Spiritus gratia ad parochialem ecclesiam sancto Marco Evangelistae dicatam processit, in qua audito solenniter decantato missae sacrificio, divinoque lumine invocato ad domum praetoreo se natoream regressus juxta senii ordinem sedes suas occupavit. Ac quoniam actui restaurationis pro termino privilegiali celebrari solitae, perennalium fassionum super emptionibus et venditionibus fundorum civilium publicatio, interpositaeque contradictiones praemitti praescriptae sub ipso termino divi Blasij seu 3ia februari fine obviandi annuali praescriptioni intervenissent; ob id in continenti ad ipsum factum restaurationis processum exstitit.

Quapropter lectum est gratiosum excelsi consilii Regiae Camerae Hungarico-aulicae de 21a martii anni currentis 1805. numero 4593. expeditum et 30a aprilis perceptum decretum, tenore cujus penes transpositionem benigni mandati restauratorii ad se directi insinuare Suam Majestatem sacratissimam civitati huic petitam pro anno currente magistratualem restaurationem absque interventu commissarii regii peragendi facultatem juxta praescriptam in advoluto benigno mandato normam exacte observandam clementer indulgere dignatam esse, de qualiter autem peracta restaurationis ejusdem serie relationem cum transmissione quoque periodicarum 16 tabellarum intra terminum praestitutum sibi inomisse submittendam praecipere gratiose dignatur.

In nexu hujus provocatum etiam benignum Suae Majestatis sacratissimae sub 22 februarii anni labentis numero 1939. emanatum mandatum restauratorium publicatum est: mediante quo committitur et mandatur, ut debita homagiali erga suam Majestatem sacratissimam devotione prae oculis habita semotisque quibusvis simultatibus et privatis respectibus, serio interdictis, munia ea quae pro antevertendo orthodoxae fidei Romano catholicae praejudicio, altissimi item servitii promotione, ac civitatis hujus commodo et utilitate iustitiaeque administratione, utilia, proficua et commoda esse videbuntur decenter, concorditer, pertractentur, methodus restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam praescripta accurate observetur, senatorales et subalternorum officiorum vacantiae habilibus, idoneis et de peculio bene meritis individuis absque religionis discrimine usque ulteriorem tamen Suae Majestatis sacratissimae ratihabitionem redintegrentur, tam vero ab his, quam in numerum civium assumendis modalitate in anno 1743. intimata, reflexe nihilominus ad articulum 26um 1791. excipiatur juramentum: super totius demum restaurationis serie cum interioris et exterioris senatus, receptorumque civium horumque taxae, religionis, conditionis, litteraturae et qualitatum Tabella in designatione relatio intra mensis spatium a peracta restauratione computandum in duobus exemplaribus, unum excelso Consilio regio locumenentiali, alterum vero excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae submittatur, una etiam referatur, quae rationes ab ultima restauratione ad loca debita transmissae aut qua de causa transmitti retardatae habeantur.

Quibus publicationibus praemissis tandem in conformitate gratiosae per praelaudatam excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptae restauratoriae ideae ad implendas ab ultima restauratione enatas quatuor sedes assessorales procedebatur.

Quare pro vacante 1a sede assessorali per mortem domini Stephani Chegetek enata candidabantur per magistratum interiorem
domini 1o Michael Stivalich
2o Paulus Zavodzky
3o Josephus Rauth,
ex quibus per electam communitatem dominus Michael Stivalich acceptis suffragiis 12 electus est. Domini vero Paulus Zavodzky cum votis 3 et Josephus Rauth cum voto uno emanserunt.

Pro secunda sede assessorali per mortem domini Simonis Kostreba vacua interventa candidabantur
domini 1o Paulus Zavodzky
2o Josephus Rauth
3o Josephus Komaromy,
e numero quorum dominis Josepho Komaromy votis 5 et Josepho Rauth votis 2 obtentis emanentibus electus est dominus Paulus Zavodzky cum votis 10.

Pro tertia vacante sede assessorali per mortem domini Michaelis Bless emersa candidabantur
domini 1o Josephus Komaromy
2o Josephus Rauth
3o Josephus Shipussich,
e quibus dominis Josepho Rauth vota 6 et Josepho Shippussich vota 3 accipientibus, prodivit dominus Josephus Komaromy cum votis 9.

Tandem pro 4a sede assessorali per mortem domini Josephi Kraly vacante enata candidati erant
domini 1o Josephus Rauth
2o Josephus Shipussich
3o Josephus Shiprak,
ex quibus dominis Josephus Shipussich cum votis 6 et Josephus Shiprak pariter cum votis 6 acceptis emanserunt et dominus Josephus Rauth cum votis 7 electus est.

Redintegrata proinde electa communitate digressus est uterque magistratus ad candidationem et electionem pro

1ma senatoris implenda vacante sede per domini Francisci Maczan senatoris et capitanei mortem interventa

Pro quo officio candidabantur
domini 1o Paulus Gorup
2o Sigismundus Byff
3o Ernestus Kamauf,
ex quibus primo loco positus dominus Paulus Gorup cum votis 14 electus est, domini vero Sigismundus Byff cum voto 1o et Ernestus Kamauf pariter cum voto 1 praeteriti sunt.

Per promotionem itaque ad sedem senatoralem domini Pauli Gorup, quia in electa communitate vacans sedes assessoralis effecta foret, pro hac implenda candidati erant
domini 1o Josephus Shipussich
2o Josephus Siprak
3o Michael Antolich,
ex quibus electus est dominus Josephus Siprak cum votis 15, dominus autem Josephus Shipussich cum votis 3 et Michael Antolich voto nullo obtento emanserunt.

Redintegrata denuo electa communitate pro 2a sede senatorali per mortem domini Nicolai Sostarich enata candidabantur
domini 1o Sigismundus Byff
2o Ernestus Kamauf et
3o Georgius Kraly,

ex quibus emanentibus dominis Sigismundo Byff vota 7 et Georgio Kray votum nullum obtinentibus, electus est dominus Ernestus Kamauf cum votis 10.

Quo pacto denuo enata vacante sede assessorali, pro hac implenda candidabantur

domini 1o Josephus Staidacher
2o Josephus Shipussich
3o Joannes Czappan,

ex quibus electus est dominus Josephus Staidacher obtentis votis 12, domini vero Josephus Shipussich cum votis 4 et Joannes Czappan cum votis 2 emanentibus.

Praevia proinde ratione tam interiori quam exteriori magistratu completo, tandem processum est ad restaurationem fisci et interioris magistratus. Qua propter pro officio

Quoniam dominus Stephanus Chegetek fiscus ab ultima restauratione fatis cessisset et in vicem ejus dominus Mathias Mihanovich substitutus officium suum juxta benigne praescriptam normam resignasset, ideo pro eodem officio fisci candidatis

dominis antelato Mathia Mihanovich
2o Michaele Stivalich
3o Paulo Zavodzky,

prodivit dominus Mathias Mihanovich acceptis suffragiis 10, dominis autem Michaele Stivalich cum acceptis votis 5 et Paulo Zavodzky cum voto 1 emanentibus.

Pro officio capetaneatus

Domino Francisco Maczan sub ultima restauratione ad officium capitanei evecto intermedio tempore ad aeternitatem evocato, domino vero Josepho Szacherich substituto capitaneo officium suum resignante, ideo pro eodem candidabantur

domini idem Josephus Szacherich
2o Josephus Spissich
3o Paulus Gorup,

ex quibus dominus Josephus Szacherich cum votis 15 in officio suo ultro confirmatus est. Domini vero Josephus Spissich cum voto nullo et Paulus Gorup cum votis 3 emanserunt.

Pro officio consulis

Domino Stephano Mlinarich officio consulatus valedicente, ideo pro tali candidabantur

domini 1o Stephanus Mlinarich
2o Paulus Group et
3o Georgius Igerchich,

ex quibus dominus Paulus Gorup obtentis suffragiis 15 ad idem officium promotus est, domini vero Stephanus Mlinarich cum votis 4 et Georgius Igerchich cum voto 1o emanserunt; tandem

Pro officio judicis

Priori domino judice Nicolao Babochay officium suum resignante, pro eodem candidabantur

domini 1o idem Nicolaus Babochay
2o Josephus Spissich et
3o Stephanus Mlinarich,

ex quibus dominus Nicolaus Babochay, dominis Josepho Spissich cum voto 1 et Mlinarich cum voto nullo emanentibus, acceptis suffragiis 18 ultro electus, ac in officio judicatus confirmatus habetur: qui etiam juxta antiquum receptum morem sub majoris campanae compulsu ad ecclesiam parochialem s. Marci deductus, ibidemque praevie decantato ad magnam aram coram exposito Venerabili Hymno Ambrosiano solenne tam idem quam consul officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Evangelio deposuerunt juramentum, unde inter electae communitatis comitivam fatus dominus judex ad domum suam recessit, taliterque pro 1a die praemissae restaurationis solennitas terminata est. Lectum per Paulum Gorup praefataae civitatis juratum senatorem et consulem vices ordinarii nottarii supplentem m. p.

Anno domini 1805. die vero 7a mai mensis, in domo praetoreo senatorea, intra muros et moenia liberae regiaque civitatis Zagrabiensis situata, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Paulo Gorup consule, Josepho Szacherich capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Stephano Mlinarich et Ernesto Kamauf juratis senatoribus, ex electa vero communitate Mathia Mihanovich fisco, Stephnao Briglevich fiscale, magnifico domino consiliario regio Georgio Luketich, Carolo Kotche, Petro Thomich, Michaele Kaizer, Sigismundo Byff, Joanne Frankovich, Francisco Schirenbrandt, Nicolao Hutter, Joanne Brezovachky, Ignatio Spissich, Joanne Bradicza, Michaele Stivalich, Josepho Komaromy, Paulo Zavodzky, Josepho Syprak et Josepho Staidacher juratis assessoribus continuabatur sessio restauratoria et quidem;

1o completis hesterna die assessoralibus vaccantiis, redintegratoque interiori magistratu ac judice constituto, siquidem per domini ordinarii notarii Pauli Gorup praprimis in senatorem, deni autem etiam in consulem, electionem officium ordinarii notarii vacans effectum sit, pro complenda hac statione, per amplissimum magistratum candidati exstiterunt domini:

Stephanus Briglevich
Paulus Zavodzky et
Josephus Staidacher,

inter quos domino Brigljevich vota 5, domino vero Zavodzky votum unum recipientibus, tertius in ordine Josephus Staidacher acceptis votis 9 electus, consuetum notariale juramentum in continenti deposuit; postquod

2o digressu facto ad fori inspectores pro talibus domini Michael Kajzer et Michael Antolich, velut praeexistentes fori inspectores ultro confirmati habebantur.

3o reflexe porro ad caminorum inspectores quandoquidem ab antiquo illa viguerit consuetudo, quod juniores, ac neoelecti domini assessores singulis quattuor anni temporibus in concursu gremialis spacicaminarii culinas et caminos utrum debite purgentur et an non fors alicubi periculum ignis subversetur, domatim visitare, observatos vero defectus pro ponenda medela amplissimo magistratui refere inomisse teneantur, hinc idmodi antiquae consuetudini inhaerendo, scopo hujus functionis explendae, pro interiori civitate domini Josephus Shyprak et Josephus Komaromy, pro suburbio autem dominus Josephus Rauth delecti sunt. Dein

4to Quarteriorum magistro, castellano et campanatoribus ultro in praestitis servitiis suis confirmatis, intuitu sacristae servitii, assumpta fuit eatenus recurrentis Ladislai Jarnevich instantia; qui etiam velut hujas domesticus civium filius, accedente insuper non solum gremialis domini parochi Karvanchich, medio domini judicis relata recommendatione, sed et eo, quod securitatis fundo provisus sit, in sacristam susceptus habebatur: quem ut subinde dominus capitaneus consueto fidelitatis juramento obstringat, ordinatum est; qua occasione

5o concivilitatem ingredi desiderans dominus Joannes Evangelista Czappan e consideratione remonstratae in officio, quod actu etiam gerit, cancellistico dexteritatis et dilligentiae, taliterque praestitorum civitati huic fidelium servitiorum, erga depositionem benigne praescriptae florenorum 6 concivilitatis taxae in numerum civium cooptatus, solito modo per dominum capitaneum adjuratus est; in quorum nexu

6o Lectae dein sunt triplicis ordinis instantiae prima Joannis Vaganich incolae hujatis, secundo Petri Czeszarecz diversitoris sub Szomszedvar et tertia Georgii Orach, vectoris gremialis, sui in concivilitatem assumptionem solicitantium, quorum petito ac signanter Joannis Vaganich propterea, quod de excessibus notatus sufficientia meliorationis indicia adusque haudquaquam ediderit, Joannes porro Czeszarecz, quod extra jurisdictionem civitatis hujus habitando et cum rebus suis horsum necdum transeundo semet neque pro cive qualificatum exhibuerit, nec non Georgii Orach, ob defectum propriae domus deferri nequire conclusum est. Queis ita superatis considens magistratus et electa communitas ad promovenda etiam quae publicam civitatis hujus ac civium utilitatem et securitatem respiciunt, initis communibus consiliis et concretatione sequentia disposuit

Numero 1o

De merito domus m/22 florenis a domino comite Orssich emptae, qualiter electae communitati proposito

circa domum per interiorem magistratum a sua magnificentia domino comite Adamo Orssich m/22 florenis ea ratione ut isthoc pratium intra septem annos persolvatur, emptam, proposuit idem magistratus electae communitati an talem pro usibus civitatis hujus summe necessariam, adeoque omnino ad rationem publici retinendam esse vel minus adinveniat eadem communitas ac per consequens utrum memoratam domum electa quoque communitas pro civitate reservare, vel vero privativa illorum dominorum magistratualium, qui ad ejus pro parte publici emptionem concurrerunt siquidem moderna domus praetorea admodum angusta et pro necessariis publico commoditatibus adeo insufficiens sit, ut in eadem nec pro cassis, nec pro arestis sed nec pro justitiariis sufficiens spatium adsit, praeterea autem ipsum praeexpositum pretium spectato ejusdem domus cumprimis modernis charisticis temporibus valore, non tantum non excessivum, ast pro civitate multum favorabile sit. Hinc circa praedictae domus pro publico retentionem nulla ex parte etiam communitatis difficultate oborta, conclusum est, ut ubi praevie requisitarum commoditatum planum elaboratum fuerit, eatenus excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae abhinc demissa repraesentatio submittatur.

Numero 2o

De restitutione turrium in claustro olim capucinorum existentium apud excelsum Consilium regium locumtenentiale sollicitanda.

Turribus civitatis hujus duobus in Zvercze pro usibus claustri olim capucinorum ex beneplacito magistratus, adeoque eatenus proprietate fisci civici in salvo permanente, temporarie cessis, siquidem iisdem capucinis isthic subinde cessantibus, rementionatum claustrum ad fundum religionarum recidisset ex eo, ut hae turres jure postliminii civitati huic restituantur ad excelsum Consilium regium locumtenentiale demisse recurrendum disponitur, hoc magis, cum eaedem turres jam ad desolatum statum positae sint, tecta vero earundem turrium penitus perplua evaserint.

Numero 3o

De consessu interioris magistratus cum interventu electae communitatis post 14 dies servando.

Quo statuto civitatis hujus more adusque usitato republicari, alioque nefors ad mutuam interioris magistratus cum electa communitate cointelligentiam spectantia negotia pertractari valeant, eatenus consessus interni magistratus, nec non electae communitatis celebrandus post 14 dies, adeoque pro 21a anni currentis praefixus est.

Numero 4o

De negotiis intra individua officii notariatus partiendis.

Ut cuilibet e dominis notariis incumbentes officii labores in specifico constare valeant, ordinata est, sub praesidio domini magnifici consiliarii regii et civitatis hujus assessoris Georgii Luketich cum interventu dominorum emeriti ordinarii notarii actualis vero consulis Pauli Gorup et Josephi Komaromy deputatio, officiosos labores specifice tam pro ordinario notario, quam et vicenotariis designaturos ac opus suum subinde interiori magistratui relatura.

Numero 5o

De aducto turricollae Sztanessich salario et deputato.

Turicollae civitatis hujus in Dvercze Mathiae Sztanessich salarium suum adaugeri petenti, ex quo ejusdem annuum in 21 florenis consistens salarium valde exile esset, ex reflexione etiam modernae rerum omnium charistiae, in aere parato floreni 4 in frumento autem metretae duae pro futuro adjiciuntur, ac proinde domino cassae perceptori et camerario committitur, ut a la mai anni currentis inchoando antelato turicollae

praemissos florenos 4 neque secus duas metretas frumenti, praeter et ultra praehabitum salarium ac deputatum, erga consuetas quietantias quotannis dependat.

Numero 6o

De eo ut lampas infra portam lapideam dehinc accuratius qualibet nocte accendatur.

Siquidem observatum sit quod praeinitae de alenda noctu infra portam lapideam limpade dispositioni ad amussim non satisfacit, quemadmodum et commoditas et securitas transeuntium per eandem portam hominum deposceret, ut ibidem noctis tempore lumen adsit, ita in consequentiam praecedaneae determinationis domino capitaneo ultro comissum est, ut curam de quotidiana ad vesperum lampadis ibi reperibilis recensione, constituto eatenus sutori et civi Fruk serio imponat et necessariam ad hoc olei quantitatem assignet, subinde ex cassa civica solvendam.

Numero 7o

De reiteranda quoad regestratorem et una honorarium vicenotarium repraesentatione.

Archivo civitatis hujus ob insufficientiam personalis officii notarialis exigua in parte hucusque regestari queunte et hinc in disordine constituto officii vero agendorum tanta mole penes civitatem hanc sese quotidie excipiente, ut duo notarii impenso licet extremo fatigio vix vel apponendis currentibus actis sufficiant atque ideo regestrationi praesertim praecedaneorum actorum impossibiliter sement impendere possint, considens magistratus et electa communitas factam jam intuitu resolvendi registratoris ac una honorarii vicenotarii, excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae repraesentationem, ex hodierno denuo reiterandam disposuit.

Et cum ratio publici exigat, ut ordini archivi quanto tempestivius prospiciatur ac idem archivum quo citius regestrari inchoetur, opinabatur magistratus cum communitate, ut interea etiam donec gratiosa circa realem expetitum regestratorem et simul vice notarium honorarium resolutio supervenerit, unum aptum et regestrationis archivalis gnarum individuum erga unius floreni diurnam mercedem conducatur, atque tali opus regestrationis concredatur: cujus intuitu siquidem dominus actualis cancellista Joannes Czappan semet recommendaverit et pro hac regestratione qualificatus sic, hac in parte una fideliae etiam gratiosam cameralem inviationem expetendam esse conclusum est.

Numero 8o

De litteris domini superioris scholarum directoris Marich ratione xenodochialis infra portam lapideam aedificii, nec non adaptationis scholarum nationalium exaratis.

Litterae magnifici domini superioris scholarum directoris Ludovici Marich provocative ad opinionem commissionis regiae ratione aedificii pro hujate schola nationali deservituri, editam, sub 25a aprilis anni currentis magistratum hunc requirentis quatenus fundus et aedificium antiqui xenodochii infra portam lapideam situatum tantisper in statu quo conservetur ac praeterea seu de novi pro usibus nationalium scholarum aedificii in loco altissime designato erectione seu vero circa meliorem actualium scholarum adaptationem, negotium concertetur, lectae sunt:

in nexu quarum domino capitaneo Szacherich commissum est, ut interventa hanc in rem commissionalia acta procurare studeat, semetque cum domino districtuali scholarum nationalium inspectore Thoma Koschiak cointelligenter habeat. Lectum per Josephum Staidacher praefatae civitatis Zagrabiensis juratum notarium m. p

1808.

Anno 1808. die 4a mensis aprilis Zagrebiae in domo praetorea senatorea considentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Paulo Gorup consule, Stephano Mlinarich substituto capitaneo et Josepho Spissich jurato senatore (Josepho Szacherich capitaneo et Georgio Igerchich nec non Ernesto Kamauff senatoribus ab ultima restauratione demortuis) ex exteriori autem magistratu seu electa communitate Josepho Staidacher ordinario notario, Mathia Mihanovich fisco, Stephano Briglevich fiscale, Ignatio Spissich consiliario regio, Georgio Luketich, Carolo Kotche, Francisco Shirnbrandt, Josepho Chernich, Julio Dikovich, Michaele Kayzer, Petro Thomich, Joanne Bradicza, Sigismundo Byff, Georgio Kraly, Joanne Frankovich, Casparo Sostarich, Nicolao Hutter, Paulo Zavodczky et Josepho Rauth juratis assessoribus, Michaele porro Stivalich et Joanne Brezovachky intermedio tempore ad aeternitatem transeuntibus, Michaele vero Vittunzky, cassae perceptore, qua dandis rationibus obnoxio virtute benignae normativae resolutionis e sede ac voto excluso, denique Josepho Komaromy et Josepho Shyprak assessoribus infirmitate impeditis, ac ideo absentibus celebratae restaurationis magistratualis

Acta

Pro privilegiali divi Blasii termino in 3iam februarii incidente restauratione civica ob defectum benigni mandati restauratorii non servata, verum ad tempus superventuri hujus benigni mandati restauratorii relegata, siquidem id modi benignum mandatum restauratorium subinde isthuc pertigisset, terminus proinde istius restaurationis celebrandae in hodiernam diem praestitutus et praevie per magistratum respectivis dominis assessoribus scripto insinuatus exstitit. Hodierna autem die adveniente posteaquam ad domum praetoreo-senatoream tam interior quam exterior magistratus hora octava matutina convenisset, antequam hic actus restaurationis incepisset, ad implorandum sancti Spiritus lumen, audiendumque missae sacrificium ad gremialem parochialem ecclesiam s. Marco Evangelistae dicatam proprimis procedebatur.

Ubi tandem audito decantato sacro, ac terminatis divinis, sumptoque ad domum civicam reditu idem interior magistratus et electa communitas juxta senii ordinem sedes suas occupavit, ipsa vero restauratio suscepta fuit modalitate sequenti; et quidem

Praeprimis lectum est gratiosum excelsae Camerae Regiae Hungarico-aulicae intimatum de dato 10a februarii anni currentis numero 2068. dimissum, tenore cujus, penes benigni decreti restauratorii submissionem

una gratiose comittitur, ut restauratione magistratuali penes civitatem hanc benigno praescripto cohaerenter et absque interventu comissarii regii peracta, desuper debita relatio simul cum praescriptis 16 tabellis periodicis modo ac tempore praestitutis inomisse submittatur.

In nexu cujus lectum dein fuit provocatum benignum mandatum restauratorium de dato 24ae decembris anni prioris 1807. numero 12058 in eo expeditum, quod quippe Sua Majestas sacratissima clementer admittere dignata sit, ut libera haec et regia civitas montis graecensis Zagrabiensis restaurationem suam pro hac vice absque interventu comissarii regii suscipere et terminare possit, eo ultro per expressum demandato ut eadem haec civitas debitam, eamque homagialem erga summe factam Suam Majestatem sacratissimam devotionem prae oculis habens, semotis quibusvis simultatibus et privatis respectibus, in ordine quoad hujusmodi restaurationem omnia ea quae pro antevertendo orthodoxae fidei Romano-catholicae praejudicio altissimi item servitii promotione ac publico peculii hujus comodo atque utilitate nec non indefessa communis justitiae administratione proficua fore videbuntur, decenter paccate et concorditer tractare, methodumque restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam intimatam observare, senatorales demum imo aliorum quoque subalternorum officialium vacantias habilibus idoneis et de isthoc peculio bene meritis subjectis sine religionis discrimine ad ulteriorem nihilominus Suae Majestatis sacratissimae ratificationem, complere et redintegrare: juramentum porro ab assumendis ad offic'a et concivilitatem modalitate anno adhuc 1743. intimato reflexe etiam ad articulum 26um 1791. acceptare: totum denique internum statum pro emolumento et incremento civitatis hujus regulare ac tandem ad aequatam super hujusce restaurationis serie relationem in duobus exemplaribus Consilio regio locumtenentiali Hungarico, nec non Camerae regiae Hungarico-aulicae submittendis praestare: neque secus rationes debite confectas suis locis more consueto transmittere et an a postrema restauratione jam aliquae pro quot ac quibus annis submissae habeantur et sin minus, cur id intermissum sit, genuine informare ac de caetero dispositionibus medio antelatae regiae Camerae Hungarico-aulicae interventis et interventuris sese ad amussim conformare debeat ac teneatur.

Quibus praededucto modo coram figurae considentis interioris magistratus et electae communitatis perlectis et publicatis ac praeterea domini Georgii Kraly advocati et gremialis assessoris instantia pro sui candidatione et ad interiorem senatum promotione porrecta-assumpta dominus judex eundem hunc magistratum et electam communitatem ad id, ut in conformitate praemissorum altissimorum jussuum praesentem restauratorium actum paccate et concorditer habitoque ob oculos bono publico et emolumento civitatis hujus inchoare et consumare velint, brevibus cohortatus est, post hoc vero, quia ab ultima restauratione quae die 6a mensis mai anni 1805i servabatur, per mortem dominorum Michaelis Stivalich et Joannis Brezovachky in electa communitate duae assessorales vacantiae ennatae fuissent, de earundem itaque redintegratione consultatum exstitit atque pro 1a hac vacantia candidati erant domini:

Joannes Horvatich,
Mathaeus Babich et
Petrus Klemenich,

quos inter primos in ordine dominus Joannes Horvatich, Mathaeo Babich cum nullo, Petro autem Klemenich cum votis 7 emanentibus, acceptis 12 suffragiis, ellectus et solito juramento assessorali obstrictus est.

Pro secunda vero assessorali sede e candidatis dominis:
Joanne Kukovich,
Emerico Haraminchich et
Petro Stajduhar
dominus Emericus Haraminchich vota 3, Petrus autem Stajduhar votum nullum acceperunt, verum primus Joannes Kukovich cum obtentis 17 votis in assessorem constitutus et adjuratus exstitit.

Redintegrata proinde hoc modo electa communitate uterque magistratus ad redintegrationem interioris senatus, ubi per mortem praeexistentis capitanei Szacherich, nec non senatorum Igerchich et Kamauff tres sedes vacantes effectae sunt, digrediebatur, atque pro implenda la senatoris vacantia candidabantur domini:

Michael Vittunzky,
Josephus Chernich,
Joannes Horvatich,
ex quibus domino Michaele Vittunzky vota 7, domino autem Josepho Chernich suffragia 3a recipientibus, officium senatorale confectus est cum votis 10 dominus Joannes Horvatich.

Post cujus electionem et adjurationem, cum in electa communitate iterum assessor deesset, pro tali constituendo candidati erant domini:

Thomas Koschiak,
Gregorius Knezevich ac
Vincentius Kariolich,
quorum secundo Gregorio Knezevich vota 10 accipiente et assessorale iuramentum elliciente, primus in ordine dominus Koschiak cum votis 9 et tertius dominus Kariolich cum voto uno praeteriti sunt.

Completa denuo electa communitate procedebatur ad electionem secundi senatoris: pro cujus officio candidatis dominis:

Georgio Kraly
Michaele Kayzer et
Francisco Schirnbrandt,
electus est primus in ordine dominus Kraly cum votorum suffragiis 12, reliquis duobus utpote Michaele Kayzer cum votis 5 et Francisco Schirnbrandt cum voto 1 emanentibus.

Quo facto iterum ennata in exteriori magistratu una assessorali vacantia fine talis complendae candidabantur domini:

Stephanus Derchich,
Leopoldus Pluszkal et
Fridericus Liszjak,
quorum secundo domino Pluszkal vota 6, tertio autem domino Liszjak vota 5 accipiente, in ordine primus dominus Derchich cum votis 9 prodivit et in continenti adjuratus est.

Sic rursus completa electa communitate ad tertii senatoris electionem deventum fuit: pro qua statione candidati exstiterunt domini:

Sigismundus Byff,
Joannes Bradicza et denuo
Michael Vittunszky,

inter quos primus dominus Sigismundus Byff 10 per consequens plurima vota accipiens, consuetum senatorale juramentum deposuit, posteriores autem nempe dominus Bradicza cum votis 3, dominus Vittunszky cum votis 6 emanserunt.

Et quia per praefati domini Byff ad senatorale munus promotionem iterum in communitate una sedes assessoralis vacans effecta fuisset, quo haec redintegretur ex candidatis pro hac sede dominis:

Francisco Skarecz,
Emerico Patthak et
Antonio Praunsperger

primus dominus Franciscus Skarecz obtentis votis 13 in assessorem denominatus et solita modalitate adjuratus fuit, reliquis domino Patthak cum votis 4 domino autem Praunsperger cum votis 3 remanentibus.

Posteaquam autem praeexpressa serie non solum interior et exterior magistratus plene redintegratus et antelatae vacantiae completae fuissent, tandem condescensum est ad restaurationem fisci et interioris magistratus.

Vice propter domino fisco Mathia Mihanovich munus suum condecenter resignante,pro eodem fisci officio candidabantur domini:

idem Mathias Mihanovich,
Paulus Zavodczky et
Michael Kayzer,

quos inter primo domino Mihanovich vota 7, Paulo vero Zavodzky vota 3 recipientibus, ultimus in ordine dominus Michael Kayzer cum votorum sufragiis 8 hoc munus fisci adeptus praescriptum juramentum in instanti ellicuit.

Post hoc ad capitanealis officii restaurationem transeundo postquam a fatis denati capitanei Szacherich in substitutum capitaneum denominatus dominus Stephanus Mlinarich, munus hoc ob grandaevam quoque aetatem suam et fractas senectute vires resignasset, pro capitaneali officio candidabantur domini

modo fatus Stephanus Mlinarich,
Georgius Kraly et
Joannes Horvatich,

quorum primo domino Mlinarich votis 2 postremo autem domino Horvatich votis 7 insignito prodivit in ordine secundus dominus Georgius Kraly- penes obtenta votorum sulffragia 11. Qui etiam neoelectus dominus capitaneus mox consuetum officii sui juramentum deposuit.

Porro officio consulis per dominum Paulum Gorup in sinum considentis magistratus et electae communitatis condecenti modo deposito, atque resignato, dum pro munio hoc candidati fuissent domini:

idem Paulus Gorup,
Stephanus Mlinarich et
Joannes Horvatich,

facta votorum renumeratione dominus Gorup cum votis 4, Stephanus autem Mlinarich cum votis 5 praeteriti sunt, ast tertius in ordine dominus Joannes Horvatich consulare munus hoc cum obtentis 11 sortitus ac consecutus est.

Quibus praeallato modo peractis, tandem dominus judex Nicolaus Babochay e sede sua consurgens, acta breviter considenti magistratui et selectae communitati pro locata in se fiducia praegestoque muneregratiarum actione, juxta receptam antiquitus consuetudinem concreditas sibi claves et sigillum restituit ac praehabitum officium suum resignavit; pro quo judicis munere dominis:

eodem Nicolao Babochay,
Josepho Spissich et
Stephano Mlinarich

candidatis posteriores duo et quidem dominus Spissich cum uno, Stephanus vero Mlinarich cum nullo voto remanserunt, primus autem dominus Babochay obtentis votis 19 in judicis officio ultro confirmatus sigillum peculii hujus regii, nec non solitas claves ipsamque judicatus sedem recepit.

Et sic ad exigentiam praeprovocati benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati restauratorii, quibusvis paccate ac concorditer mutuaque omnium in cointelligentia pertractatis, atque cunctis pro publico peculii istius regii commodo, justitae administratione ac conservanda qua semet perfrui uterque magistratus gloriatur, pace, hisque juncta altissimi servitii promotione terminatis, ipsave per consequens civica hac de clementissimo indultu regio absque interventu commissarii celebrata restauratione, in quantum prima restaurationis die quapiam pertractanda fuerant, proscripto modo consumata, iis autem, quae adhuc ad actum restaurationis pertinent, in crastinum relegatis, tandem juxta praevigentem morem sub majoris campanae compulsu ad ecclesiam parochialem procedebatur. Ubi praevie decantato ad magnam aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano — tam rememoratus neoconfirmatus judex dominus Nicolaus Babochay, quam et consul dominus Joannes Horvatich, tactio tribus digitis sacro Evangelio, solenne officii depusuerunt juramentum. Abinde demum finitis his praefatum dominum judicem uterque magistratus in corpore usque residentialem ipsius domum comitatus, taliterque pro hac prima die praemissa restaurationis solennitas finem sortita est.

Adveniente porro subsequa die seu 5a aprilis anni currentis, posteaquam pro continuandis iis, quae adhuc ad actum restaurationis pertinent, tam interior magistratus quam et electa communitas, in qua ex illis assessoribus, qui hesterno consessui interfuerunt, hodie domini consiliarius regius Georgius Luketich et exactor Petrus Thomich deerant pro hora 9a matutina juxta heri factam coalitionem in domo praetoreo senatorea convenisset, siquidem ob interventam domini vicenotarii Sigismundi Byff ad senatoratum promotionem, statio haec primarii vicenotarii vaccans reddita fuisset, ideo itaque praemissa hesternorum actorum publicatione et per extensum adprobatione, lectaé sunt respectivorum publicatione et per extensum adprobatione, lectae sunt respectivo- Quibus perlectis, eoque comperto, quod pro statione ista domini gremialis assessor et causarum advocatus Joannes Kukovich, item Joannes Czappan, actualis regestrans et honorarius vice-notarius neque secus Petrus Junkovich gremialis cancellista, secus ad excelsam Tabulam banalem juratus notarius ac demum Paulus Rajakovich aeque ad modo fatam excelsam Tabulam juratus notarius competant, interior magistratus

ad solitam usque receptam candidationem processit et post factam candidantium pluralitatis combinationem, pro praedicto primarii vicenotarii munere candidabantur domini:

Joannes Kukovich,
Petrus Junkovich et
Joannes Czappan,

ex quibus Petro Junkovich nullum, Joanne autem Kukovich et Joanne Czappan singillative 9 adeoque aequalia vota obtinentibus, circa hos duos dominos Kukovich et Czappan ad novam votisationem deveniri debuit: qua peracta prior dominus Kukovich 11, posterior vero dominus Czappan 7 suffragia consecutus est: unde praefatus Kukovich velut potioritate votorum electus, mox deposito consueto juramento primarii vicenotarii sedem capessivit.

Post hoc vero dominus ordinarius notarius Josephus Staidacher molem agendorum penes civitatem hanc exponendo, atque una ad reiteratas abhinc circa necessitatem constituendi adhuc secundarii vicenotarii factas ad altiora excelsa dicasteria remonstrationes provocando, proposuit, ut cum ad hanc civitatem duo saltem notarii praesertim crescente in dies impopulatione — pertractandis innumeris ad officium suum spectantibus tum juridicis cum et politicis aeconomicis item ac pupillaribus, nec non ratiocinariis et deputationalibus negotiis, accuratae diversorum protocollorum appositioni, ducendis numerosissimis correspondentiis continuis porro expeditionibus effectuandis ac demum exacta publicorum actorum registrationi impossibiliter — impensis quoque omnibus viribus sufficere possint, circa hoc secundarii vicenotarii individuum denominandum aliquid — a paritate quoque aliarum in Regio minorum civitatum disponatur sicque ultronee archivi disordini ac confusioni obex ponatur.

Cujusmodi propositione domini ordinarii notarii pro justa agnita quinimo viso et observato eo quod peculium hoc citra palpabilem negotiorum officio notariali incumbentium remoram secundario vicenotario una registratoris munus obituro diutius carere nequeat, quantumvis occasione petitae status salarialis ac personalis penes istam civitatem regulationis, eatenus quoque demisa abhinc propositio altioribus locis facta exstitisset, quia tamen desuper nulla adhuc resolutio emanasset — adinvenit considens magistratus et electa communitas ut a stabilis a realis vicenotarii secundarii et una registratoris electione pro hic et nunc supersedeatur, quidem nihilominus tamen cum idmodi individui penes officium notariatus inevitabilis subversetur necessitas tale previsorio duntaxat modo ac usque superventuram quae intuitu regulandi isthic status salarialis et personalis et excelsa cancellaria Hungarico-aulica ad excelsum Consilium et respective Cameram propediem expedienda refertur, resolutionem erga diurnum unius floreni ab exemplo gratiosi cameralis sub 29a mai 1805. numero 8598 circa regestrandum antiquius archivum isthuc dimissi intimati constituatur: cujus sic provisorio modo constituendi secundarii vicenotarii et simul registratoris obligatio erit, currentia acta regestrare et in optimo ordine servare, in deputationibus actuarium agere, pro re nata etiam protocolla sessionum ducere ac dominos ordinarium et primarium vicenotarios in negotiis ad officium ipsorum pertinetibus pro possibili adjuvare.

Quo taliter per utrumque magistratum concluso, propositum exsitititit domino honorario vicenotario et antiquiorum actorum registranti Joanni Czappan an usque superventum altioris circa secundarium vicenotarium et simul realem registratorem resolutionis ac sub certa spe reipsa obtinendae superveniente resolutione hujus stationis praemissa modalitate ac provisorie in secundum vicenotarium ac simul registratorem cum praemissis obligationibus constitui optet, nec ne, qui siquidem declarasset, se id suscipere non posse et in qualitate honorarii vicenotarii penes registraturam antiquiorum actorum ultro manere praeoptare: hinc igitur eodem domino Czappan in priori cathegoria relicto, pro secundario vicenotario ac simul registratore sub antelatis conditionibus, modoque provisorio denominatus et constitutus est dominus Petrus Junkovich, qui etiam consuetum notariale juramentum in instanti deposuit.

Porro quoniam dominus fori inspector Kayzer in fiscum hesterna die electus fuisset, in locum ejusdem pro fori inspectore denominatus exstitit dominus assessor Franciscus Skarecz, altero fori inspectore domino assessore Carolo Kotse in eadem qualitate ultro confirmato.

Postea digressu facto ad caminorum inspectores, quemadmodum ab olim illa viguisset consuetudo, quod juniores ac neoelecti domini assessores singulis quatuor anni temporibus in concursu gremialis spacicaminarii culinas et caminos, num debite purgentur, et an non alicubi fors periculum ignis subversetur domatim visitare, observatos autem defectus fine ponendae medelae interiori magistratui referre obligentur: ita huic antiquo mori insistens uterque magistratus pro caminorum inspectoribus activisavit et quidem respectu interioris civitatis dominos assessores Joannem Kukovich et Stephanum Derchich, respectu vero suburbiorum dominos Franciscum Skarecz et Gregorium Knezevich.

Officio gremialis cassae in conformitate altissimae resolutionis regiae alioquin jam cum ultima octobris anni prioris 1807. redintegrato et organisatio existente, quod concernit quarteriorum magistrum, castellanum, campanatores, aliosque servitores hujates iidem in praegestis servitiis suis ultro constabiliti ac confirmati habentur.

Denique lectis hac vice pro concivilitate introporrectis instantiis ac pensatis pro concivilitate requisitis qualitatibus in cives peculii hujus regii suscepti sunt.

1o dominus Vincentius Jellachich de Buzin, militiae insurectionalis Croaticae supremus vigiliarum praefectus, Romano-catholicus, Croata et possessionatus nobilis, erga concivilitatis taxam florenorum 12.

2o Georgius Czesztar, Romano-catholicus, professione sua vitriarius, Croata, erga taxam concivilitatis florenorum 6 et

3o Joannes Skeberl, Croata, Zamoboriensis, Romano-catholicus, secus lanio itidem erga concivilitatis taxam florenorum 6; cujusmodi taxis officio hujatis cassae ad perceptum assignatis, in reliquo modo nominatos neo-creatos tres cives, postquam praedeductas concivilitatis taxas cassae deposuerint, dominus gremialis capitaneus Georgius Kraly solito civium juramento obstricturus est.

Queis conclusis ac terminatis etiam hodiernae diei solennitas cessavit, atque sic in mutua harmonia paccateque totus restaurationis ac-

tus consumatus exstitit. Publicatum per praefatum Josephum Stajdacher, juratum assessorem et ordinarium notarium m. p.

1812.

Series restaurationis anni
1812. diei 18ae sequentium mensis
novembris

Anno domini 1812. die 18a sequentibus mensis novembris Zagrabiae in domo praetoreo senatorea sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich, Suae caesareo ac regiae apostolicae Majestatis consiliarii, excelsae regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Tabulae banalis, sic et complurium inclyti Comitatum sedis judiciariae assessoris, qua tamen altissime constituti commissarii regii, cum interventu aut dominorum et quidem ex magistratu interiori Nicolai Babochay judicis, Pauli Gorup substituti consulis, Sigismundi Byff substituti capitanei, ac Stephani Mlinarich senatoris, ex electa aut communitate Josephi Stajdacher ordinarii notarii, Michaelis Kayzer fisci, neque secus Georgii Luketich, Stephani Briglevich, Mathiae Mihanovich, Francisci Shirnbrandt, Julii Dikovich, Josephi Chernich, Joannis Bradicza, Georgii Kraly, Joannis Frankovich, Caspari Sostarich, Nicolai Hutter, Pauli Zavodczky, Josephi Shyprak, Josephi Rauth, Joannis Kukovich, Stephani Derchich et Francisci Skarecz juratorum gremialium assessorum, celebrata est restaurationis magistratualis

Sessio 1a

Termino servandae restaurationis magistratualis per praetitulatum magnificum dominum consiliarium ac commissarium regium Joannem Chachkovich praestituto cum hodierna 18a novembris anni currentis die adveniente posteaquam tam interior quam exterior magistratus hora 9a matutina ad curiam civicam in unum convenisset, conveniens videbatur, fine nunc nominati magnifici domini consiliarii et commissarii regii ad sessionem restauratoriam imitandi solennem deputationem exmittere: interim dum dominus judex ac complura quoque electae communitatis commembra retulissent, antetitulatam Suam Magnificentiam dominum commissarium regium solennem id modi invitationem vitatam cupere, a denominatione deputationis hujus supersessum est. Verum ad pulsum majoris campanae mox interior magistratus et electa communitas pro implorando s. Spiritus lumine et audiendo missae sacrificio ad gremialem parochialem ecclesiam s. Marco Evangelistae dicatam transivit, quorsum etiam Sua Magnificentia dominus consiliarius et commissarius regius comparens divinis interfuit, divinis vero terminatis ac decantato sacro audito Sua Magnificentia dominus commissarius regius in comitiva magistratus et electae communitatis ad domum praetoream processit: ubi commembris interioris magistratus ac electae communitatis juxta senii ordinem sedes suas occupantibus eadem Sua Magnificentia praeprimis perlegi curavit gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-

-aulicae intimatum ad se de dato 15ae septembris anni currentis numero 18066 in eo emanatum, quod Sua Majestas sacratissima liberae et regiae civitati huic Zagrabiensi magistratualem restaurationem hoc adhuc anno cum interventu ac in persona ejusdem Suae Magnificientiae, qua ad hunc actum specialiter delegati commissarii regii, peragendi facultatem benigne concedere dignata sit, concomitanter haec restauratio per eundem dominum commissarium regium suscipienda ac de qualiter peracta, penes submissionem 16. Tabellarum periodicarum relatio praestanda veniat.

Quo gratioso intimato camerali perlecto atque recepto praesentavit dein Sua Magnificentia dominus commissarius ac consiliarius regius benignum mandatum restauratorium clause confectum et ad civitatem hanc sonans, quod per dominum judicem actutum reseratum ac de dato 7ae augusti anni currentis numero 8357 expeditum istic sub numero 1o adjacet.

Hoc benigno mandato restauratorio inicitur, quod Sua Majestas sacratissima clementer admittere dignata sit, ut hocce civitas montis Graecensis Zagrabiensis restaurationem suam cum interventu praetitulati commissarii regii suscipere et terminare possit, eo per expressum demandato: ut eadem civitas debitam eamque homagialem erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam devotionem prae oculis habens — semet is quibusvis simultatibus et privatis respectibus, in ordine quoad hujusmodi restaurationem omnia ea, quae pro antevertendo orthodoxae fidei Romano-catholicae praejudicio, altissimi item servitii promotione ac publico peculii hujus commodo atque utilitate, nec non indefessa communis justitiae administratione proficua fore videbuntur — decenter, pactate et concorditer tractare, methodumque restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam intimatam observare, senatorales demum imo aliorum quoque subalternorum officialium vacantias habilibus, idoneis et de isthoc peculio bene meritis subjectis sine religionis discrimine, ad ulteriorem nihilominus Suae Majestatis sacratissimae ratificationem complere ac redintegrare: juramentum porro ab assumendis ad officia et concivilitatem, modalitate anno adhuc 1743. intimata reflexe etiam ad articulum 26. 1791. acceptare, totum denique internum statum pro emolumento et incremento civitatis hujus regulare ac tandem adaequatam super hujusce restaurationis serie relationem in dubous exemplaribus, Consilio nempe regio locumtenentiali Hungarico, nec non Camerae regiae Hungarico-aulicae submittendis praestare, neque secus rationes debite confectas suis locis more consueto transmittere et utrum a postrema restauratione jam aliqua, pro quot ac quibus annis submissae habeantur et sui minus cur id intermissum sit, genuine informare ac de reliquo dispositionibus medio antefatae Camerae regiae Hungarico-aulicae interventis et interventuris sese adamussim conformare debeat ac teneatur.

Cujusmodi benigno mandato restauratorio praemissa modalitate publicato ac debita cum veneratione, proque observamine assumpto, tandem antetitulata Sua Magnificientia dominus consiliarius ac commissarius regius legendum exhibuit benigno gratiosum excelsi Consilii regii locumtenentialis Hungarici, ad se sub dato 25ae augusti anni surrentis numero 21430. dimissum et objectum denunciationis Michaele Vittun-

szkianae contra postremam 4a aprilis 1808. hic loco celebratam restaurationem altissimo loco propositae desuperque substrati per magnificum dominum consiliarium regium et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarium vicecomitem Georgium Josephum Bellossevich qua eo tum praeexistentem commissarium regium operati, perstringens intimatum: quo mediante de benigna mente regia notum fit: quod praedeclaratus de anno 1808. restauratorius actus consule Joanne Horvatich et capitaneo Georgio Kraly, ratione quorum electionis factiones intercessissent, exclusis qua in reliquo pacate et cum concordia peractus approbetur, culpaque horum candidationis excepto civitatis judice in praeexistentis eotum interioris magistratus individua recidat, ac id ipsum civico magistratui et in specie ordinario notario Staidacher improbandum veniat, ac dehinc candidationi nonnisi individua substernenda sint, quae praesertim in modernis civitatis hujus adjunctis altissimae expectationi plene correspondere valeant, hocque scopo ut videlicet constet, an in candidatione finis iste ob oculos habitus sit, pro futuro sylabus candidatorum acclusis recurrentium instanti in simul cum actis restauratoriis submitti debeat: quod poro denuncians Vittunszky, ex quo pro tribus senatoralibus vacantiis bis candidatus exstiterit, justam quaerulandi ansam non habeat et ea propter a petito amotus sit: relate vero ad illam praefati commissarii Bellossevich propositionem, ut judex Babochay et senator Mlinarich jubilentur quod circa eundem judicem Babochay et senatores Mlinarich ac Gorup, ne, si requisitis qualitatibus provisa individua hac restauratione ad interiorem magistratum accesserint, adeoque esto senes ac viribus fracti- utilia tamen in pertractandis negotiis, hausta multorum annorum experientia ultro praestare possent, servitia neque sui jubilationem desideraverint. Cassae civicae onus absque sufficienti ratione imponatur, per antefatum modernum dominum commissarium regium praevie opinio super eo, an iidem ob provectam aetatem suam servitia adhuc praestare possint, depromenda veniat, intuitu item fiscalis Briglevich ab officio amoveri per supradictum priorem dominum commissarium Bellossevich propositi, quod equsdem amotio pro hic et nunc adhuc disponenda haud sit sed cum is abnondum restitutum processum Franchakianum ad poenam infamiae contra Vittunszky errectum ab officio suspensus sit, haec causa Franchakiana indilate via hujatis civici magistratus exigenda atque excelso Dicasterio (ulteriori altissima resolutione circa eundem fiscalem Briglevich, qui interea ultro ab officio suspensus manebit, expost subsequutura) substernenda veniat, quod praeterea causae dehonestatoriae per Joannem Horvatich et Georgium Kraly contra Vittunszky promotae civico magistratui ea cum inviatione remissae habeantur, ut eadem in quantum actores actiones suas prosequi vellent, cursui (parti 9, appellata in salvo manente) restituantur: quod denique respectu actionis fiscalis contra Georgium Kraly ob propterviam contra investigantem commissarium regium Bellossevich testatam, sub 31a martii 1809. altissimae ordinatae, causa haec fiscalis accellerari et quo ocius terminari debeat — ac ultimo quod hac vice ad senatum et magistratualia officia nonnisi individua necessariis qualitatibus instructa et ab intergritate moralis characteris nota promovenda praecipiantur.

Erga quod benigno- gratiosum intimatum praemissa erga individua interioris magistratus et antelatum ordinarium notarium (excepto domino judice) improbatione ac praescripta adhortatione dignabatur saepetitulata Sua Magnificentia dominus commissarius regius cumprimis dominos judicem Babochay ac senatores Mlinarich et Gorup inerogare, num sui jubilationem exoptent, quibus sui ulteriorem in civicis officiis permansionem desiderantibus — quaestionem dein eadem Sua Magnificentia proposuit circa an post factam sibi per magistratum de dato 23 octobris anni curentis relationem sub numero 2do adjacentem transmissamque numero 3o declarationem Briglevichianam receptum memoratum processum Franchakianum et quia evenisset, quod non obstante reiterara cancellistae civici pro recipiendo hoc processu ad dominum Franchak exmissione talis rehaberi nequeat, ideo itaque Sua Magnificentia dominus comissarius regius dominos coassidentes substitutum capitaneum Sigismundum Bvff et juratum assessorem Josephum Shyprak activisare dignabatur, ut hodie adhuc dominum Franchak accedant, prescitam causam omnimode repetant ac horsum praesentent et nec secus ab eodem domino Franchak recedant, donec seu ipsam processum non restituerit, vel saltem scriptam ipsis super causalitate tantae detentionis, aut super eo quid nam cum hac causa cogitet, declarationem non exhibuerit.

Post haec quaerebat Sua Magnificentia dominus commissarius regius utrum domini Horvatich et Kraly processus suos ad poenam talionis adversus dominum Vittunszky praeerrectos continuare constituerint cui in responsis posteaquam datum fuisset, quod per hos reflexoriales citationes respectu harum causarum judicio jam pro subscriptione praesentatae, imo pro parte domini Kraly subscriptae habeantur, tunc tandem Sua Magnificientia dominus consiliarius et commissarius regius questionem fecit illam, in quonam cardine versetur causa fiscalis contra postreme nominatum dominum Georgium Kraly ex capite proterviae erga supra titulatum antehac operantem dominum commissarium regium Bellossevich remonstratae, ex altissima resolutione ad huc sub 31a martii 1809. ordinata. Ad quam questionem ex parte interioris senatus repositum fuit. Suae Magnificentiae, quod scopo suscitandi hujus processus fiscalis per memoratum dominum commissarium Bellossevich dominus hujus coassidens assessor Julius Dikovich in fiscalem adhuc 18am aprilis anno eodem 1809. surrogatus fuerit, interim causa hoc ne in hodiedum quidem in chaminata sit, licet ejusdem errectionem ipsemet dominus Kraly adurserit atque fine hoc instantiam quoque sub dato 4ae novembris anno praecitato 1809, ut sub numero 4o porrexerit sed et tardius de dato 19 aprilis 1811. recursum suum coram magistratu, ut sub numero 5o renovaverit, atque juristitiis aliisque beneficiis juridiciis sponte renunciaverit quinimo semet plane actorem contra morosum fiscum efficere voluerit, licet praeterea interior magistratus altissimis ordinibus obsecuturus eoque promotionem causae istius adurserit, imo mediantibus suis sub numero, 6o et 7o decisis responsabilitatem plane fisco civico ac praefato surogato fiscali Dikovich imposuerit.

Itaque nunc dicto domino surrogato fiscale Dikovich per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium ad onus responsionis attracto, idem dominus Dikovich consurgens verbaliter reposuit, semet

ratione causae istius non tantum reiteratim dominum priorem commissarium regium Bellossevich adiisse, sed et scripto etiam fine suppeditandorum ad id, ut sciret, ubinam in specie ac qualibus in motivis expositionem suam actionalem fundare possit, sibi necessariorum actorum semet ad eundem dominum magnificum commissarium Bellossevich convertisse, neque tamen adusque desiderata acta ab eodem consequi quivisse, quinimo quod negotium totum aliunde secus terminandum sit, et errectio causae istius minus necessaria evadat, in responsis accepisse, hincve evenisse, quod citra suam culpam idem processus fiscalis contra dominum Kraly necdum vel incaminatus habeatur. Ad quae prolata dignabatur Sua Magnificentia dominus actualis commissarius regius domino surrogato fiscali Dikovich injungere, ut causalitates nondum suscitatae causae hujus scripto comprehendere noverit.

Quibus praededucto modo praemissis, dignabatur tandem Sua Magnificentia dominus consiliarius ac commissarius regius praesidium tenens considentem interiorem magistratum et ellectam communitatem ad id, ut in conformitate superius provocatorum altiorum jussuum modernam restaurationem paccate, et concorditer, habitoque unice pro oculis bono publico ac emolumento civitatis hujus peragere, a quibusvis autem scissionibus ac factionibus serio abstinere velit, brevi gravi attamen sermone provocare: cui quemadmodum dominus judex Babochay accomode respondisset, atque penes reiteratam illimitatae qua interior magistratus et selecta communitas in Suam Magnificentiam omni jure feruntur, venerationis contestationem ex parte eiusdem magistratus ac communitatis, quod omnino in electione individuorum pro jurata obligatione sua scopum boni publici ac exactam altiorum ordinationum ad impletionem prae oculis habitura sit, spopondisset. Ita eadem Sua Magnificentia ipsum actum restauratiorium ab electione civium, in quantum eatenus instantiae sibi exhibitae fuisset, inchoandum censuit atque idcirco praeprimis assumpta fuit instantia spectabilis domini Antonii Lentulay, emeriti inclyti comitatus Zagrebiensis surrogati vice comitis et regiae politico fundationalis cassae hujatis perceptoris pro sui ad concivilitatem, dein autem ad assessoratum gremialem assumptione ac electione recurrentis. isthic sub numero 8o acclusa quem quidem dominum instantem tum fundamento insignium ipsius qualitatum, cum et, quod praemisso perceptoris officio alligatus ishic a portiori habitet, ad virtuali possesorio gaudeat in numerum civium cooptare non dubitavit, considens magistratus et ellecta communitas nihilominus quantum quaesitum assessoratum attinet, opinabatur eundem obstante benigno statuto regio ac ex defectu realis hic loci possessorii pro tali candidari nequire.

Dein lecta exstitit sub numero 9o instantia domini emeriti rationistae Joannis Bubanovich concivilitatem sollicitantis, qui utut motivo exhibitae erga localem magistratum temeritatis adusque ut sub numero 10o in civem juste cooptatus non fuisset, sub spe tamen quod illa, quae juramento civili adversa sunt sollicite vitaturus sit, ex respectu etiam habiti hic loci possessorii pro cive assumptus est.

Hacque ratione isti erga praescriptam pro honorarioribus 12 florenorum taxam singillative dependendam atque per cassae officium ad perceptum assumendam neo assumpti cives domini Antonius Lentulay et Joannes Bubanovich solito juarmento civili ad stricti exstiterunt.

Dominus vero Voyzkecz ob suum hic loci habitum possessorium pariter civis sub numero 11o esse volens a petito suo ex eo, quod actualiter non hic loci ast in Illyrio Gallico habitaret ac serviret sensu praeexistentium normalium altiorium remotus est.

Quibus sic conclusis Sua Magnificentia dominus commissarius regius proponendo, quam graves ac charactere conspicui, eximiisque qualitatibus praediti viri penes hanc metropoli Croatiae urbem partim in assessoratu partim autem in interiori senatu accomodari cupiant, declarare gratiose dignabatur, semet sua serie instantias caeteroquin simul cum actis restauratoriis altioribus locis transmiti demandatas, coram considente magistratu et ellecta communitate assumi ac per legi curaturum et ideo desiderare, ut si quae legales contra aliquem e re currentibus accomodationem quaerentibus subversantur reflexiones tales tute ac sincere per quemlibet conssidentem dominum magistratualem aut assessorem ante adhuc seccuturam candidationem in medium proferantur, cum sibi alioquin alter scopus non sit, quam ut hac restauratione altissima menti caesareo regiae ac altioribus excelsorum dicasteriorum ordinationibus ac normativis penes hocce peculium regium vigentibus resolutionibus et asse satisfiat.

Unde idmodi instantiis reapse etiam assumptis existentibus; et quidem

1o Spectabilis domini substituti vicecomitis Ladislai Blasekovich sub numero 12o.

2o Spectabilis domini Nicolai Zdenczay Ven. capituli Zagrabiensis comitis curialis sub numert 13o.

3o Spectabilis domini Stanislai Chegetek, inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarii judicis nobilium sub numero 14o.

4o Spectabilis domini Antonii Praunsperger, prolaudati inclyti comitatus Zagrabiensis ordinarii fiscalis sub numero 15o.

5o Spectabilis domini Bernardi Raizner, ejusdem inclyti Comitatus exactoris sub numero 16o.

6o Domini Regni archivarii Joannis Zernchich sub numero 17o.

7o Domini vice judicis Ladislai Jakopovich sub numero 18o.

8o Domini aeque vice judicis nobilium Ioannis Kerchelich sub numero 19o.

9o Domini medici Leopoldi Pluszkal sub numero 20o.

10o Domini Antonii Philipovich emeriti insurrectionalis militiae Croaticae capitanei sub numero 21o.

11o Domini contra agentis hujatis Ignatii Kavich sub numero 22o et

12o Domini chyrurgiae et rei veterinariae ac obstetriceae magistri, artis vero oculysticae medici Antoni Mallisher sub numero 23o — relate ad hos omnes 12 dominos instantes quin per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium pro competente sibi candidationis activitate — realiter candidari possint, nulla plane obmota exstitit reflexio — intuitu autem instantiae 13ae per dominum vice judicem nobilium Franciscum Czvetkovich sub numero 24o exhibitae, opinabatur magistratus et communitas potioritate votorum, quod iste dominus recurrens vetante statuto regio propter defectum realis sui hic loci possessori candidari nequeat.

Reflexe porro ad recursum 14um domini Bartholomei Mattachich, qui praeprimis pro assessoratu, hoc autem obtento, etiam pro aliis interioris senatus officiis sub numero 25o instat aeque nulla intercendente reflexione.

Lecta dein fuit instantia 15a domini actu servientis surrogati vicenotarii hujatis Josephi Kovachich sub numero 26o id petentis quatenus obtenta sui a nexu affinitatis quo cum domino assessore gremiali Francisco Skarecz per sororem suam jungitur juxta attestatum domini fiscalis Emerici Kukovich recentius Vienna redeuntis et de positivo scitu, ac ex ore respectivi illustrissimi domini referentis atestationem praebentis sub numero 2do recursui adnexum altissima dispensatione cum primis pro statione assessorali hac vero accepta pro interioris quoque magistratus officiis vacantibus candidatur. Erga quod supplicantis postulatum non deerant acquidem complures, qui stante fide digno praetitulati domini Emerici Kukovich testimonio ac praescita dispensatione ab expeditione duntaxat pendente,eundem qua actualiter et rite servientem omnino candidari posse arbitrabantur, niholominus tamen alii, sed et ipsemet magnificus dominus commissarius regius merita illius omnino recognoscens adinveniebat, attestatum domini Kukovich esto nulli prorsus crisi obnoxium non posse ipsi altiori resolutioni aequiparari, qua non habita utique observari oportet resolutionem normativam illam, qua mediante subversans affinitatis nexus supplicanti pro reali impedimento opponitur.

Hoc superato dignabatur postea Sua Magnificentia dominus commissarius regius praesentare instantiam 16am et 17am dominorum gremialium vicenotariorum Joannis Kukovich sub numero 27o, Joannis Czappan sub numero 28o isthic adlateratam, cum eo, quod posterius nominatus dominus Czappan tam per Suam Excellentiam dominum comitem banum a Gyulay, quam et per Suam Illustritatem dominum vicebanum ac inclyti Comitatus hujus Zagrabiensis supremum comitem Donatum Lukavszky, nec non magnificum dominum Regni protonotarium Kussevich sibi pro eo, ut in hac civitate ultro promoveretur specialiter comendatus habeatur.

Ad hanc factam Suae Magnificentiae domini commissarii regii respectu domini Czappan declarationem memoratus dominus Joannes Kukovich, e sede sua assessorali consurgens debita cum modestia proponebat, sibi in corellatione cum antellato domino Czappan provocatas praetitulatorum magnorum virorum speciales recomendationes abesse nequire, cum tantos viros propter minoris considerationis civica officia molestare sibi nec inciderit et alioquin gravibus attestatis provisus haud dubitet, quin se iidem quoque summi characteris viri certo certius comendaturi fuissent, si illos hoc scopo interpellare sustinuisset, interim quod petat merita ab utrinque instantionetemus (!) inallegata ad rectam bilancam poni suamque instantiam per extensum legi.

Sua Magnificentia dominus commissarius regius precibus his, uti et pari domini Czappan semet personaliter etiam hac vice nunc titulatae Suae Magnificentiae magistratuique ac ellectae communitati enixe recommendantis postulato deferre gratiose volens, eorundem praeadvolutos

sub numero 27o et 28o recursus publice praelegi iussit: ac utroque recursu cum acclusis praelecto, ab utrinque ponderosa merita doceri recognitum est.

Interim quia jam tardius post meridiem fuisset, Sua Magnificentia dominus commissarius regius hodierna sessioni finem imposuit atque consessum continuative in crastinae diei horam nonam matutinam praefixit.

Sessio 2da

Juxta factum heri per magnificum dominum consiliarium et commissarium regium Joannem Chachkovich dispositionem comparuit hodie 19 novembris 1812. in curia civica ad sessionem interior magistratus et ellecta communitas hora nona matutina atque Sua Magnificentia dominus commissarius regius praesidium capiens assumendam proponere dignabatur instantiam Josephi Martinich sibi concivilitatem denuo conferri petentis, hicce sub numero 29 ad volutam: qua lecta idem hoc adhuc vice, subque conditione, ut vitam regulis recti civis consonam omnimode ducat, et de hinc ab omni vel minimo excessu abstineat, albo civium erga taxam 12 florenorum cassae inferendam adscriptus est, alioquin, si vel in minimo a recto tramite recedere dehinc praesumpserit priorem ejectionis sui ex concivilitate sortem, ipso facto praetermissis quibusvis formalitatibus experturus.

Sivchich autem Joannes ad concivilitatem sub numero 30o adspirans, in conformitate magistratualis de dato 22o septembris anni currentis pronunciali et isthic sub numero 31o exhibiti decisi, eatenus ultro ad patientiam inviatus est.

Deinde vero Sua Magnificentia dominus commissarius regius adaperuit considenti magistratui et ellectae communitati, sibi per dominum hujatem assessorem Joannem Bradicza relatum haberi, quod domina vidua Földessiana, qua socera spectabilis domini Antonii Lentulay cujus instantia in hesterno consessu ad numerum 8um respectu quaesiti penes civitatem hanc assessoratus assumebatur, declaraverit, semet scopo nunc fati domini generi sui reali quoque possessorio providendi ac talliter diluendae quae candidationi obstare superius attingebatur, difficultatis, eidem domino genero suo domum suam muratam isthic in Illicza habitam cedere interim quia quaestionatae domus translatio, ac devolutio ejusdem proprietatis in dominum Lentulay adremovendum obicem non secus, quam medio realis praescripta forma celebrandae fassionis realisaretur, ac pro sufficienti haberi quiret, alioquin autem et ipsa haec domus virtute benignae resolutionis regiae sub 3a februarii 1809. numero 1074 expeditae ac penes hujatem magistratum sub 21 februarii anno eodem 1809. inactatae sub sequestro constitueretur opinionem erga supra allatum recursum Lentulayanum depromptam nondum alterari posse praenotatum est.

Post haec Sua Magnificentia dominus commissarius regius de eo solicitus, ut praesens restauratio numeris omnibus absoluta evadat, neve ocasione hac a scopo altiorum praeexistentium inviationum aut normalium in puncto restaurationum, emanatorum ordinum ullatenus devictura jussit, ipsam normam qualiter celebrandorum actuum restauratoriorum isthic in quantum per tardiores gratiosas dicasteriales resolutiones modificata haud fuisset ab antiquo observatam sub numero 32.

republicari, atque explanari: qua etiam republicata ac explanata quoniam tenore ejusdem, statuta quoque civitatis hujus perlegenda disponerentur, talia autem et ante inchoatam restaurationem pro stricto observamine in memoriam revocare expediret. Hinc ergo et haec ac in specie fundamentales constitutiones peculium isthoc regium respicientes ac de anno 1609. per gloriosissimae memoriae regem Mathiam ut sub numero 33o confirmatae — Croatico idiomate relectae sunt: erga quarum constitutionum signanter positionem illam, quae de qualitatibus 12 senatorum ex qualificatioribus ac potentioribus individuis delingendorum sonat, tam per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium quam et per interiorem ac exteriorem magistratum unanimiter observabatur, quod utut subinde numerus senatorum penescivitatem hanc restrictus haberetur spectata tamen moderna et ipsus urbis amplitudine et adaucta impopulatione atque non solum ideo sed propter mutatas quoque civitatis istius circumstantias ad extremam vastitatem excrescentibus in omni manipulationis publicae ramo negotiis omnino necessum sit, ut modernus a proportione laborum nimis exiguus status personalis aliqua in partitam in interiori senatu, quam et in ellecta communitate ac cumprimis etiam in officio notariatus velut occupatissimo ad praepediendam secus in evitabiliter sequi debentem officiosae pertractationis remoram augeatur de quo tamen, uti et de meliori servientium hic loci civicorum officialium dotatione ac salarisatione eatenusque faciendis necessariis passibus siquidem uberiora consilia ad quae tempus hodiernae sessionis minus suffecturum praevideretur, ineunda requirerentur, quaestio in sufficientius tempus dilata est.

Ac proinde lectione constitutionum harum continuata ubi ad positionem de pauperibus ac pupillis deventum differentem fuisset, Sua Magnificentia dominus commissarius regius, esto de rectiori rei pupillaris penes peculium hoc regium vigente manipulatione nihil ampigens vividissimis attamen ac ponderosissimis argumentis suadebat majorem in modum, ut ex ipso humanitatis impulsu, ac ex debita erga orbatam parentibus sobolem compassione negotia pupillaria cum omni possibili exactitudine atque accuratia tranctentur ac praeexistentes eatenus secus altiores ordinationes intenso cum conato effectuentur et ad amussim observentur.

Non absimilter ea, quae in specie circa limitationis ac ponderis exactam observantiam munditiem item civitatis nec non rem rationariam seu in ipsis his constitutionibus commemorantur seu etiam secus praescripta sunt, pariter pressis verbis inculcare ac commendare hac occasione non intermisit antetitulata Sua Magnificentia dominus commissarius regius provocanda interiorem magistratum ac ellectam communitatem, ut reliquis etiam intus contentis dispositionibus ac in nexu earundem successivis temporibus emanatis et pro renata intimatis altioribus ordinationibus in ordine quoque ad qualia et qualiter eligenda pro officiis ac servitiis publicis individua sese conformet.

Postea republicatum erat statutum civitatis hujus sub numero 34o de cohibenda civium emigratione, tollendoque abusu cum jure concivilitatis usurpari solito conditum atque altissima authoritate regia ratihabitum ac via excelsi Consili Croatici sub 12 iulii 1777o transmissum.

Non secus relegebantur bina gratiosa excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae ad actum restaurationis spectantia intimata, unum sub numero 35o adjacens et de magistratu civili in atributa sibi (ubi absque interventu commissarii regii cui secus caeteroquin juxta normam superius sub numero 32o attactam candidatio competit, restauratio peragitur) idonea subjecta candidandi et comunitati pro electione proponendi activitate manutenenda de dato llae aprilis 1765. exaratum, et aliud sub numero 36o de votisatione sub secreto, ac medio globulorum instituenda de dato 15ae novembris 1765. dimissum.

Ac demum ut in preaesenti restauratione omne partium studium seponatur atque in votisatione eo accuratius justitia ac aequanimitas observetur, et meritorum bonique publici reflexio habeatur, ex dispositione Suae Magnificentiae domini commissarii regii una fidelia ipsa quoque formula juramenti quo videlicet, quilibet ex hic coassidentibus et hac restauratione votisaturis, praesertim quoad qualiter ac cui dandum votum obstrictus est, sub numero 37 publice relecta exstitit.

Quibus praemissis ac relatione terminata in consequentiam acceptae sub hesterno incumbentiae retulerunt sub numero 38o domini exmissi substitutus capitaneus Byff et juratus assessor Shyprak, qualiter iidem dominum Franciscum Franchak fine recipiendi apud eundem existentis processus contra dominum Michaelem Vittunszky ad poenam infamiae suscitati adiverint, neque tamen seu processum hunc seu vero scriptam declarationem ab eodem obtinere potuerint, quin potius idem id duntaxat verbaliter ipsis reposuerit, quod quam primum benigna resolutio regia virtute cujus processus istius extradatio demendatur, secum comunicata fuerit, circumstantialem declarationem dare velit. Erga quam praefatorum dominorum exmissorum relationem Sua Magnificentia dominus commissarius regius observans, in hoc passu, nihil, nisi nudum domini Franchak stratagema latere et quadamtenus musionem(!) altissimis dispositinibus propinari dignabatur, mox tam benignam resolutionem regiam eatenus ad considentem magistratum dimissam, quam judex Babochay sibi eatenus adusque etiam quaerellas contra supplicantem propositas fuisse refferet idem ductu quoque magistratualis 5a junii anni currentis ad numerum protocolarem 1249 interventi ratione quaesitae concivilitatis ad privilegialem divi Blasii anni futuri terminum, dum quippe ordinarie cives quolibet anno assumi solent, relegatus est: quo privilegiali termino, si illucusque semet decenter ac condigne gesserit, in civem illa sub cautella cooptabitur, quod casu quod is in qualitate civis existens in novos indignos prolabi, ac aliquid indecentis inminimo commitere attentaret aut cujuscunque famulitium aliquatenus depravare comperiretur, mox et ipso facto citra quaspiam formalitates e serie civium delendus sit.

Expost lecta erat sub numero 41o declaratio domini substituti capitanei Byff in eo data, quod dominus Joannes Czappan superius sub numero 28o assessoratum, senatoratum et capitaneatum, antelans praesertim pro posterioribus magistratualibus officiis ex defectu sufficientis possessorii ac propriae domus candidair nequeat, at quam declarationem reponebatur quod licet sensu constitutionum civitatis hujus in sessione 2a sub numero 39o acclusarum ad sedes senatorales viri praeter alias requisitas qualitates, etiam facultatibus praediti admovendi

praeciperentur nuspiam tamen ibi insinuetur, quod recte et in specie domus ad consequenda interioris magistratus munia requiratur. Quam quidem domum utut dominus Czappan non haberet, possideret tamen unam terram arabirem ad 2 1/2 jugera extensam quae utique reale et immobile possessorium prout constituit, ita idem dominus Czappan sub obtutu defectus possessorii a candidatione arceri nequiret.

Postea assumebatur officiosa dominorum exmissorum substituti capitanei Byff et assessoris Josephi Shyprak relatio ad exigentiam heri in sessione 2a obtentae a Sua Magnificentia domino commissario regio incumbentiae, intuitu qualiter exacti a domino Franchak processus ad poenam infamiae contra dominum Vittunzky errecti, sub numero 42o praestita, qua lecta, et originalibus resolutionibus per dominos exmissos restitutis constituit in conformitae depromptae in ipsa relatione opinionis Sua Magnificentia dominus commissarius regius et tantisper ab effatu datae per dominum Franchak de reddendo hoc processu sponsionis expectetur. Caeterum missilibus litteris Francisko Franchakianis de 9a martii 1809. quas dominus ab officio suspensus fiscalis Stephanus Briglevich pro sui legitimatione, quod nempe dictum processum non nisi erga requisitionem Franchakianam qua actoris eidem tradiderit, isthic in origine remonstravit, hicce in authentica copia sub numero 43o inactari dispositis.

Tandem autem Sua Magnificentia dominus commissarius ac consiliarius regius commemorare gratiose dignabatur, quod dominus praeexistens senator et capitaneus Georgius Kraly praehabitam sedem assessoralem ultro retinere, ac etiam pro statione fisci aut aliis subalternis assessorum servitiis hac restauratione candidari cupiat, huncque in finem sibi instantiam ist hic sub numero 44o attactam exhibuerit.

Eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius delatae sibi ab altissimo loco activitatis optime memor, dum instantiam hanc in praesenti consessu cum considente magistratu et electa communitate communicat, declaravit nole se, ut magistratus hic et communitas comunicationem hanc eo fors sensu intelligat, quasi Sua Magnificentia decisionem instantiae hujus magistratui ac communitati deferret, cum haec circa petitum instantionale decisio, habita caeteroquin circa supplicantem hunc superius in primordio publicata resolutione immediate ad sphaeram authoritatis suae qua benigne delegati commissarii regii pertineat: ast unicam sibi communicati cum magistratu et ellecta communitate recursus Kralyani rationem illam esse ut sensa atque oppinionem magistratus et ellectae communitatis respectu recursus hujus experiatur quam benigno gratiosum excelsi Consilii regii locumtenentialis ad se expeditum intimatum in origine erga futuram restitutionem iisdem dominis exmissis fine eo immanare, quo de his repetitum dominum Franchak edocere, ac dein desideratum processum efficaliter non tantum exigere verum et pro casu ulterioris ejusdem denegationis, assumptis secum fabro serario, castelano item civico, at 4or panduronibus ipsius armaria, ut repositoria scriptorum aperiri facere, processum ipsemet perquirere atque adinventum horsum referre noverint, ad casum si semet dominus Franchak ipsis opponere aut receptioni processus hujus violenter resistere praesumeret, ejusdem alioquin dubio nobilitatis et ideo processum nobilitatis legitimatorium sustinentis personam horsum ad domum civicam deduci procuratori.

Qui domini exmissi ad effectuandorum effectuationum actutum procedere jussi, ac paulo post ad sessionem ex functione sua reduces per Suam Magnificentiam inviati gratiose sunt, ut suam relationem in crastina sessione scripto praesent. His vero actis hodierni (!) sessioni finis impositus est.

Sessio 3a

Hodiernae diei 20 novembris 1812o in domo praetoreo senatorea sub praesidio magnifici domini consiliarii et comissarii regii Joannis Chachkovich celebratae sessionis initium fecit nobilis Mathias Czvetkovich, civis et nodularius gremialis, suimet ad conclave sessionale imissionem implorans: qui posteaquam ex gratioso Suae Magnificentiae domini commissarii regii indultu ad praesentem consessum intrare admissus fuisset, praesentavit instantiam suam hicce sub numero 39o adnexam, tenore cujus dominum filium suum Czvetkovich Franciscum inclyti Comitatus Zagrabiensis viceiudicem nobilium pro conferendo ipsi una assessorali vacantia humillime comendat, ac una declarat, semet eidem filio suo diversorium suum penes viam regiam ad fluvium Savum ducentem existens cum ibi adjacentibus tenutis fateri, pro ut et reipsa vivae vocis suae oraculo, sponteque, libere ac benevole passus est ea ratione, quod memoratum diversorium suum cum adnexis tenutis (cui quidem diversorio ac tenutis ab oriente terra beneficialis parochialis, a meridie via et trans hanc terennum Kokolichianum, ante hanc Haremuztekianum, ab occasu ac trans hanc respective comune pascetum civitatis Tratina dictum et respectiva via regia versus fluvium Savum tendens, a septemtrione demum respective nunc fata via regia respective autem terra aeque beneficialis parochialis tanquam metae proxima et immediata vicinitate junguntur et terminantur jungive et terminari perhibentur) in sortem divisionalis ratae mentionato domino filio suo post fatentis ex hac vita decessum obventurae imputandum, ipsi ipsiusque haeredibus ac posteritatibus sexus utriusque jure perpetuo ac irrevocabili cedat, atque resignet proque cesso ac resignato coram figura considentis magistratus ac totius ellectae communitatis declaret, nihil juris aut proprietatis pro se peramplius reservando, cujus modi fassione erga praeces praefati fatentis acceptari ac isthic praenotari non difficultata coalitum est, ut si ante nominatus fassionarius dominus Franciscus Czvetkovich subinde super hac sponte coram considente magistratu et ellecta communitate facta patris suae Matiae Czvetkovich fassione testimonium habere desideraverit, eidem omnino litterae fassionales in forma solemni expediantur. Qua perennali cessione et fassione interveniente, quando quidem defectus realis possessorii, qui praenuncupati domini Francisci Czvetkovich in sessione la sub numero 24o pro assessoratu recurentis candidationi obstabat, cassasset, a gratioso Suae Magnificentiae domini commissarii regii nutu pendebit, an idem inter caeteros numerosos instantes futuram candidationem intraturus sit.

Tum assumebatur sub numero 40a instantia Petri Kipchich fine obtinendae civilitatis porrecta: contra quem quia isthic publice quod famulitium seducat, per dominum assessorem Zavodzky quaerimonia proponeretur, sed et dominus judex et ideo ex dispositione Suae Magnificentiae tam praementionato domino Kraly quam et domino perceptore Michaele Vittunszky ad hesternam et hodiernam sessionem, quan-

tumvis qua reddendis rationibus obnoxius ex normativa benigna resolutione regia voto et sede careret, comparente et siquidem non nisi nunc de praeliminaribus quoad celebrandam hac vice magistratualem restaurationem perageretur, per praelaudatam Suam Magnificientiam tollerato, recedentibus, iussit eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius praeprimis illum praeviae benignae resolutionis regiae via excelsi Consilii regii locumtenentialis sub 25a augusti anni currentis numero 21430a intimatae paragraphum publiace religi, qui de reccurente domino Kraly nec non de Joanne Horvatich ad senatoratus, capitaneatus et respective consulatus officia occasione postremae magistratualis 4a aprilis 1808. celebratae restaurationis obtenta amplius non admovendis diserit, hocque relecto dein ipsam praeprovocatam sub numero 44a instantiam Georgio Kralianam simul cum suis acclusis praelegi mandavit, qua praelecta viritim opinionem super eo depromi fecit, an stante, ac salvo nunccitate altissimae resolutionis regiae sensu petitioni supplicantis deferri atque idem dominus Kraly postrema restauratione civica in quantum is in senatorem et capitaneum candidatus ac electus exstitisset, clementer haud probata, praehibitam ante hanc restaurationem sedem suam assessoralem reservare possit, nec ne.

Et erat reipsa potioritas pro eo quod salvo praelaudatae benignae resolutionis regiae intellectu recurrens dominus Kraly assessoratum retinere valeat, sequentibus inter reliqua opinionem suam suffulciens argumentis:

a) quod idem anno adhuc 1807. in assessorem creatus in continuis annum 1808. restaurationibus per Suam Majestatem sacratissimam clementissime qua assessor confirmatus fuerit, sed neque anno 1808. ex incidenti quaerimoniae Vittunszkyanae assessoratus Kralyanus sub quaestionem reciderit, ast illa duntaxat in excelsis dicasteriis dificultas oborta fuerit, quod fundamento acceptae in causa sua fraudis et doli passiva per Georgium Horvath suscitata coram inclyta Sede tavernicali actionis et actoratus stabilitoriae sententiae in restauratione ejusdem anni 1808. pro senatore et capitaneo valide candidari ac eligi nequiverit; et inde

b) nec virtute praecitatae benignae resolutionis regiae assessoratus ipsi negetur, verum pure pute de eodem ad senatoratum ac capitaneatum non admovendo benigne disponatur; et

c) quod omnis actus restauratorius per magistratum et communitatem vi benigni mandati restauratorii provisorie saltem et usque futuram altissimam ratificationem regiam peragi soleat, consequenter quemadmodum nullus actus restauratorius usque ellargitam altissimam ratihabitionem regiam pro plane consumato haberi quiret: ita suapte consequatur, quod hic loci obtingens supplicanti domino Kraly senatoratus et capitaneatus tunc primum ipsi stabiliter competisset, si qua talis altissima authoritate confirmatus fuisset interim clementissima eatenus confirmatione non secuta res respectu ipsius redeat, redireque debeat ad statum priorem in quo ante quaestionatam anni 1808. restaurationem preafuit, nempe illum quod eundem dominum Kraly ex officio senatorali et capitaneali ad praehabitam stationem assessoralem recedere oporteat, tanto magis, siquidem poenalia, alioquin strictissimae forent interpraetationis.

Alii autem e converso, qui dominum instantem Kraly assessoratum retinere non posse sustinebant, potissimum sic sunt argumentati, quod quantumvis eundem pro bene merito de civitate hac ultro agnoscant, atque in statione assessorali pro possibili manutentum esse exoptent, postulato interim illius id obstare videatur, quod facta ipsiusque pro officio senatorali et capitaneali electione, idem semet assessoratu suapte abdicavisse censeatur, ac ex inde statio ejusdem assessoralis alteri novo electo assessori collata consequenter, jam redintegrata habeatur, atque ex eo, quia dominus supplicans in senatoratu et capitaneatu benigne stabilitus non esset, causa illius alter constitutus assessor puniri nequeat, sed et hoc ipsi altefatae altissimae resolutionis regiae repugnaret, siquidem restauratio anni 1808. reflexe ad reliqua electa individua altissime approbata esse per expressum intimetur.

Cognitis opinionibus his, ac argumentis pro et contra adductis uberius auditis, dignabatur Sua Magnificentia dominus commissarius regius gratiose declarare, sese tutiorem viam amplexurum ac admissurum, ut praevia motiva per praesens protocolum altiori excelsorum dicasteriorum obtuti substernatur, interim ejusdem domini Kraly postulato semet, qua delegatum commissarium regium sua antefatae circa dominos Kraly et Horvatich emanatae altissimae resolutionis regiae interpretatione deferre non posse, verum stationem illius assessoralem pro hic et nunc omnino pro vacante adinvenire. Caeterum tamen cum unanimem utriusque magistratus erga dominum supplicantem Kraly propensionem inde quoque observaret, quod uno ore omnes, et singuli tam ex interiori senatu quam et ex ellecta communitate suam, qua fungentis commissarii regii interpositionem pro eo, ut idem adminus pro futuro penes peculium hoc regium in quo reipsa bene meruit, accomodari valeat, implorassent, eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius propriam quoque suam de bonis instantis Kraly qualitatibus dexteritate item, ac habilitate nec non locatis civitati huic meritis notitiam subjungendo — gratiose spondere dignabatur, sibi viri hujus sortem cordi futuram ac sinceros suos vices aput Suam Majestatem sacratissimam suis viis semet omnino humillime interpositorum, ut supplicans Kraly civitati isti, de qua pluribus titulis bene meruit, restituatur. Quibus terminatis, ac hicce inactari ordinatis Sua Magnificentia sessionem solvit, ac reliquorum objectorum pertractationem ad crastinam sessionem distulit.

Sessio 4a

Ex incidenti quod complura intervenissent urgentia officiosa objecta alia, quae in ordinaria interioris senatus sessione assumi videbantur debere, Sua Magnificentia dominus consiliarius et commissarius regius Joannes Chachkovich currentium penes hanc civitatem negotiorum accumulationem admittere nollens, hodie seu 21 novembris 1812. nonnisi sequentia cum moderno actu restauratorio nexum habentia assumi et isthic improtoculari demandavit.

Unum erat illud, utrum Stephanus Briglevich gremialis assessor, ac una ordinarius civitatis hujus fiscalis motivo ex eo, quod is ob nondum restitutum processum Franchakiano Vittunszkyanum virtute benigno gratiosi excelsi Consilii regii locumtenentialis de dato 25ae augusti anni

la civitatis annuos florenos 312 fructificantia extructa habentur his vero jam aedificatis exsistentibus, ad huc iidem floreni 2500 adeoque insimul floreni 4643, cruciferi 1 15/16 pro extraordinariis necessitatibus quottannis in salvo mansuri sint.

Unde non tantum praemetuendum non est, quod auctis salariis nostris, uti humillime de genu non excessive, sed vix ne quidem laboribus et sustinendae exinde quotidianae vitae correspondenter projectamus, peculium Majestatis Vestrae sacratissimae ullum defectum passurum sit, imo potius omnem conatum nostrum eo impensuros nos policemur, ut et officiis nostris adaequate et indesinenter satisfaciamus et proventus civitatis de anno in annum in summis capitalibus aucturi simus.

Quam gratiam dum a Majestate Vestra sacratissima humillime de genu ex praeadductis rationum momentis exoramus, una penes praeviam restaurationis nostrae perdemissam relationem, vitam et sanguinem in obsequium Majestatis Vestrae sacratissimae devoventes in homagiali devotione emorimur. Majestatis Vestrae sacratissimae humillimi perpetuoque fideles subditi N. N. judex et magistratus liberae et regiae civitatis montis Graecensis Zagrabiensis. Datum ex consessu nostro magistratuali pro 3a mensis januarii 1797. celebrato.

1799.

Anno 1799. die 3a mensis februarii ipso videlicet s. Blasii episcopi et martyris tamquam privilegiali liberae et regiae civitatis hujus montis Graecensis Zagrabiensis die Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich juratis senatoribus, Paulo Spissich tribuno plebis et Sigismundo Byff vicenotario, fuit celebratus magistratualis consessus, occasione cujus sequentes intervenerunt contradictiones.

1o Dominus Paulus Spissich, qua actualis gremialis tribunus plebis contradictiones suas annis superioribus interpositas renovavit et universis sibi quocunque modo nefors praejudiciosis fassionibus generaliter contradixit.

2o Dominus Michael Vittunszky, liberae et regiae civitatis hujus perceptor

1o quoad profectam ex culina per vicinum suum Simonem olim Fabianchich ad fundum prius Vojkovichianum, modo suum fenestram et avulsam particulam terrae quam et retentum oppignoratum hortum per modernum possesorem Mathiam Czvetkovich, civem et nodularium gremialem possessa

2o quoad penes dictum fundum suum ducentem et per fatum Mathiam Czvetkovich via facti coarctatam viam communem ad campum ducenotem et inductionem ad partem ejusdem fundi rivuli ibidem decurrentis

3o quoad fassionem per dominum Josephum Fuchek culturae serici inspectorem pro domino Michaele Fabich super horto terrae suae contiguo celebratam

4o quoad fenestram per modernum vicinum suum Mathiam Czvetkovich anno recens evoluto apertam quae quidem per Simonem olim Fabianchich prosecta erat et ex ordinatione magistratus hujusce occludi debuit ad dictum fundum suum directam contradictionem suam, quoad priora puncta tria renovavit, quoad quartum vero de novo interposuit scripto.

3o Reverendus dominus Josephus Jellenchich fassioni et accepto v a facti possessorio vinae Sheginianae per mercatorem gremialem Joannem Ebner uti prioribus sic et in praesens contradixit aeque scripto.

4o Dominus Georgius Igerchich, gremialis senator, quoad praejudicia in contradictione jam annis prioribus interposita specifice deducta, contenta tamquam per vicinum suum Josephum Kukovich, civem et nodularium gremialem in domo sua sibi causata majoremque domus suae ruinam in die causantia contradictionem suam renovavit scripto.

5o Nicolaus Hutter, civis et mercator gremialis, qua fundi olim Josepho Draskoczyani haeredem domui et successorem Antonio Raiterianorum contigui actualis possessor, interpositam jam anterioribus annis, quoad fenestras et secessum Raiterianum contraditionem verbo renovavit.

6o Dominus Franciscus Maczan, nomine domini baronis gremialis a Rauch, quoad fenestras domini baronis a Kulmer ad aream suam deductas interpositam annis prioribus contradictionem verbo renovavit.

7o Dominus Nicolaus Sostarich, gremialis senator intuitu viae communis ad terram suam in possesione Bankovich habitam, ducentis et per dominum Paulum Poldrugach, juratum fori utriusque causarum advocatum occupatae interpositam prioribus annis contradictionem verbo reiteravit.

Lectum per Sigismundum Byff, juratum notarium m. p.

Anno domini 1799. die vero 4a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia praefatae civitatis sita et inclyti comitatui nominis ejusdem ingremiata, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich juratis senatoribus, Georgio vero Igerchich in infirmitate decumbente, ex magistratu vero exteriori seu electa communitate Paulo Gorup notario, Paulo Spissich fisco seu tribuno plebis, Stephano Chegetek, Simone Kusztreba, Mathia Kossutich, Ignatio Spissich, spectabili consiliario Antonio Novoszel, Michaele Bless, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich incytae Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regiae Tabulae judiciariae assessore, Carolo Koche, Julio Dikovich, Mathia Mihanovich, Josepho Serjavich, Francisco Schirenprond, Michaele Vittunszky, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich juratis assessoribus, Nicolao autem Hozjak, Petro Pransperger et Martino Baronay fatis cedentibus, Josepho demum Czulliffay semet ab actu hoc restauratorio excusante, Mathia vero Verchkovich statu valetudinario impedito absentibus celebratae magistratualis restaurationis

In conformitate benigne Suae Majestatis sacratissimae per excelsum consilium Camerae regiae Hungarico-aulicae civitati huic submissae, regulamque instituendarum magistratualium restaurationum praescribentis normae magistratus et electa communitas, praevia facta dominis magistratualibus servandae restaurationis sufficienti insinuatione ad eademque invitatione ad domum praetoream senatoream pro hora 9a conveniens pro invocando divini numinis auxilio ad parochialem ecclesiam s. Marci progressus est, ubi audito eatenus solenniter decantato missae sacrificio ad domum praetoream reversus secundum officia sua, et seriei ordinem occupavit suae sedes; demum

Lectum est gratiosum excelsi consilii regiae Camerae Hungarico-aulicae de dato 7a martii, anni currentis numero 3573 expeditum decretum, tenore cujus penes transmissionem benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati restauratorii non modo actum restaurationis sine interventu domini comissarii regii modalitate in eodem benigno mandato uberius expressa peragendum applacidatum esse insinuare, rerum etiam desuper una cum praescriptis 16 Tabellis periodicis modo et tempore praestitutis relationem sibi praestandam committere dignatur.

Ita in nexu hujus lectum et publicatum est benignum mandatum restauratorium Suae Majestatis sacratissiame, Vienna die 8a februarii, anni labentis numero 1131 emanatum mediante, quo altefataa Sua Majestas sacratissima absque interventu domini comissarii intra quindennam a dato percepti usque ulteriorem benignam ratihabitionem magistratualem restaurationem peragere et terminare ita clementer demandare dignabatur, ut habita pre oculis erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam devotione, sepositisque omnibus simultatibus et privatis respectibus serio interdictis, omnes conatus eo dirigantur, ut omne praejudicium ortodoxae fidei Romano-catholicae antevertatur, commoda et utilia civitatis hujus promoveantur, actus restauratorius decenter et pacate observando restaurationis per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptam normam pertractetur, senatorales et aliorum subalternorum enatae vacantiae idonaeis et bene meritis individuis absque religionis discrimine impleantur, iuramentum vero tam ab iis quam in numerum civium assummendis exipiatur, demum autem super totius magistratualis restaurationis serie penes annectendam in interiori senatu et electa communitate constitutorum uti et receptorum civium cum taxae specificatione ac qualitatum designatione relatio in dupplici exemplari uno excelsae cancellariae regiae Hungarico-aulicae transmittendo intra mensis spatiam praestetur, una denique referatur, quae rationes ad debita loca ab ultima restauratione submissae vel cur submitti neglectae sint.

His proinde praevia ratione publicatis antequam ad actum restaurationis progressum fuisset, siquidem ab ultima restauratione in magistratu exteriori, seu electa communitate per decessum ex hac vita Nicolai Hozjak, Petri Pransperger, et Martini Baronay, tres sedes assessorales vacantes enatae fuissent, itaque in conformitate benignarum normalium resolutionum et praescripta restaurationis norma praeprimis hae implendae fuissent, praeterea autem Mathias Kossutich electae communitatis

commembrum idem postulatum magistratui et electa communitati substravisset, ut cum idem jam senis confectus munia individua electae communitatis respicientia obire minus posset, pro eo in vicem sui generum suum Joannem Bradicza in numerum assessorum allegere magistratus et electa communitas dignaretur, cujus facta electione mox officio suo assessorali abrenunciaturus est: erga cujus modi postulatum magistratus cum electa communitate in eam sententiam condescendit, quod, quamvis praenominatus Bradicza, qua litteratus capacior gerendis muniis prae socero suo illiterato sit, nihilominus tamen quia in sensu benignae normalis resolutionis nullus ad officia et electam communitatem, quam praescripta candidationis et electionis methodo promoveri valeat, ex eo idem quoque huic sorti subjici debeat, qui si electus fuerit stante declaratione sua Mathiae Kossutich sedes pro vacante considerabitur.

Quapropter pro 1a vacante sede assessorali per mortem Nicolai Hozjak enata, magistratus in candidationem digressus est, pro qua candidati erant:

domini Petrus Thomich,
Sigismundus Byff et
Joannes Bradicza,

ex quibus dominus Petrus Thomich acceptis votis 11 per electam communitatem electus est. Domini vero Joannes Bradicza cum acceptis votis 5 et Sigismundus Byff cum votis 2 emanserunt: a quo neoelecto assessore, quia de praesenti Viennae in certis suis commorante negotiis, juramentum officii excipi de praesenti nequiret, ideo ubi rediverit magistratui ab hoc excipiendi juramenti delata est activitas.

Pro 2a vacantia assessorali per mortem domini Petri Pransperger emersa candidati erant:

domini Sigismundus Byff,
Thomas Petrovich et
Joannes Bradicza,

ex quibus dominis Joanne Bradicza vota 2, Thoma Petrovich votum 1 obtinentibus electus est dominus Sigismundus Byff vicenotarius cum votis 15, qui in continenti juramentum deposuit; porro

Pro 3ia sede assessorali per decessum domini Martini Baronay vacante candidabantur:

domini Joannes Bradicza,
Thomas Petrovich et
Josephus Rauth,

ex quibus domini Thomas Petrovich vota 3 et Josephus Rauth vota 6 obtinentes emanserunt, verum primus ex his candidatus Joannes Bradicza cum votis 10 electus et adjuratus est.

Cujus facta electione Mathias Kossutich, qui voto electionis sub candidatione sui generi carebat, in continenti in conformitate suae declarationis sedem assessoralem resignavit: pro qua enata quarta vacantia candidati erant:

domini Thomas Petrovich
Casparus Sostarich et
Josephus Rauth,

ex quibus domini Thomas Petrovich acceptis votis 6 et Josephus Rauth

votis 3 emanserunt, dominus Casparus vero Sostarich cum votis 11 in assessorem creatus est.

Redintegrata itaque hac ratione electa communitate interioris magistratus inchoata est restauratio et ideo pro officio

Fisci

Priori fisco domino Paulo Spissich officium suum pro exigentia normae restauratoreae resignante, pro qua candidabantur:

domini priori fisco in candidatione relicto
Petrus Thomich et
Stephanus Chegetek,

ex quibus prior dominus Paulus Spissich cum votis 10 confirmatus est, domini autem Petrus Thomich cum votis 7 et Stephanus Chegetek cum votis 2 praeteriti sunt.

Pro officio capitaneatus

Domino Francisco Maczan actuali capitaneo officium suum resignante, ideo pro hoc candidabantur:

domini prior capitaneus Franciscus Maczan,
Nicolaus Sostarich et
Josephus Szacherich,

ex quibus domini Nicolaus Sostarich vota 8, Josephus Szacherich vota 2 obtinuerunt, dominus vero Franciscus Maczan acceptis votis 11 in praehabito officio suo confirmatus est.

Pro officio consulis

Domino Stephano Mlinarich praegestum officium consulatus resignante, pro quo candidabantur:

domini idem Stephanus Mlinarich,
Nicolaus Sostarich et
Josephus Szacherich,

e numero quorum domini Nicolaus Sostarich nullum, Stephanus vero Mlinarich vota 10 obtinuit, dominus vero Josephus Szacherich cum votis 11 electus est; tandem

Pro officio judicis

Domino Nicolao Babochay officio suo valedicente, hoc nihilominus in candidatione retento, cum eo candidabantur:

domini Nicolaus Sostarich et
Stephanus Mlinarich,

ex quibus prior dominus Nicolaus Babochay, Nicolao Sostarich cum votis 6 et Stephano Mlinarich cum voto 1 emanentibus cum acceptis votis 14 ultro constabilitus est; qui sub majoris campanae pulsu ad ecclesiam sancti Marci deductus, ibidemque praevie decantato ad majorem aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano solenne tam idem, quam consul officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Evangelio deposuerunt juramentum, unde intra majorem electae communitatis comitivam praefatus dominus judex ad domum suam recessit, taliterque pro 1ma die praemissae restaurationis solennitas terminata est.

Anno domini 1799o die vero 5a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nico-

lao Babochay judice, Josepho Szacherich consule, Francisco Maczan capitaneo, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Stephano Mlinarich juratis senatoribus, ex electa vero communitate Paulo Gorup notario, Paulo Spissich fisco, Stephano Chegetek, Simone Kustreba, Ignatio Spissich, Michaele Bless, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Koche, Julio Dikovich, Josepho Serjavich, Francisco Schirenprondt, Michaele Vittunzky, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich, Sigismundo Byff, Joanne Bradicza et Casparo Sostarich juratis assessoribus continuata est magistratus exterioris restauratio; et quidem:

1mo Pro officio exactoratus

Domino Michaele Kajzer pregestum officium suum exactorale scripto ea cum facta insinuatione, quod dominus actualis piarum summarum curator, Josephus Chernich pro annis duobus, dominus vero Mathias Mihanovich praedecessor suus pro annis tribus praestandis rationibus teneantur, resignante erga quam insinuationem determinavit magistratus interior et exterior, ut si intra mensis spatium exhaerentes rationes non praestiterint ad tales exhibendas actione fisci magistratualis stringantur; porro

pro officio exactoratus candidabantur:

domini Michael Kajzer,
Petrus Thomich et
Simon Kustreba,

ex quibus domini Kaizer Michael cum acceptis votis 7 et Kustreba Simon nullo emanserunt, dominus vero Petrus Thomich cum suffragiis 8 electus est.

2do Pro primario fori inspectore

Dominus Casparus Kotse, quamvis officium suum resignasset, nihilominus tamen per communem omnium conclamationem in praegesto officio suo confirmatus est; ita

3tio Pro secundario fori inspectore

Dominus Josephus Chernich pariter omnium suffragiis citra candidationem in suo officio constabilitus est.

4to Pro inspectoribus caminorum

Cum ab immemoriali ea obligatio quatuor juniores ex dominis assessoribus maneret, quod caminos et culinas singulis quatuor temporibus anni quaemadmodum etiam occasione majorum festivitatum, an debite purgentur, neve incendii periculum alicubi subversetur, visitare, observatos vero defectus magistratui sub juramento officii sui proponenda medela refferre teneantur, pro eo juxta receptum hunc usum intra muros et moenia domini Petrus Thomich et Sigismundus Byff, in suburbiis vero domini Joannes Bradicza et Casparus Sostarich caminorum inspectores denominati sunt.

5to Quarteriorum magistro et castellano, sacrista et campanatoribus ultro in servitiis suis confirmatio, ea magistratui delata est activitas, ut si aliguis horum quid demeruerit, omni tempore in vicem talis alter per magistratum substitui poterit. Porro autem, quia magistratui et electae communitati perspectum esset, quod unicus castellanus et ad latus domini judicis pro convocandis in verbalibus querelis incusatis et effectu-

andis dispositionibus adesse et cum nocturnis vigiliis procuranda communi quiete plateas civitatis circumire, praeterea autem dominos consenatores et electam communittatem pro consessibus magistratualibus convocare domui praetoreae, carceribus et captivis invigilare obligatus non sufficiat, sed etiam parte ab altera id etiam ad requisitum justitiae vindicativa implementum penes hancce civitatem desideraretur quod civitas hacce sufficientibus pro segregatione sexuum et distinguendis majoribus et minoribus delictis implicitis regiis arestis et securis provisa non sit, ex eo magistratus et electa communitas deffectibus his subvenire pro debito officii supiens, disposuit ut dominus consul actualis exigendorum arestorum et janitoris quarterii planum cum ejectandis hunc in finem necessariis expensis medio murariorum magistri elaborari faciat, quod Suae Majestati sacratissimae et excelso consilio Camerae regiae Hungarico-aulicae pro benigne impertiendo aedificandi indultu substernetur una autem pro introducendo novo individuo janitoris, quod magistratuales personas convocaturum, penesque domum praetoream hujus carcerum et captivorum curam gerendo excubaturum est, humillime exorabitur.

6to Pro incassatore ad pontem sublicium Savanum per magistratum interiorem occasione factae per dominum Joannem Brezovachky officium suum incassatoris resignationis titulo provisiorie constitutus Andreas Knesevich voto electae quoque communitatis confirmatus est, ea sub cautela et expressa conditione, ut quemadmodum adusque pontis Savani obiecta et officialium electio electam quoque communitatem semper respexissent, ita etiam in futurum pontis Savani vectigalis incassator, cum ejus conditio momentosior esset, occasione generalis magistratualis restaurationis communi restauratione et electioni subjiciatur.

7o Ad concivilitatem adspirantes, statumque suum liberum et suorum probitatem legitimantes ac semet in gremio civitatis hujus domiciliatos reddentes, ita etiam domicilio non provisi pro necessariis tamen agniti erga benigne praescriptae florenorum 4 taxae depositionem in numerum civium cooptati et adjurati sunt.

8o Assumptis et adjuratis neo civibus domino fisco civitatis Paulo Spissich eam propositionem faciente, ut, cum in conformitate benigne praescriptae normalis restaurationis normae et antiquitus observatae consuetudinis constitutiones hujus civitatis civibus pro sui directione publicari assolitae jam a pluribus annis republicatae non sint, tam itaque pro his publicandis terminus per magistratum et electam communitatem praestitueretur, quam etiam, ex quo ille abusus irreptisse observaretur, quod solus magistratus in ejectatione contributionalis quanti procedat, clari autem articuli 77ni 1715 tenores essent, praescribentis quod magistratus civiles cum concursu non modo electae communitatis sed etiam nobilium possessionatorum onera ferentium in repartitione communium onerum communiter agere, rationesque de incassatis et quo errogatis revidere obligetur, ideo in futurum sensui legis ex asse satisfiat. Erga quam propositionem magistratus cum electa communitate in eo coaluit, ut pro 18a mensis labentis constitutiones civibus republicentur, pro quo termino universi cives ad domum praetoream eo fine comparituri medio decurionum citentur: ita etiam ut futuris semper temporibus omni anno seu contributionale quantum majus anno praecedenti seu aequale

emetiendum occurrerit tam electa communitas, quam nobilitas possessionata pro elaboratione (necessitate ita exposcente) novae clavis et ejectatione repartitionalis quanti necessitatibus commensurandae, uti etiam rationum perceptoralium revisione adhibeatur, determinatum est.

Taliter tandem actu restaurationis magistratus interioris et exterioris absque interventu domini commissarii regii pacate concorditer et cum exemplari animorum conjunctione terminato et concluso dominus judex civitatis universos et singulos dandis rationibus obnoxios ad tales pro annis praeteritis dari neglectas, quo ocius ethibendas publice admonuit sessioque utriusque magistratus dissoluta est.

Lectum per Paulum Gorup praefatae
civitatis juratum notarium m. p.

1801.

Anno domini 1801. die vero 30a mensis aprilis Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia fatae civitatis existente praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Josepho Szacherich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich, et Stephano Mlinarich juratis senatoribus, ex magistratu vero exteriori seu electa communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek substiuto fisco, Simone Kustreba, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Koche, Julio Dikovich, Francisco Schirenprondt, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich, Petro Tomich et Joanne Bradicza juratis assessoribus, Sigismundo vero Byff vicenotario et regestratore e ratione infirmitatis absente, Ignatio porro Spissich emerito camerario et Mathia Mihanovich emerito pupillorum, piarumque summarum curatore, ob necdum officiorum suorum praestitas rationes inactionatis ita Michaele Bless piarum summarum pupillorumque curatore, Michaele Vittunzky perceptore et camerario, ac Casparo Sostarich xenodochii praefecto, qua in actualitate officiorum suorum constitutis dandisque rationibus obnoxiis in obsequium benigne resolutionis regiae sub 11a decembris 1799. numero 19012 emanatae pro praesenti actu restaurationis nec vocatis, demum spectabili Antonio Novoszel Suae Majestatis sacratissimae consiliario et Paulo Spissich fisco ab ultima restauratione fatis functis, Josepho denique Czulliffay, Mathia Verchkovich et Josepho Serjavich fundamento eo, quod dividenditis possessoriis civilibus e jurisdictione civitatis hujus emigrantes alibi residentias suas defixerint ex gratiosa excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae resolutione a praegestis officiis assessoralibus amotis, eorumdemque sedibus pro vacantibus declaratis, celebratae restaurationis magistratualis

Acta

Quamquam servandae annualis magistratualis restaurationis vi benignorum privilegiorum per divos Hungariae reges civitati huic clementer concessorum terminus in 3tiam mensis februarii pro die festo sancti

Blasii episcopi et martyris praescriptus haberetur, quia tamen absque positivo benigno indultu regio mandatoque restauratorio eandem celebrare praecautum foret, ob id actu restaurationis usque emanationem memorati benigni mandati eotum suspenso, superveniente vere eo, facta dominis magistratualibus tempestiva servandae restaurationis insinuatione, in obsequium gratiosae sub actu restaurationis observari praescriptae per excelsum Camerale consilim regium Hungarico-aulicum normae interior et exterior magistratus hora 9a matutina in domo praetorea senatorea conveniens pro invocanda sancti Spiritus gratia ad parochialem ecclesiam sacro Marco Evangelistae dicatam processit, ubi audito missae sacrificio solenniter decantato divinoque lumine invocato ad domum praetoream senatoream reversus juxta senii ordinem sedes suas occuparunt.

Et siquidem super emptionibus et venditionibus fundorum civilium interventu ab ultima restauratione perennales fassiones tam sub miniori quam majori sigillo expeditae in conformitate ab olim recepti usus sub ipso termino privilegiali divi Blasii episcopi et martyris publicatae interpositaeque contradictiones exceptae forent, ex eo ad ipsum restaurationis actum facto gressu, lectum est gratiosum excelsi consilii Camerae Regiae Hungarico-aulicae de dato 26tae martii anni currentis numero 4778 emanatum et 18a aprilis anni ejusdem perceptum decretum, mediante quo penes transmissionem benigni mandati restauratorii ad se directi insinuare Suam Majestatem sacratissimam civitati huic petitam pro anno labente magistratualem restaurationem absque interventu commissarii regii peragendi facultatem juxta praescriptam in advoluto benigno mandato normam clementer concedere dignatam esse una autem de qualiter peracta restaurationis serie relationem penes transmissionem quoque praescriptarum 16 Tabellarum periodicarum tempore praestituto sibi inomisse submittendam praecipere gratiose dignatur.

In cohaerentia cujus provocatum quoque benignum Suae Majestatis sacratissimae de dato 5ae martii 1801. numero 2128 expeditum mandatum restauratorium publicatum est, ejus tenoris, quod magistratualis restauratio pro anno delabente citra interventum commissarii regii usque ulteriorem nihilominus benignam ratihabitionem regiam peragi clementer ita concedatur, ut habita prae oculis homagiali erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam devotione sepositisque omnibus simultatibus et privatis respectibus serio interdictis omnes conatus eo dirigantur, quo quodlibet praejudicium ortodoxae fidei Romano catholicae antevertatur, commoda et utilia peculii hujus regii promoveantur, actus restaurationis decenter et pacate observando per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptam restaurationis methodum pertractetur, senatorales et aliorum subalternorum enatae vacantiae idonaeis et benemeritis individuis absque religionis discrimine impleantur, juramentum porro tam ab iis, quam in numerum civium assumendis excipiatur, demum autem super totius magistratualis restaurationis intra quindennam a dato percepti provocati benigni mandati restauratorii peragendae serie penes annectendam in interiori senatu et electa communitate constitutorum, uti et receptorum civium cum taxae specificatione ac qualitatum designatione relationi dupplici exemplari, uno excelsae cancellariae regiae Hungarico-aulicae, altero vero excelsae Camerae regiae

Hungarico-aulicae transmittendo intra mensis spatium praestetur, una denique referatur quae rationes ad debita loca ab ultima restauratione submissae, vel quam ob causam submitti neglectae sint.

Quibus praevia ratione publicatis, antequam ad actum restaurationis descessum fuisset, ea per dominum cassae perceptorem Michaelem Vitunzky circa dominos Josephum Chernich et Michaelem Kajzer illum emeritum pupillorum piarumque summarum curatorem, hunc vero aeque emeritum xenodochii praefectum reflexione scripto proposita existente, quod hi ambo esto quidem rationes officiorum suorum magistratui praesentassent, quia tamen facto eorum ob tardam utpote rationum exhibitionem evenisset, quod censurari et absolvi non potuerint, cum reliquis rationes suas non exhibentibus et in actualitate officiorum dandis rationibus obnoxiorum constitutis a sede assessorali et voto arcendi sint. In cujus reflexionis resolutionem assumptum est in subsidium gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae sub dato 25ae junii anni prioris 1800. numero 10398 hoc in merito emanatum interpretativum decretum, mediante quo eos, qui extra munia constituuntur, tamdiu solum donec rationes restantes non exhibuerint a consessibus communitatis et voto excludendos venire, quia disertis verbis disponeretur praenuncupati vero officiales super praegestis muniis suis debitas rationes omnino reddidissent, proinde illos magistratus et electa communitas in intellecta praeprovocati gratiosi interpraetativi decreti sede et voto suis gaudere declaravit.

Superata itaque praevia reflexione memoratisque Josepho Chernich et Michaele Kajzer cum voto in consessu relictis in conformitate gratiosae per praelaudatam excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptae restaurationis idaeae ad implendas ab ultima restauratione quinque enatas sedes vacantes assessorales processum est.

Quapropter pro vacante per mortem domini spectabilis consiliarii Antonii Novoszel prima sede assessorali candidabantur:

domini Georgius Kraly,
Michael Antolich et
Joannes Brezovachky,

ex quibus dominis Georgius Kraly acceptis votis 7 per electam communitatem ellectus et in continenti adjuratus est. Domini vero Michael Antolich cum votis 3bus et Joannes Brezovachky cum votis aeque 3bus emanserunt.

Pro 2 da sede assessorali per mortem domini Pauli Spissich vacante candidabantur:

domini Joannes Brezovachky,
Ernestus Kamauff et
Nicolaus Gerbenich,

ex quibus dominis Ernesto Kamauff vota 6 et Nicolao Gerbenich votum nullum obtinentibus ellectus est dominus Joannes Brezovachky cum votis 8 et officii sui juramento indilate obstrictus extitit.

Pro 3tia sede assessorali per amotionem domini Mathiae Verchkovich candidabantur:

domini Ernestus Kamauff,
Michael Antolich et

Joannes Frankovich,
ex quibus ellectus est et adjuratus dominus Joannes Frankovich cum votis 9, dominus Kamauff vero cum acceptis votis 6 et dominus Michael Antolich cum nullo emanserunt.

Pro 4ta sede assessorali per amotionem domini Josephi Czulliffay enata vacantia candidabantur:
domini Ernestus Kamauff,
Nicolaus Huetter et
Josephus Rauth,
e quorum numero dominus Nicolao Huetter cum votis 4 et Josephus Rauth cum votis 3bus emanentibus, dominus Ernestus Kamauff ellectus et adjuratus est cum votis 9.

Demum pro 5ta sede assessorali per amotionem domini Josephi Serjavich vacantia enata candidabantur:
domini Nicolaus Hutter,
Josephus Rauth et
Nicolaus Gerbenich,
ex quibus dominus Josephus Rauth cum votis 5 et dominus Nicolaus Gerbenich cum voto nullo obtento praeteriti sunt. Dominus Nicolaus vero Hutter cum votis 12 creatus et adjuratus est.

Adimpleto itaque praevia modalitate exteriori magistratu seu electa communitate tandem inchoata est interioris magistratus restauratio et ideo pro officio

Fisci

Domino Paulo olim Spissich ab ultima restauratione fatis functo, domino vero Stephano Chegetek in vicem ejus substituto officium hocce juxta praesciptam restaurationis normam resignante, ideo pro eodem candidabantur:
domini Stephanus Chegetek,
Julius Dikovich et
Georgius Kraly,
ex quibus dominis Julio Dikovich cum accepto voto uno, Georgio vero Kraly nullo emanserunt, verum dominus Stephanus Chegetek cum acceptis votis 14 ellectus et adjuratus est.

Pro officio capitaneatus

Domino Francisco Maczan praegestum officium suum capitaneatus more solito resignante, ideo pro hoc candidabantur:
domini prior capitaneus Franciscus Maczan,
Nicolaus Sostarich et
Stephanus Mlinarich,
ex quibus domini Nicolaus Sostarich votum 1 et Stephanus Mlinarich vota 3 obtinuerunt, dominus vero Franciscus Maczan acceptis votis 14 ellectus et ultro in officio suo confirmatus ec adjuratus est.

Pro officio consulis

Domino Josepho Szacherich praehabito officio consulari valedicente pro quo candidabantur:
domini idem Josephus Szacherich,

Nicolaus Sostarich et
Stephanus Mlinarich,
ex quibus domini Josephus Szacherich vota 6 et dominus Nicolaus Sostarich votum 1 acceperunt. Dominus vero Stephanus Mlinarich cum votis 11 ellectus est.

Pro officio judicis

Priori domino judice Nicolao Babochay aeque officium suum resignante, pro quo candidabantur:
domini idem Nicolaus Babochay,
Josephus Spissich et
Nicolaus Sostarich,
ex quibus primus in serie dominus Nicolaus Babochay, dominis Josepho Spissich cum votis 5 et Nicolao Sostarich cum votis 2 emanentibus, acceptis suffragiis 11 ellectus et ultro in officio judicatus stabilitus est, qui sub majoris campanae pulsu ad ecclesiam parochialem S. Marci deductus, ibidemque praevie decantato ad majorem aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano solenne tam idem, quam consul officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Evangelio deposuerint juramenta, unde intra electae communitatis commitivam praefatus dominus judex ad domum suam recessit taliterque pro la die praemissae restaurationis solennitas terminata est.

Anno domini 1801. die vero la mai Zagrabiae in domo praetorea senatorea praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Francisco Maczan capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Nicolao Sostarich et Josepho Szacherich, juratis senatoribus, ex ellecta vero communitate Paulo Gorup notario, Stephano Chegetek fisco, Simone Kustreba, Stephano Briglevich, spectabili Georgio Luketich, Carolo Koche, Julio Dikovich, Francisco Schirenprondt, Josepho Kraly, Michaele Kajzer, Josepho Chernich, Joanne Bradicza, Georgio Kraly, Joanne Brezovachky, Joanne Frankovich et Nicolao Hutter juratis assessoribus continuata est magistratus exterioris restauratio et quidem:

lo Pro primario fori inspectore

Domino Carolo Kotche officium suum fori inspectoratus resignante pro eodem candidabantur:
domini idem dominus Carolus Koche,
Georgius Kraly et
Michael Kajzer,
ex quibus Carolus Koche vota 4, Georgius Kraly vota 3 obtinentes emanserunt, verum dominus Michael Kajzer cum votis 7 ellectus est.

2o Pro secundario fori inspectore

Domino Josepho Chernich praehabitum officium hocce simpliciter resignante, candidationemque suam deprecante, quare pro tali candidabantur:
domini Carolus Kotsche,
Georgius Kraly et
Ernestus Kamauff,
ex quibus dominus Carolus Kotsche cum obtentis votis 5 et dominus

Ernestus Kamauff cum voto nullo emanserunt, dominus autem Georgius Kraly acceptis votis 10 ellectus est.

3o Pro aedituo capellae Patientis Christi

Quoniam dominus Stephanus Chegetek hactenus capellae Patientis Christi aedituus sub actuali restauratione ad officium fisci promotus foret, ea quaestione 1o proposita existente, an penes officium fisci aedituatum quoque retinere valeat, pro 2o autem in casum agnitae compatibilitatis an per conclamationem stabiliri aut praescriptae candidationi et ellectioni subjici debeato, quo in merito magistratu et ellecta communitate mutua consilia ineuntibus, in eo coalitum est, ex quo domini aeditui nihil se solo, sed cum consilio et erga ordinationem deputationis ecclesiasticae apus dominum admodum reverendum parochum localem celebrari solitae, circa res ecclesiarum et proventus agant, ob id officium fisci cum aedituatu antelatae capellae omnino, idque tanto magis in praefato domino Chegetek concentrari posse, quod singularis ejus erga fatam capellam cura et zelus omnibus cognitus haberetur, nihilominus tamen in conformitate praescriptae restaurationis idaeae communi candidationi et ellectioni substernendum esse, quapropter pro eodem aedituatu candidabantur:

domini praementionatus Stephanus Chegetek,
Joannes Frankovich et
Nicolaus Hutter,

ex quibus idem dominus Stephanus Chegetek cum acceptis votis 7 confirmatus est, domini autem Nicolaus Hutter cum voto 1 et Joannes Frankovich cum votis 6 emanserunt.

4o Pro inspectoribus caminorum

Ab immemoriali ea juniores, neoque electos dominos assessores obligatione manente, quod caminos et culinas singulis quatuor anni temporibus cum civitatis hujus spacicaminario et occasione majorum festivitatum an debite purgentur, neque alicubi incendii periculum subversetur, domatim visitare observatos vero deffectus fine ponendae in tempore medellae magistratui indilate reffere teneantur; pro exigentia itaque introductae ejusmodi consuetudinis et obligationis intra muros et moenia domini Georgius Kraly et Ernestus Kamauff, in suburbio vero domini Joannes Brezovachky et Joannes Frankovich caminorum inspectores denominati sunt.

5o Quarteriorum magistro, castellano, sacrista et campanatoribus ultro in servitiis suis confirmatis ea magistratui interiori delata est activitas ut si aliquis horum obligationi suae minus satisfaceret, omni tempore in vicem talis alter per magistratum substitui poterit.

6o Quamvis quidem juxta communem magistratus utriusque sub ultima anno 1799. interventa restauratione factam determinationem incassator vectigalis pontis sublini Savani restauratione huic subjici deberet, quia tamen magistratus et electa communitas unanimiter in eo coaluisset, ut, siquidem major pons proximus ruinae vetustate sua esset, adeoque ex integro novitus exstrui deberet, civitas vero haecce non modo fundo suscipiendae hujusmodi fundamentalis exstructionis destitueretur, verum insuper cassa pontis pro errogatis in

structuram minoris pontis expensis debito passivo gravaretur, Sua Majestas sacratissima enixis precibus exoretur; quo administrationem eorundem pontium a civitate accipere, talesque ad fundum commercialem instar pontis Varasdinensis assumere clementer dignaretur: ideo usque quo benigna resolutio superventura est a restauratione pontis incassatoris tum ob hoc, cum etiam quod obligationi suae accurate satisfecerit, praescissum inque munio suo ultro, seu usque benignam pontium receptionem, seu vero hac non succedente usque futuram magistratualem restaurationem confirmatus est ea lege tamen, ut de materialibus ad pontes memoratos errogari solitis rationes ducere teneatur.

Fine adornandae porro fundatae ad Suam Majestatem sacratissimam et excelsum Consilium regium locumtenentiale circa receptionem toties fatorum pontium repraesentationis dominis consuli civitatis et geometrae data est incumbentia, ut modernum majoris pontis statum genuine circumscribant, requisitorumque in errectionem fundamentalem novi pontis tam materialium, operarumque vecturalium et manualium, quam necessariarum in praemissa sumptuum pecuniariorum planum et consignationem elaborent magistratui praesentandum.

7o Ad concivilitatem aspirantes, statumque suum liberum et morum probitatem legitimantes ac semet in gremio civitatis hujus domiciliatos reddentes, ita etiam domicilio non provisi pro necessariis tamen agniti erga benigne praescriptae taxae depositionem in numerum civium cooptati sunt.

1o dominus spectabilis Joannes Zdenckay, nobilium campi Turopolia comes terrestris erga florenos 12.

2o Franciscus Skarecz, Croata, litteratus, Romano catholicus, Ven. capituli Zagrabiensis provisor erga florenos 12.

3o Joannes Jagatich, nodifex, Croata, ex dominio Ozaly manumissus Romano catholicus; erga florenos 6

4o Georgius Aizenhut, Germanus ex Imperio oriundus, arcularius, domiciliatus, Romano catholicus, erga florenos 6.

5o Nicolaus Klen, Neosolio oriundus, Hungarus, vitriarius qua necessarius, Romano catholicus, erga florenos 6.

6o Joannes Andrassek, laminarius, ex Moravia oriundus, liber, Romano catholicus, necessarius erga florenos 6.

7o Bartholomaeus Janoss, Labaco oriundus, Romano catholicus, possessionatus quaestor qua utili erga florenos 6.

Qui omnes supranominati neocives per dominum capitaneum civitatis ut juramento concivilitatis adstringantur, dispositum est.

Taliter itaque actus restaurationis magistratus interioris et exterioris absque interventu domini commissarii regii pacate, concorditer et cum exemplari animorum conjunctione terminatus et conclusus est.

Quo ita concluso magistratus et electa communitas communibus concertatione et consilio ea quoque, quae civitatis hujus et civium publicam utilitatem et securitatem respiciunt, promovere principalem suarum partium curam esse non dubitans, pro eo sequentia statuit.

Numero 1o

De oblata in publica licitatione arendae mensis junii educilli summa intra cives repartienda et eruenda stabili clavi.

Quamvis ante inchoatum pro hac die exterioris magistratus restaurationis actum in praesentia utriusque magistratus arenda educilli mensis imminentis junii juxta praescriptam per excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam methodum accenso, cereo difixoque in signum tryumphi grosso, publicae licitationi exposita fuisset, hujusque benedicii arendator circumspectus Joannes Ledinzki, qua plurimum intra reliquos collicitantes florenos utpote 176 ante casum grossi promittens, sed neque etiam alio quopiam post casum grossi, ad factam an quis plus offerre velit interogationem ultro in continenti offerente legitime evasisset, proque tali declaratus fuisset, nihilominus tamen quia dominus Georgius Kraly neoassessor cum eodem Joanne Ledinzky, et reliquis competitoribus usque finem collicitans, factaeque de plus offerendo post casum grossi interogationi praesens, nec tamen eotum quidpiam ultra oblatam per Joannem Ledinzky summam appromittere volens, verum consumata licitatione ex consessu magistratus exiens, tandem autem exterius tracta aliqua mora redux declarasset, quod idem pro praemisso beneficio florenos 300 dare velit, taleque sibi adjudicari adursisset; qua in suborta quaestione potioritas magistratus et ellectae communitatis judicavit, quod cum Joannes Ledinzky coram fide dignitate publica utriusque magistratus arendator legitime evaserit et declaratus pro tali fuerit invidata fide publica consumatus actus licitationis retractari effectusque arendator accepto jure, nisi sponte ad novam licitationem consentiat, exui nequeat: eapropter praefatus Joannes Ledinzky de renunciando juri suo interrogatus, siquidem id reposuisset, quod obtento juri nec possit, nec velit, ex quo non ad rationem privativam suam, sed civium requisitus collicitaverit, cadere, ideo actus licitationis ultro ratihabitus et confirmatus est; ac quia pro omnibus civibus vinum educillare volentibus per mensem junium arenda assumpta haberetur, quo itaque quis in specie quantumve singulus eorum eo titulo ad cassam civitatis soluturus est. Pro directione domini cassae perceptoris sciri valeat: dispositum est, ut omnes cives per decursum saepe memorati mensis junii educillaturi conscribantur, intraque tales per ordinatam deputationem, ad quam ex magistratu interiori domini Stephanus Mlinarich actualis consul et Josephus Szacherich consenator, ex electa vero communitate dominus Stephanus Chegetek fiscus condeputati sunt, supraattacta florenorum 176 summa servata respectu situationis educillorum et habitae utilitatis proportione repartiatur pro hocce anno. Pro futuro autem cum magistratui et electae communitati id in comperto esset, quod hic proventus a sagacitate speculantium dependens non modo incertus esset, sed etiam per ejus annuam exarendationem cives et publicum maximum praejudicium magistratus autem summas intra arendatorem et incolas diversas circa contrabandas et illationem e vicinis jurisdictionibus vini suboriri solitas quaestiones molestias sustinere debuerit. Siquidem nonnulli arendatores magni lucri cupidi, alios cives ab educillatione excludentes, coempta deterioris sortis vina sua solum educillare assoliti fuerint, e vicinis autem jurisdicionibus melioris qualitatis vina inferri sub poena contrabandae non admiserint, civibus autem domesticis melioribus vinis provisis incauteque unam alteramque mediam alicui pro pretio extradantibus integra vasa vini cum eorundem ingenti ruina in contrabandam occupaverint, unde jam id usu venisse

observatum foret, quod populus ad vicinas jurisdictiones pro haustu vini transire ibidemque cum jactura opificii sui bibere necessitatus fuerit. Quo itaque huic publico et privatorum damno et praejudicio obvietur: dispositum est, ut supra ordinata deputatio excussis sex annorum rationibus proventum quaestionati educilli mensis junii eruat, exque his annuam obtingentiae summam elaboret, magistratui et electae communitati referendam, quae excelsae Camerae regiae Hungarico-Aulicae penes eas humillimas preces substernatur, ut futuris successivis annis erga fixae ejusmodi summae depensionem educillum mensis junii gremialibus civibus publica onera ferentibus cedendum gratiose indulgere dignetur.

Numero 2o

De negata domino comiti Antonio Peiachevich metae jaculatoriae errectione.

Merito petitae per illustrissimum domini comitem Antonium Peiachevich in fundo domus suae in platea Illicza habitae metam jaculatoriam pro civibus errigendi sibi concedendae facultatis per magistratum sub 24a aprilis anni currentis in revisionem assumpto verum finali ejus determinatione ad communem magistratus et electae communitatis concessum relegata, hac proinde occasione electae communitatis concertationi proposito exsistente: in nexu cujus unanimiter adinventum et decretum est cum titulati domini comitis domus et fundus ad principalem plateam viamque commercialem et postalem qua indefinentes comeatus et vecturisationes vigent, situetur, insuper etiam undiquoque domibus et horreis foeno et stramine onustisque cingatur, ut facile seu per erroneum jactum sclopi exorituri incendii causa suboriri, seu autem ex continuo explosionis scloporum ac in casum excussionis centri tormentorum fragore equi et pecora transeuntia terrefieri, exindeque maxima pericula sequi quirent, ad praecavenda itaque quaequae mala et pericula desiderio titulati domini comitis deferri neutiquam posse.

Numero 3io

De assumptis domini fisci propositionibus eatenusque interventis determinationibus.

Lectae sunt demum domini fisci Stephani Chegetek scripto comprehensae propositiones in eo factu:

1o Ut singula acta cum communitate servati consessus cum interventu ejusdem communitatis publicentur.

2o Ut ejectatio contributionalis quanti cum interventu possessionatae nobilitatis singulo anno instituatur.

3io Cassae visita saepius peragatur.

4o Officium perceptoratus a camerariatu distinguatur, contra agensque seu camerarius constituatur.

5o Extranei fundos civiles possidentes et inquilini nulla onera personalia ferentes, praeter contributionem respectu personalium onerum taxentur.

6o Fine procurandae effectiva determinationum magistratus et electae communitatis executionis paragraphi et conclusa respectivis commissionatis individuis accurate expediantur.

7o Ut ad factas suas amplissimo magistratui reflexiones interventu determinationes magistratuales per gremium civitatis publicentur ac a contravenientibus statuta poena exigatur.

8o Platea Illicza in cujus reparationem inclyta Comitatus Zagrabiensis universitas aliquam partem laboratorum gratuito resolvit, lapidibus sternatur.

9o Suffossio collis ad moenia civitatis strictissime inhibeatur poenaque a contra venientibus in hungaricalibus 12 desumatur.

10o Structurae aedificiorum accurata inspectio habeatur, ne ex parte plateae solum murus ponatur, interim vero parietes ex plexis virgultis cum periculo incendii construi admittatur; tandem

11o Ne cives sub tempus arendae educilli mensis junii per arendatores ab illatione vini pro proprio usu ex vicinis jurisdictionibus arceantur.

Cujusmodi praeviis domini fisci propositionibus per magistratum et electam communitatem in revisionem susceptis, erga easdem sua serie sequentibus determinatum est; et quidem ad

Iam Quemadmodum dominus fiscus civitatis electam communitatem repraesentans vi instructionis suae consessibus magistratualibus politicis interesse obligatus publicationi actorum adusque etiam ex parte electae communitatis quam citra occursum mementosiorum negotiorum convocare saepius et commembris electae communitatis suis laboribus distentis onerosum et magistratualibus negotiis remoratorium esset, semper observatus fuerit, ita quoque in futurum pro casu majorum objectorum civitatem hancce publice respitientium tam pro pertractatione eorundem quam publicatione actorum electa communitas vocari ordinata est; ad

2am Cum contributionale quantum fixum erga solitam cum interventu possessionatae nobilitatis clavim repartiatur, congregandae eatenus singulo anno nobilitatis ratio subesse non videatur, nisi ipsius clavis modificandae necessitas exposcat, in casum itaque hunc, quam etiam ubi nova aliqua onera repartienda occurrerint, praescripto legis magistratus et electa communitas satisfacere non intermittet.

3iam Dum et quando dominus fiscus civitatis cassam visitari desideraverit, voto ejus in securitatem publici directo deferatur.

4tam Subversante merito jam excelso consilio regiae Camerae Hungarico-aulicae pro gratiosa resolutione substrato existente, ideo eatenus ab emanatione gratiosae resolutionis praestolandum esse censuit uterque magistratus.

5tam Siquidem pro anno currente elaborata repartitione serotinum esset extraneos possessionatos et inquilinos personalia onera non supportantes respectu ejusmodi personalium onerum taxare, ideo propositionem domini fisci pro anno affuturo in notam assummi.

6tam Officio notariali et cancellistis commissum habetur, ut post singulam actorum publicationem praeferenter officiosas determinationes in sequelam quarum dominis magistratualibus effectuationes committuntur expediant et concernentibus individuis penes adnotationem dati exhibitionis consignent.

7am Praeprovocatae determinationes quo ocius medio tympani civitatis per gremium publicari dispositae sunt, inque contravenientes juxta statutas poenas animadversi ultro ordinatum est.

8vam Siquidem tam fori Harmicza, quam plateae Illicza planum et expensarum requisitorumque, si haec per extensum lapidibus sternantur, materialium et operarum vecturalium et manualium projectum elaborari dominis consuli civitatis et geometrae commissa habeantur, ante horum autem relationem eo minus quid stabilis, quod expensae laborum debilitati cassae approportionari debeant, determinari valeat, ob id antelatis domino consuli et geometrae ultro commissum est, ut praememoratum planum et consignationem expensarum et materialium, quo ocius magistratui referenda, ut in nexu horum magistratus cum electa communitate congrua disponere possit, conficiant. Interea nihilominus in sequelam resolutarum operarum per inclytum Comitatum in reparationem praealatae plateae Illicza, cum notabilis quantitas lapidum in monte Grachan hunc in usum praeparata habeatur, actuali domino consuli data est incumbentia, ut eosdem lapides per resolutas publicas operas proximus convehi curet. Et quia uno individuo quod vecturis et manualibus laboratoribus invigilaturum esset, opus foret, ideo pro inspectore denominatus est dominus Michael Kajzer, cujus obligationis id erit, juxta accipiendam a domino judice nobilium, laboratorum et vecturarum consignationem diarium impensorum laboratorum de nomine et cognomine cumque specifica expositione, qua vectura quot vicibus de die lapides deveherit, quis item manualis labor, in quem usum conversus sit ducere, laboratoribus constanter sua in persona invigilare, tesseras cum vecturisantibus servare et singulam vecturam adscindere, tamquam hos, quam manuales operarios singula septimana de praestito numero laboratorum et vecturarum accurate quietare titulo fatigii sui et mercedis pro singulo die laborum ex cassa civitatis hujus diurnum floreni 1 habiturus; ad

9am Cum suffossio collis Dvercze infra monia civitatis non solum ipsis muris civitatis ne collabantur, sed etiam subjacentibus domibus per lapsum collis et moenium jacturam maximam passuris praejudiciosa foret, ad antevertendum proinde ex utraque parte imminens damnum domino capitaneo civitatis data est incumbentia ut in ejusmodi suffossionem investiget, has repertas mox per authores suos replendas nomine magistratus et electae communitatis imponat, pro futuro autem omnes domorum infra moenia civitatis existentium proprietarios ab attentanda suffossione et excavaturis sub desumenda hungaricalium 12 poena et factae excavationis reparationis onere inhibeat, una autem eadem fidelia in reliqua quoque civitati hinc et publico factis nefors per privatos praejudicia indaget, magistratui desuper scriptam de compertis relationem praestiturus. Ad

10am. Quemadmodum ex altissima dispositione regia jam annis anterioribus aemanata magistratui huic stricta invigilantia imposita habetur, ut aedificia et domus novitus construenda non modo in ornamentum civitatis, sed etiam privatorum et publici securitatem dirigantur, quo itaque scopus benignae dispositionis regiae eo securius

obtineatur, decrevit magistratus et electa communitas id per gremium civitatis publicari, ne ullus in gremio civitatis aliquod aedificium ponere antequam planum propositae structurae magistratui pro revisione substraverit, sub poena hungaricalium 12 praesumat; et quia id magistratui et electae communitati relatum haberetur, quod in specie Joannes Poliak sartor ex virgultis in domo erigi caepta parietes in principali platea extruat, domino capitaneo pariter delata est provincia, ut cum domino fisco ejus domum revideat, desuperque relationem faciat. Tandem ad

11am. Cum per ordinatam intra cives summae arendatitiae ejectationis dispositionem eatenus provisio facta habeatur, et in futurum etiam, si per excelsam Cameram Hungarico-aulicam voto et determinationi, quo ex sex annorum obventa summa arendatitia certum obtingens annuum intra cives repartiendum defigatur, magistratui et electae communitati delatum fuerit, excessibus per arendatores commiti solitis obviabitur, reflexionem domini fisci pro hoc anno cessare, pro futuro autem usque excelsae Camerae regiae gratiosam resolutionem in reservam poni.

Numero 4to

De introductio desumendorum per dominos exmissos magistratuales duorum florenorum titulo diurni usu.

Siquidem benignae Suae Majestatis sacratissimae sub dato 9ae maii 1798. numero 7082 medio excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae emanatae in objecto diurnorum tam magistratualibus, quam subalternis civicis individuis emensorum resolutionis usus ad hucdum introductus non fuisset, verum domini magistratuales juxta antiquum schaema singulus floreni unius diurno ex benevola remissione excontentabantur, procurandum autem praealatae benignae resolutionis regiae effectum non minus rerum omnium pretii maxima et in hac civitate inaudita adusque accrescentia, hincque difficilis reddita dominorum magistratualium sustentatio praemeret, quam etiam observandae in civitatibus juxta suas classes pariformitatis ratio publica exigeret, ideo unanimiter conclusum est, ut deinceps in conformitate saepememoratae benignae resolutionis et transmissi schaematis dominis senatoribus, fiscali et ordinario notario in nexu posterioris suppletoriae benignae resolutionis titulo diurni singillative floreni duo dependantur, haecque diurna sibi benigne applacidata in singulis exmissionum casibus desumant. Ita reliqua quoque subalterna individua praescripto schaemati conformentur, provisione tamen ejusdem resolutionis puncto 3tio in salvo relicta, quod pro casu exmissionum ad bona civitatis emergentium domini exmissi intertentionis expensis et medietate diurni defixi contentandi sint. Lectum per Palum Gorup, praefatae civitatis juratum notarium m. p.

1805.

Series restaurationis magistratualis anno Domini millesimo octingentesimo quinto 6ta mensis maii absque interventu commissarii servatae.

Anno Domini 1805. die vero 6ta mensis maii Zagrabiae in domo praetorea senatorea intra muros et moenia fatae civitatis habita, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Stephano Mlinarich consule, Josepho Szacherich substituto capitaneo, Josepho Spissich et Georgio Igerchich juratis senatoribus (Francisco vero Maczan capitaneo et Nicolao Sostarich senatore ab ultima restauratione fatis functis), e magistratu vero exteriori seu electa communitate Paulo Gorup notario, Mathia Mihanovich substituto fisco, Stephano Briglievich, Ignatio Spissich, magnifico Georgio Luketich Suae Majestatis sacratissimae consiliario regio, Carolo Koche, Francisco Shirenprondt, Michaele Kaizer, Petro Thomich, Joanne Bradicza, Sigismundo Byff, Joanne Frankovich, Ernesto Kamauff, Casparo Sostarich et Nicolao Hutter juratis assessoribus, Stephano autem Chegetek, Simone Kustreba, Michaele Bless ac Josepho Kraly intermedio tempore ad aeternitatem evocati, Michaele porro Vittunszky cassae perceptore unaque camerario et Georgio Kraly piarum summarum pupillorumque curatore qua dandis rationibus obnoxiis, in obsequium benignae normalis dispositionis a sedibus suis et voto exclusis, Julio demum Dikovich et Josepho Chernich absentibus, celebratae magistratualis restaurationis

Acta.

Pro termino mediantibus benignis privilegiis per divos condam Hungariae reges civitati huic clementer concessis servandae annualis magistratualis restaurationis in 3iam mensis februarii festum utpote s. Blasii episcopi et martytis defixo, benigno mondato restauratorio absque interventu cujus restauraotionem servari praecautum haberetur non superveniente adeoque actu restaurationis in suspenso relictio existente, subseque tamen memoratio benigno mandato ad utrumque magistratum emanato, facta est dominis magistratualibus restaurationis servandae tempestiva insinuatio ac ad exigentiam gratiosae in actu restiaurationi observandae, per excelsum consilium regiae Camerae Hungarico-aulicae praescriptae normativae instructionis interior et exterior magistratus hora 9na matutina in domo praetorea conveniens, pro invocanda s. Spiritus gratia ad parochialem ecclesiam sancto Marco Evangelistae dicatam processit, in qua audito solenniter decantato missae sacrificio, divinoque lumine invocato ad domum praetoreo se natoream regressus juxta senii ordinem sedes suas occupavit. Ac quoniam actui restaurationis pro termino privilegiali celebrari solitae, perennalium fassionum super emptionibus et venditionibus fundorum civilium publicatio, interpositaeque contradictiones praemitti praescriptae sub ipso termino divi Blasij seu 3ia februari fine obviandi annuali praescriptioni intervenissent; ob id in continenti ad ipsum factum restaurationis processum exstitit.

Quapropter lectum est gratiosum excelsi consilii Regiae Camerae Hungarico-aulicae de 21a martii anni currentis 1805. numero 4593. expeditum et 30a aprilis perceptum decretum, tenore cujus penes transpositionem benigni mandati restauratorii ad se directi insinuare Suam Majestatem sacratissimam civitati huic petitam pro anno currente magistratualem restaurationem absque interventu commissarii regii peragendi facultatem juxta praescriptam in advoluto benigno mandato normam exacte observandam clementer indulgere dignatam esse, de qualiter autem peracta restaurationis ejusdem serie relationem cum transmissione quoque periodicarum 16 tabellarum intra terminum praestitutum sibi inomisse submittendam praecipere gratiose dignatur.

In nexu hujus provocatum etiam benignum Suae Majestatis sacratissimae sub 22 februarii anni labentis numero 1939. emanatum mandatum restauratorium publicatum est: mediante quo committitur et mandatur, ut debita homagiali erga suam Majestatem sacratissimam devotione prae oculis habita semotisque quibusvis simultatibus et privatis respectibus, serio interdictis, munia ea quae pro antevertendo orthodoxae fidei Romano catholicae praejudicio, altissimi item servitii promotione, ac civitatis hujus commodo et utilitate iustitiaeque administratione, utilia, proficua et commoda esse videbuntur decenter, concorditer, pertractentur, methodus restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam praescripta accurate observetur, senatorales et subalternorum officiorum vacantiae habilibus, idoneis et de peculio bene meritis individuis absque religionis discrimine usque ulteriorem tamen Suae Majestatis sacratissimae ratihabitionem redintegrentur, tam vero ab his, quam in numerum civium assumendis modalitate in anno 1743. intimata, reflexe nihilominus ad articulum 26um 1791. excipiatur juramentum: super totius demum restaurationis serie cum interioris et exterioris senatus, receptorumque civium horumque taxae, religionis, conditionis, litteraturae et qualitatum Tabella in designatione relatio intra mensis spatium a peracta restauratione computandum in duobus exemplaribus, unum excelso Consilio regio locumenentiali, alterum vero excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae submittatur, una etiam referatur, quae rationes ab ultima restauratione ad loca debita transmissae aut qua de causa transmitti retardatae habeantur.

Quibus publicationibus praemissis tandem in conformitate gratiosae per praelaudatam excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam praescriptae restauratoriae ideae ad implendas ab ultima restauratione enatas quatuor sedes assessorales procedebatur.

Quare pro vacante 1a sede assessorali per mortem domini Stephani Chegetek enata candidabantur per magistratum interiorem
domini 1o Michael Stivalich
2o Paulus Zavodzky
3o Josephus Rauth,
ex quibus per electam communitatem dominus Michael Stivalich acceptis suffragiis 12 electus est. Domini vero Paulus Zavodzky cum votis 3 et Josephus Rauth cum voto uno emanserunt.

Pro secunda sede assessorali per mortem domini Simonis Kostreba vacua interventa candidabantur
domini 1o Paulus Zavodzky
2o Josephus Rauth
3o Josephus Komaromy,
e numero quorum dominis Josepho Komaromy votis 5 et Josepho Rauth votis 2 obtentis emanentibus electus est dominus Paulus Zavodzky cum votis 10.

Pro tertia vacante sede assessorali per mortem domini Michaelis Bless emersa candidabantur
domini 1o Josephus Komaromy
2o Josephus Rauth
3o Josephus Shipussich,
e quibus dominis Josepho Rauth vota 6 et Josepho Shippussich vota 3 accipientibus, prodivit dominus Josephus Komaromy cum votis 9.

Tandem pro 4a sede assessorali per mortem domini Josephi Kraly vacante enata candidati erant
domini 1o Josephus Rauth
2o Josephus Shipussich
3o Josephus Shiprak,
ex quibus dominis Josephus Shipussich cum votis 6 et Josephus Shiprak pariter cum votis 6 acceptis emanserunt et dominus Josephus Rauth cum votis 7 electus est.

Redintegrata proinde electa communitate digressus est uterque magistratus ad candidationem et electionem pro

1ma senatoris implenda vacante sede per domini Francisci Maczan senatoris et capitanei mortem interventa

Pro quo officio candidabantur
domini 1o Paulus Gorup
2o Sigismundus Byff
3o Ernestus Kamauf,
ex quibus primo loco positus dominus Paulus Gorup cum votis 14 electus est, domini vero Sigismundus Byff cum voto 1o et Ernestus Kamauf pariter cum voto 1 praeteriti sunt.

Per promotionem itaque ad sedem senatoralem domini Pauli Gorup, quia in electa communitate vacans sedes assessoralis effecta foret, pro hac implenda candidati erant
domini 1o Josephus Shipussich
2o Josephus Siprak
3o Michael Antolich,
ex quibus electus est dominus Josephus Siprak cum votis 15, dominus autem Josephus Shipussich cum votis 3 et Michael Antolich voto nullo obtento emanserunt.

Redintegrata denuo electa communitate pro 2a sede senatorali per mortem domini Nicolai Sostarich enata candidabantur
domini 1o Sigismundus Byff
2o Ernestus Kamauf et
3o Georgius Kraly,

ex quibus emanentibus dominis Sigismundo Byff vota 7 et Georgio Kray votum nullum obtinentibus, electus est dominus Ernestus Kamauf cum votis 10.

Quo pacto denuo enata vacante sede assessorali, pro hac implenda candidabantur

domini 1o Josephus Staidacher
2o Josephus Shipussich
3o Joannes Czappan,

ex quibus electus est dominus Josephus Staidacher obtentis votis 12, domini vero Josephus Shipussich cum votis 4 et Joannes Czappan cum votis 2 emanentibus.

Praevia proinde ratione tam interiori quam exteriori magistratu completo, tandem processum est ad restaurationem fisci et interioris magistratus. Qua propter pro officio

Quoniam dominus Stephanus Chegetek fiscus ab ultima restauratione fatis cessisset et in vicem ejus dominus Mathias Mihanovich substitutus officium suum juxta benigne praescriptam normam resignasset, ideo pro eodem officio fisci candidatis

dominis antelato Mathia Mihanovich
2o Michaele Stivalich
3o Paulo Zavodzky,

prodivit dominus Mathias Mihanovich acceptis suffragiis 10, dominis autem Michaele Stivalich cum acceptis votis 5 et Paulo Zavodzky cum voto 1 emanentibus.

Pro officio capetaneatus

Domino Francisco Maczan sub ultima restauratione ad officium capitanei evecto intermedio tempore ad aeternitatem evocato, domino vero Josepho Szacherich substituto capitaneo officium suum resignante, ideo pro eodem candidabantur

domini idem Josephus Szacherich
2o Josephus Spissich
3o Paulus Gorup,

ex quibus dominus Josephus Szacherich cum votis 15 in officio suo ultro confirmatus est. Domini vero Josephus Spissich cum voto nullo et Paulus Gorup cum votis 3 emanserunt.

Pro officio consulis

Domino Stephano Mlinarich officio consulatus valedicente, ideo pro tali candidabantur

domini 1o Stephanus Mlinarich
2o Paulus Group et
3o Georgius Igerchich,

ex quibus dominus Paulus Gorup obtentis suffragiis 15 ad idem officium promotus est, domini vero Stephanus Mlinarich cum votis 4 et Georgius Igerchich cum voto 1o emanserunt; tandem

Pro officio judicis

Priori domino judice Nicolao Babochay officium suum resignante, pro eodem candidabantur

domini 1o idem Nicolaus Babochay
2o Josephus Spissich et
3o Stephanus Mlinarich,

ex quibus dominus Nicolaus Babochay, dominis Josepho Spissich cum voto 1 et Mlinarich cum voto nullo emanentibus, acceptis suffragiis 18 ultro electus, ac in officio judicatus confirmatus habetur: qui etiam juxta antiquum receptum morem sub majoris campanae compulsu ad ecclesiam parochialem s. Marci deductus, ibidemque praevie decantato ad magnam aram coram exposito Venerabili Hymno Ambrosiano solenne tam idem quam consul officiorum suorum tacto tribus digitis sacro Evangelio deposuerunt juramentum, unde inter electae communitatis comitivam fatus dominus judex ad domum suam recessit, taliterque pro 1a die praemissae restaurationis solennitas terminata est. Lectum per Paulum Gorup praefataae civitatis juratum senatorem et consulem vices ordinarii nottarii supplentem m. p.

Anno domini 1805. die vero 7a mai mensis, in domo praetoreo senatorea, intra muros et moenia liberae regiaque civitatis Zagrabiensis situata, praesentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Paulo Gorup consule, Josepho Szacherich capitaneo, Georgio Igerchich, Josepho Spissich, Stephano Mlinarich et Ernesto Kamauf juratis senatoribus, ex electa vero communitate Mathia Mihanovich fisco, Stephnao Briglevich fiscale, magnifico domino consiliario regio Georgio Luketich, Carolo Kotche, Petro Thomich, Michaele Kaizer, Sigismundo Byff, Joanne Frankovich, Francisco Schirenbrandt, Nicolao Hutter, Joanne Brezovachky, Ignatio Spissich, Joanne Bradicza, Michaele Stivalich, Josepho Komaromy, Paulo Zavodzky, Josepho Syprak et Josepho Staidacher juratis assessoribus continuabatur sessio restauratoria et quidem;

1o completis hesterna die assessoralibus vaccantiis, redintegratoque interiori magistratu ac judice constituto, siquidem per domini ordinarii notarii Pauli Gorup praprimis in senatorem, deni autem etiam in consulem, electionem officium ordinarii notarii vacans effectum sit, pro complenda hac statione, per amplissimum magistratum candidati exstiterunt domini:

Stephanus Briglevich
Paulus Zavodzky et
Josephus Staidacher,

inter quos domino Brigljevich vota 5, domino vero Zavodzky votum unum recipientibus, tertius in ordine Josephus Staidacher acceptis votis 9 electus, consuetum notariale juramentum in continenti deposuit; postquod

2o digressu facto ad fori inspectores pro talibus domini Michael Kajzer et Michael Antolich, velut praeexistentes fori inspectores ultro confirmati habebantur.

3o reflexe porro ad caminorum inspectores quandoquidem ab antiquo illa viguerit consuetudo, quod juniores, ac neoelecti domini assessores singulis quattuor anni temporibus in concursu gremialis spacicaminarii culinas et caminos utrum debite purgentur et an non fors alicubi periculum ignis subversetur, domatim visitare, observatos vero defectus pro ponenda medela amplissimo magistratui refere inomisse teneantur, hinc idmodi antiquae consuetudini inhaerendo, scopo hujus functionis explendae, pro interiori civitate domini Josephus Shyprak et Josephus Komaromy, pro suburbio autem dominus Josephus Rauth delecti sunt. Dein

4to Quarteriorum magistro, castellano et campanatoribus ultro in praestitis servitiis suis confirmatis, intuitu sacristae servitii, assumpta fuit eatenus recurrentis Ladislai Jarnevich instantia; qui etiam velut hujas domesticus civium filius, accedente insuper non solum gremialis domini parochi Karvanchich, medio domini judicis relata recommendatione, sed et eo, quod securitatis fundo provisus sit, in sacristam susceptus habebatur: quem ut subinde dominus capitaneus consueto fidelitatis juramento obstringat, ordinatum est; qua occasione

5o concivilitatem ingredi desiderans dominus Joannes Evangelista Czappan e consideratione remonstratae in officio, quod actu etiam gerit, cancellistico dexteritatis et dilligentiae, taliterque praestitorum civitati huic fidelium servitiorum, erga depositionem benigne praescriptae florenorum 6 concivilitatis taxae in numerum civium cooptatus, solito modo per dominum capitaneum adjuratus est; in quorum nexu

6o Lectae dein sunt triplicis ordinis instantiae prima Joannis Vaganich incolae hujatis, secundo Petri Czeszarecz diversitoris sub Szomszedvar et tertia Georgii Orach, vectoris gremialis, sui in concivilitatem assumptionem solicitantium, quorum petito ac signanter Joannis Vaganich propterea, quod de excessibus notatus sufficientia meliorationis indicia adusque haudquaquam ediderit, Joannes porro Czeszarecz, quod extra jurisdictionem civitatis hujus habitando et cum rebus suis horsum necdum transeundo semet neque pro cive qualificatum exhibuerit, nec non Georgii Orach, ob defectum propriae domus deferri nequire conclusum est. Queis ita superatis considens magistratus et electa communitas ad promovenda etiam quae publicam civitatis hujus ac civium utilitatem et securitatem respiciunt, initis communibus consiliis et concretatione sequentia disposuit

Numero 1o

De merito domus m/22 florenis a domino comite Orssich emptae, qualiter electae communitati proposito

circa domum per interiorem magistratum a sua magnificentia domino comite Adamo Orssich m/22 florenis ea ratione ut isthoc pratium intra septem annos persolvatur, emptam, proposuit idem magistratus electae communitati an talem pro usibus civitatis hujus summe necessariam, adeoque omnino ad rationem publici retinendam esse vel minus adinveniat eadem communitas ac per consequens utrum memoratam domum electa quoque communitas pro civitate reservare, vel vero privativa illorum dominorum magistratualium, qui ad ejus pro parte publici emptionem concurrerunt siquidem moderna domus praetorea admodum angusta et pro necessariis publico commoditatibus adeo insufficiens sit, ut in eadem nec pro cassis, nec pro arestis sed nec pro justitiariis sufficiens spatium adsit, praeterea autem ipsum praeexpositum pretium spectato ejusdem domus cumprimis modernis charisticis temporibus valore, non tantum non excessivum, ast pro civitate multum favorabile sit. Hinc circa praedictae domus pro publico retentionem nulla ex parte etiam communitatis difficultate oborta, conclusum est, ut ubi praevie requisitarum commoditatum planum elaboratum fuerit, eatenus excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae abhinc demissa repraesentatio submittatur.

Numero 2o

De restitutione turrium in claustro olim capucinorum existentium apud excelsum Consilium regium locumtenentiale sollicitanda.

Turribus civitatis hujus duobus in Zvercze pro usibus claustri olim capucinorum ex beneplacito magistratus, adeoque eatenus proprietate fisci civici in salvo permanente, temporarie cessis, siquidem iisdem capucinis isthic subinde cessantibus, rementionatum claustrum ad fundum religionarum recidisset ex eo, ut hae turres jure postliminii civitati huic restituantur ad excelsum Consilium regium locumtenentiale demisse recurrendum disponitur, hoc magis, cum eaedem turres jam ad desolatum statum positae sint, tecta vero earundem turrium penitus perplua evaserint.

Numero 3o

De consessu interioris magistratus cum interventu electae communitatis post 14 dies servando.

Quo statuto civitatis hujus more adusque usitato republicari, alioque nefors ad mutuam interioris magistratus cum electa communitate cointelligentiam spectantia negotia pertractari valeant, eatenus consessus interni magistratus, nec non electae communitatis celebrandus post 14 dies, adeoque pro 21a anni currentis praefixus est.

Numero 4o

De negotiis intra individua officii notariatus partiendis.

Ut cuilibet e dominis notariis incumbentes officii labores in specifico constare valeant, ordinata est, sub praesidio domini magnifici consiliarii regii et civitatis hujus assessoris Georgii Luketich cum interventu dominorum emeriti ordinarii notarii actualis vero consulis Pauli Gorup et Josephi Komaromy deputatio, officiosos labores specifice tam pro ordinario notario, quam et vicenotariis designaturos ac opus suum subinde interiori magistratui relatura.

Numero 5o

De aducto turricollae Sztanessich salario et deputato.

Turicollae civitatis hujus in Dvercze Mathiae Sztanessich salarium suum adaugeri petenti, ex quo ejusdem annuum in 21 florenis consistens salarium valde exile esset, ex reflexione etiam modernae rerum omnium charistiae, in aere parato floreni 4 in frumento autem metretae duae pro futuro adjiciuntur, ac proinde domino cassae perceptori et camerario committitur, ut a la mai anni currentis inchoando antelato turicollae

praemissos florenos 4 neque secus duas metretas frumenti, praeter et ultra praehabitum salarium ac deputatum, erga consuetas quietantias quotannis dependat.

Numero 6o

De eo ut lampas infra portam lapideam dehinc accuratius qualibet nocte accendatur.

Siquidem observatum sit quod praeinitae de alenda noctu infra portam lapideam limpade dispositioni ad amussim non satisfacit, quemadmodum et commoditas et securitas transeuntium per eandem portam hominum deposceret, ut ibidem noctis tempore lumen adsit, ita in consequentiam praecedaneae determinationis domino capitaneo ultro comissum est, ut curam de quotidiana ad vesperum lampadis ibi reperibilis recensione, constituto eatenus sutori et civi Fruk serio imponat et necessariam ad hoc olei quantitatem assignet, subinde ex cassa civica solvendam.

Numero 7o

De reiteranda quoad regestratorem et una honorarium vicenotarium repraesentatione.

Archivo civitatis hujus ob insufficientiam personalis officii notarialis exigua in parte hucusque regestari queunte et hinc in disordine constituto officii vero agendorum tanta mole penes civitatem hanc sese quotidie excipiente, ut duo notarii impenso licet extremo fatigio vix vel apponendis currentibus actis sufficiant atque ideo regestrationi praesertim praecedaneorum actorum impossibiliter sement impendere possint, considens magistratus et electa communitas factam jam intuitu resolvendi registratoris ac una honorarii vicenotarii, excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae repraesentationem, ex hodierno denuo reiterandam disposuit.

Et cum ratio publici exigat, ut ordini archivi quanto tempestivius prospiciatur ac idem archivum quo citius regestrari inchoetur, opinabatur magistratus cum communitate, ut interea etiam donec gratiosa circa realem expetitum regestratorem et simul vice notarium honorarium resolutio supervenerit, unum aptum et regestrationis archivalis gnarum individuum erga unius floreni diurnam mercedem conducatur, atque tali opus regestrationis concredatur: cujus intuitu siquidem dominus actualis cancellista Joannes Czappan semet recommendaverit et pro hac regestratione qualificatus sic, hac in parte una fideliae etiam gratiosam cameralem inviationem expetendam esse conclusum est.

Numero 8o

De litteris domini superioris scholarum directoris Marich ratione xenodochialis infra portam lapideam aedificii, nec non adaptationis scholarum nationalium exaratis.

Litterae magnifici domini superioris scholarum directoris Ludovici Marich provocative ad opinionem commissionis regiae ratione aedificii pro hujate schola nationali deservituri, editam, sub 25a aprilis anni currentis magistratum hunc requirentis quatenus fundus et aedificium antiqui xenodochii infra portam lapideam situatum tantisper in statu quo conservetur ac praeterea seu de novi pro usibus nationalium scholarum aedificii in loco altissime designato erectione seu vero circa meliorem actualium scholarum adaptationem, negotium concertetur, lectae sunt:

in nexu quarum domino capitaneo Szacherich commissum est, ut interventa hanc in rem commissionalia acta procurare studeat, semetque cum domino districtuali scholarum nationalium inspectore Thoma Koschiak cointelligenter habeat. Lectum per Josephum Staidacher praefatae civitatis Zagrabiensis juratum notarium m. p

1808.

Anno 1808. die 4a mensis aprilis Zagrebiae in domo praetorea senatorea considentibus dominis ex interiori magistratu Nicolao Babochay judice, Paulo Gorup consule, Stephano Mlinarich substituto capitaneo et Josepho Spissich jurato senatore (Josepho Szacherich capitaneo et Georgio Igerchich nec non Ernesto Kamauff senatoribus ab ultima restauratione demortuis) ex exteriori autem magistratu seu electa communitate Josepho Staidacher ordinario notario, Mathia Mihanovich fisco, Stephano Briglevich fiscale, Ignatio Spissich consiliario regio, Georgio Luketich, Carolo Kotche, Francisco Shirnbrandt, Josepho Chernich, Julio Dikovich, Michaele Kayzer, Petro Thomich, Joanne Bradicza, Sigismundo Byff, Georgio Kraly, Joanne Frankovich, Casparo Sostarich, Nicolao Hutter, Paulo Zavodczky et Josepho Rauth juratis assessoribus, Michaele porro Stivalich et Joanne Brezovachky intermedio tempore ad aeternitatem transeuntibus, Michaele vero Vittunzky, cassae perceptore, qua dandis rationibus obnoxio virtute benignae normativae resolutionis e sede ac voto excluso, denique Josepho Komaromy et Josepho Shyprak assessoribus infirmitate impeditis, ac ideo absentibus celebratae restaurationis magistratualis

Acta

Pro privilegiali divi Blasii termino in 3iam februarii incidente restauratione civica ob defectum benigni mandati restauratorii non servata, verum ad tempus superventuri hujus benigni mandati restauratorii relegata, siquidem id modi benignum mandatum restauratorium subinde isthuc pertigisset, terminus proinde istius restaurationis celebrandae in hodiernam diem praestitutus et praevie per magistratum respectivis dominis assessoribus scripto insinuatus exstitit. Hodierna autem die adveniente posteaquam ad domum praetoreo-senatoream tam interior quam exterior magistratus hora octava matutina convenisset, antequam hic actus restaurationis incepisset, ad implorandum sancti Spiritus lumen, audiendumque missae sacrificium ad gremialem parochialem ecclesiam s. Marco Evangelistae dicatam proprimis procedebatur.

Ubi tandem audito decantato sacro, ac terminatis divinis, sumptoque ad domum civicam reditu idem interior magistratus et electa communitas juxta senii ordinem sedes suas occupavit, ipsa vero restauratio suscepta fuit modalitate sequenti; et quidem

Praeprimis lectum est gratiosum excelsae Camerae Regiae Hungarico-aulicae intimatum de dato 10a februarii anni currentis numero 2068. dimissum, tenore cujus, penes benigni decreti restauratorii submissionem

una gratiose comittitur, ut restauratione magistratuali penes civitatem hanc benigno praescripto cohaerenter et absque interventu comissarii regii peracta, desuper debita relatio simul cum praescriptis 16 tabellis periodicis modo ac tempore praestitutis inomisse submittatur.

In nexu cujus lectum dein fuit provocatum benignum mandatum restauratorium de dato 24ae decembris anni prioris 1807. numero 12058 in eo expeditum, quod quippe Sua Majestas sacratissima clementer admittere dignata sit, ut libera haec et regia civitas montis graecensis Zagrabiensis restaurationem suam pro hac vice absque interventu comissarii regii suscipere et terminare possit, eo ultro per expressum demandato ut eadem haec civitas debitam, eamque homagialem erga summe factam Suam Majestatem sacratissimam devotionem prae oculis habens, semotis quibusvis simultatibus et privatis respectibus, in ordine quoad hujusmodi restaurationem omnia ea quae pro antevertendo orthodoxae fidei Romano-catholicae praejudicio altissimi item servitii promotione ac publico peculii hujus comodo atque utilitate nec non indefessa communis justitiae administratione proficua fore videbuntur, decenter paccate et concorditer tractare, methodumque restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam intimatam observare, senatorales demum imo aliorum quoque subalternorum officialium vacantias habilibus idoneis et de isthoc peculio bene meritis subjectis sine religionis discrimine ad ulteriorem nihilominus Suae Majestatis sacratissimae ratificationem, complere et redintegrare: juramentum porro ab assumendis ad offic'a et concivilitatem modalitate anno adhuc 1743. intimato reflexe etiam ad articulum 26um 1791. acceptare: totum denique internum statum pro emolumento et incremento civitatis hujus regulare ac tandem ad aequatam super hujusce restaurationis serie relationem in duobus exemplaribus Consilio regio locumtenentiali Hungarico, nec non Camerae regiae Hungarico-aulicae submittendis praestare: neque secus rationes debite confectas suis locis more consueto transmittere et an a postrema restauratione jam aliquae pro quot ac quibus annis submissae habeantur et sin minus, cur id intermissum sit, genuine informare ac de caetero dispositionibus medio antelatae regiae Camerae Hungarico-aulicae interventis et interventuris sese ad amussim conformare debeat ac teneatur.

Quibus praededucto modo coram figurae considentis interioris magistratus et electae communitatis perlectis et publicatis ac praeterea domini Georgii Kraly advocati et gremialis assessoris instantia pro sui candidatione et ad interiorem senatum promotione porrecta-assumpta dominus judex eundem hunc magistratum et electam communitatem ad id, ut in conformitate praemissorum altissimorum jussuum praesentem restauratorium actum paccate et concorditer habitoque ob oculos bono publico et emolumento civitatis hujus inchoare et consumare velint, brevibus cohortatus est, post hoc vero, quia ab ultima restauratione quae die 6a mensis mai anni 1805i servabatur, per mortem dominorum Michaelis Stivalich et Joannis Brezovachky in electa communitate duae assessorales vacantiae ennatae fuissent, de earundem itaque redintegratione consultatum exstitit atque pro 1a hac vacantia candidati erant domini:

Joannes Horvatich,
Mathaeus Babich et
Petrus Klemenich,

quos inter primos in ordine dominus Joannes Horvatich, Mathaeo Babich cum nullo, Petro autem Klemenich cum votis 7 emanentibus, acceptis 12 suffragiis, ellectus et solito juramento assessorali obstrictus est.

Pro secunda vero assessorali sede e candidatis dominis:
Joanne Kukovich,
Emerico Haraminchich et
Petro Stajduhar
dominus Emericus Haraminchich vota 3, Petrus autem Stajduhar votum nullum acceperunt, verum primus Joannes Kukovich cum obtentis 17 votis in assessorem constitutus et adjuratus exstitit.

Redintegrata proinde hoc modo electa communitate uterque magistratus ad redintegrationem interioris senatus, ubi per mortem praeexistentis capitanei Szacherich, nec non senatorum Igerchich et Kamauff tres sedes vacantes effectae sunt, digrediebatur, atque pro implenda la senatoris vacantia candidabantur domini:

Michael Vittunzky,
Josephus Chernich,
Joannes Horvatich,
ex quibus domino Michaele Vittunzky vota 7, domino autem Josepho Chernich suffragia 3a recipientibus, officium senatorale confectus est cum votis 10 dominus Joannes Horvatich.

Post cujus electionem et adjurationem, cum in electa communitate iterum assessor deesset, pro tali constituendo candidati erant domini:

Thomas Koschiak,
Gregorius Knezevich ac
Vincentius Kariolich,
quorum secundo Gregorio Knezevich vota 10 accipiente et assessorale iuramentum elliciente, primus in ordine dominus Koschiak cum votis 9 et tertius dominus Kariolich cum voto uno praeteriti sunt.

Completa denuo electa communitate procedebatur ad electionem secundi senatoris: pro cujus officio candidatis dominis:

Georgio Kraly
Michaele Kayzer et
Francisco Schirnbrandt,
electus est primus in ordine dominus Kraly cum votorum suffragiis 12, reliquis duobus utpote Michaele Kayzer cum votis 5 et Francisco Schirnbrandt cum voto 1 emanentibus.

Quo facto iterum ennata in exteriori magistratu una assessorali vacantia fine talis complendae candidabantur domini:

Stephanus Derchich,
Leopoldus Pluszkal et
Fridericus Liszjak,
quorum secundo domino Pluszkal vota 6, tertio autem domino Liszjak vota 5 accipiente, in ordine primus dominus Derchich cum votis 9 prodivit et in continenti adjuratus est.

Sic rursus completa electa communitate ad tertii senatoris electionem deventum fuit: pro qua statione candidati exstiterunt domini:

Sigismundus Byff,
Joannes Bradicza et denuo
Michael Vittunszky,

inter quos primus dominus Sigismundus Byff 10 per consequens plurima vota accipiens, consuetum senatorale juramentum deposuit, posteriores autem nempe dominus Bradicza cum votis 3, dominus Vittunszky cum votis 6 emanserunt.

Et quia per praefati domini Byff ad senatorale munus promotionem iterum in communitate una sedes assessoralis vacans effecta fuisset, quo haec redintegretur ex candidatis pro hac sede dominis:

Francisco Skarecz,
Emerico Patthak et
Antonio Praunsperger

primus dominus Franciscus Skarecz obtentis votis 13 in assessorem denominatus et solita modalitate adjuratus fuit, reliquis domino Patthak cum votis 4 domino autem Praunsperger cum votis 3 remanentibus.

Posteaquam autem praeexpressa serie non solum interior et exterior magistratus plene redintegratus et antelatae vacantiae completae fuissent, tandem condescensum est ad restaurationem fisci et interioris magistratus.

Vice propter domino fisco Mathia Mihanovich munus suum condecenter resignante,pro eodem fisci officio candidabantur domini:

idem Mathias Mihanovich,
Paulus Zavodczky et
Michael Kayzer,

quos inter primo domino Mihanovich vota 7, Paulo vero Zavodzky vota 3 recipientibus, ultimus in ordine dominus Michael Kayzer cum votorum sufragiis 8 hoc munus fisci adeptus praescriptum juramentum in instanti ellicuit.

Post hoc ad capitanealis officii restaurationem transeundo postquam a fatis denati capitanei Szacherich in substitutum capitaneum denominatus dominus Stephanus Mlinarich, munus hoc ob grandaevam quoque aetatem suam et fractas senectute vires resignasset, pro capitaneali officio candidabantur domini

modo fatus Stephanus Mlinarich,
Georgius Kraly et
Joannes Horvatich,

quorum primo domino Mlinarich votis 2 postremo autem domino Horvatich votis 7 insignito prodivit in ordine secundus dominus Georgius Kraly- penes obtenta votorum sulffragia 11. Qui etiam neoelectus dominus capitaneus mox consuetum officii sui juramentum deposuit.

Porro officio consulis per dominum Paulum Gorup in sinum considentis magistratus et electae communitatis condecenti modo deposito, atque resignato, dum pro munio hoc candidati fuissent domini:

idem Paulus Gorup,
Stephanus Mlinarich et
Joannes Horvatich,

facta votorum renumeratione dominus Gorup cum votis 4, Stephanus autem Mlinarich cum votis 5 praeteriti sunt, ast tertius in ordine dominus Joannes Horvatich consulare munus hoc cum obtentis 11 sortitus ac consecutus est.

Quibus praeallato modo peractis, tandem dominus judex Nicolaus Babochay e sede sua consurgens, acta breviter considenti magistratui et selectae communitati pro locata in se fiducia praegestoque muneregratiarum actione, juxta receptam antiquitus consuetudinem concreditas sibi claves et sigillum restituit ac praehabitum officium suum resignavit; pro quo judicis munere dominis:

eodem Nicolao Babochay,
Josepho Spissich et
Stephano Mlinarich

candidatis posteriores duo et quidem dominus Spissich cum uno, Stephanus vero Mlinarich cum nullo voto remanserunt, primus autem dominus Babochay obtentis votis 19 in judicis officio ultro confirmatus sigillum peculii hujus regii, nec non solitas claves ipsamque judicatus sedem recepit.

Et sic ad exigentiam praeprovocati benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati restauratorii, quibusvis paccate ac concorditer mutuaque omnium in cointelligentia pertractatis, atque cunctis pro publico peculii istius regii commodo, justitae administratione ac conservanda qua semet perfrui uterque magistratus gloriatur, pace, hisque juncta altissimi servitii promotione terminatis, ipsave per consequens civica hac de clementissimo indultu regio absque interventu commissarii celebrata restauratione, in quantum prima restaurationis die quapiam pertractanda fuerant, proscripto modo consumata, iis autem, quae adhuc ad actum restaurationis pertinent, in crastinum relegatis, tandem juxta praevigentem morem sub majoris campanae compulsu ad ecclesiam parochialem procedebatur. Ubi praevie decantato ad magnam aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano — tam rememoratus neoconfirmatus judex dominus Nicolaus Babochay, quam et consul dominus Joannes Horvatich, tactio tribus digitis sacro Evangelio, solenne officii depusuerunt juramentum. Abinde demum finitis his praefatum dominum judicem uterque magistratus in corpore usque residentialem ipsius domum comitatus, taliterque pro hac prima die praemissa restaurationis solennitas finem sortita est.

Adveniente porro subsequa die seu 5a aprilis anni currentis, posteaquam pro continuandis iis, quae adhuc ad actum restaurationis pertinent, tam interior magistratus quam et electa communitas, in qua ex illis assessoribus, qui hesterno consessui interfuerunt, hodie domini consiliarius regius Georgius Luketich et exactor Petrus Thomich deerant pro hora 9a matutina juxta heri factam coalitionem in domo praetoreo senatorea convenisset, siquidem ob interventam domini vicenotarii Sigismundi Byff ad senatoratum promotionem, statio haec primarii vicenotarii vaccans reddita fuisset, ideo itaque praemissa hesternorum actorum publicatione et per extensum adprobatione, lectaé sunt respectivorum publicatione et per extensum adprobatione, lectae sunt respectivo- Quibus perlectis, eoque comperto, quod pro statione ista domini gremialis assessor et causarum advocatus Joannes Kukovich, item Joannes Czappan, actualis regestrans et honorarius vice-notarius neque secus Petrus Junkovich gremialis cancellista, secus ad excelsam Tabulam banalem juratus notarius ac demum Paulus Rajakovich aeque ad modo fatam excelsam Tabulam juratus notarius competant, interior magistratus

ad solitam usque receptam candidationem processit et post factam candidantium pluralitatis combinationem, pro praedicto primarii vicenotarii munere candidabantur domini:

Joannes Kukovich,
Petrus Junkovich et
Joannes Czappan,

ex quibus Petro Junkovich nullum, Joanne autem Kukovich et Joanne Czappan singillative 9 adeoque aequalia vota obtinentibus, circa hos duos dominos Kukovich et Czappan ad novam votisationem deveniri debuit: qua peracta prior dominus Kukovich 11, posterior vero dominus Czappan 7 suffragia consecutus est: unde praefatus Kukovich velut potioritate votorum electus, mox deposito consueto juramento primarii vicenotarii sedem capessivit.

Post hoc vero dominus ordinarius notarius Josephus Staidacher molem agendorum penes civitatem hanc exponendo, atque una ad reiteratas abhinc circa necessitatem constituendi adhuc secundarii vicenotarii factas ad altiora excelsa dicasteria remonstrationes provocando, proposuit, ut cum ad hanc civitatem duo saltem notarii praesertim crescente in dies impopulatione — pertractandis innumeris ad officium suum spectantibus tum juridicis cum et politicis aeconomicis item ac pupillaribus, nec non ratiocinariis et deputationalibus negotiis, accuratae diversorum protocollorum appositioni, ducendis numerosissimis correspondentiis continuis porro expeditionibus effectuandis ac demum exacta publicorum actorum registrationi impossibiliter — impensis quoque omnibus viribus sufficere possint, circa hoc secundarii vicenotarii individuum denominandum aliquid — a paritate quoque aliarum in Regio minorum civitatum disponatur sicque ultronee archivi disordini ac confusioni obex ponatur.

Cujusmodi propositione domini ordinarii notarii pro justa agnita quinimo viso et observato eo quod peculium hoc citra palpabilem negotiorum officio notariali incumbentium remoram secundario vicenotario una registratoris munus obituro diutius carere nequeat, quantumvis occasione petitae status salarialis ac personalis penes istam civitatem regulationis, eatenus quoque demisa abhinc propositio altioribus locis facta exstitisset, quia tamen desuper nulla adhuc resolutio emanasset — adinvenit considens magistratus et electa communitas ut a stabilis a realis vicenotarii secundarii et una registratoris electione pro hic et nunc supersedeatur, quidem nihilominus tamen cum idmodi individui penes officium notariatus inevitabilis subversetur necessitas tale previsorio duntaxat modo ac usque superventuram quae intuitu regulandi isthic status salarialis et personalis et excelsa cancellaria Hungarico-aulica ad excelsum Consilium et respective Cameram propediem expedienda refertur, resolutionem erga diurnum unius floreni ab exemplo gratiosi cameralis sub 29a mai 1805. numero 8598 circa regestrandum antiquius archivum isthuc dimissi intimati constituatur: cujus sic provisorio modo constituendi secundarii vicenotarii et simul registratoris obligatio erit, currentia acta regestrare et in optimo ordine servare, in deputationibus actuarium agere, pro re nata etiam protocolla sessionum ducere ac dominos ordinarium et primarium vicenotarios in negotiis ad officium ipsorum pertinetibus pro possibili adjuvare.

Quo taliter per utrumque magistratum concluso, propositum exsitititit domino honorario vicenotario et antiquiorum actorum registranti Joanni Czappan an usque superventum altioris circa secundarium vicenotarium et simul realem registratorem resolutionis ac sub certa spe reipsa obtinendae superveniente resolutione hujus stationis praemissa modalitate ac provisorie in secundum vicenotarium ac simul registratorem cum praemissis obligationibus constitui optet, nec ne, qui siquidem declarasset, se id suscipere non posse et in qualitate honorarii vicenotarii penes registraturam antiquiorum actorum ultro manere praeoptare: hinc igitur eodem domino Czappan in priori cathegoria relicto, pro secundario vicenotario ac simul registratore sub antelatis conditionibus, modoque provisorio denominatus et constitutus est dominus Petrus Junkovich, qui etiam consuetum notariale juramentum in instanti deposuit.

Porro quoniam dominus fori inspector Kayzer in fiscum hesterna die electus fuisset, in locum ejusdem pro fori inspectore denominatus exstitit dominus assessor Franciscus Skarecz, altero fori inspectore domino assessore Carolo Kotse in eadem qualitate ultro confirmato.

Postea digressu facto ad caminorum inspectores, quemadmodum ab olim illa viguisset consuetudo, quod juniores ac neoelecti domini assessores singulis quatuor anni temporibus in concursu gremialis spacicaminarii culinas et caminos, num debite purgentur, et an non alicubi fors periculum ignis subversetur domatim visitare, observatos autem defectus fine ponendae medelae interiori magistratui referre obligentur: ita huic antiquo mori insistens uterque magistratus pro caminorum inspectoribus activisavit et quidem respectu interioris civitatis dominos assessores Joannem Kukovich et Stephanum Derchich, respectu vero suburbiorum dominos Franciscum Skarecz et Gregorium Knezevich.

Officio gremialis cassae in conformitate altissimae resolutionis regiae alioquin jam cum ultima octobris anni prioris 1807. redintegrato et organisatio existente, quod concernit quarteriorum magistrum, castellanum, campanatores, aliosque servitores hujates iidem in praegestis servitiis suis ultro constabiliti ac confirmati habentur.

Denique lectis hac vice pro concivilitate introporrectis instantiis ac pensatis pro concivilitate requisitis qualitatibus in cives peculii hujus regii suscepti sunt.

1o dominus Vincentius Jellachich de Buzin, militiae insurectionalis Croaticae supremus vigiliarum praefectus, Romano-catholicus, Croata et possessionatus nobilis, erga concivilitatis taxam florenorum 12.

2o Georgius Czesztar, Romano-catholicus, professione sua vitriarius, Croata, erga taxam concivilitatis florenorum 6 et

3o Joannes Skeberl, Croata, Zamoboriensis, Romano-catholicus, secus lanio itidem erga concivilitatis taxam florenorum 6; cujusmodi taxis officio hujatis cassae ad perceptum assignatis, in reliquo modo nominatos neo-creatos tres cives, postquam praedeductas concivilitatis taxas cassae deposuerint, dominus gremialis capitaneus Georgius Kraly solito civium juramento obstricturus est.

Queis conclusis ac terminatis etiam hodiernae diei solennitas cessavit, atque sic in mutua harmonia paccateque totus restaurationis ac-

tus consumatus exstitit. Publicatum per praefatum Josephum Stajdacher, juratum assessorem et ordinarium notarium m. p.

1812.

Series restaurationis anni
1812. diei 18ae sequentium mensis
novembris

Anno domini 1812. die 18a sequentibus mensis novembris Zagrabiae in domo praetoreo senatorea sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich, Suae caesareo ac regiae apostolicae Majestatis consiliarii, excelsae regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Tabulae banalis, sic et complurium inclyti Comitatum sedis judiciariae assessoris, qua tamen altissime constituti commissarii regii, cum interventu aut dominorum et quidem ex magistratu interiori Nicolai Babochay judicis, Pauli Gorup substituti consulis, Sigismundi Byff substituti capitanei, ac Stephani Mlinarich senatoris, ex electa aut communitate Josephi Stajdacher ordinarii notarii, Michaelis Kayzer fisci, neque secus Georgii Luketich, Stephani Briglevich, Mathiae Mihanovich, Francisci Shirnbrandt, Julii Dikovich, Josephi Chernich, Joannis Bradicza, Georgii Kraly, Joannis Frankovich, Caspari Sostarich, Nicolai Hutter, Pauli Zavodczky, Josephi Shyprak, Josephi Rauth, Joannis Kukovich, Stephani Derchich et Francisci Skarecz juratorum gremialium assessorum, celebrata est restaurationis magistratualis

Sessio 1a

Termino servandae restaurationis magistratualis per praetitulatum magnificum dominum consiliarium ac commissarium regium Joannem Chachkovich praestituto cum hodierna 18a novembris anni currentis die adveniente posteaquam tam interior quam exterior magistratus hora 9a matutina ad curiam civicam in unum convenisset, conveniens videbatur, fine nunc nominati magnifici domini consiliarii et commissarii regii ad sessionem restauratoriam imitandi solennem deputationem exmittere: interim dum dominus judex ac complura quoque electae communitatis commembra retulissent, antetitulatam Suam Magnificentiam dominum commissarium regium solennem id modi invitationem vitatam cupere, a denominatione deputationis hujus supersessum est. Verum ad pulsum majoris campanae mox interior magistratus et electa communitas pro implorando s. Spiritus lumine et audiendo missae sacrificio ad gremialem parochialem ecclesiam s. Marco Evangelistae dicatam transivit, quorsum etiam Sua Magnificentia dominus consiliarius et commissarius regius comparens divinis interfuit, divinis vero terminatis ac decantato sacro audito Sua Magnificentia dominus commissarius regius in comitiva magistratus et electae communitatis ad domum praetoream processit: ubi commembris interioris magistratus ac electae communitatis juxta senii ordinem sedes suas occupantibus eadem Sua Magnificentia praeprimis perlegi curavit gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-

-aulicae intimatum ad se de dato 15ae septembris anni currentis numero 18066 in eo emanatum, quod Sua Majestas sacratissima liberae et regiae civitati huic Zagrabiensi magistratualem restaurationem hoc adhuc anno cum interventu ac in persona ejusdem Suae Magnificientiae, qua ad hunc actum specialiter delegati commissarii regii, peragendi facultatem benigne concedere dignata sit, concomitanter haec restauratio per eundem dominum commissarium regium suscipienda ac de qualiter peracta, penes submissionem 16. Tabellarum periodicarum relatio praestanda veniat.

Quo gratioso intimato camerali perlecto atque recepto praesentavit dein Sua Magnificentia dominus commissarius ac consiliarius regius benignum mandatum restauratorium clause confectum et ad civitatem hanc sonans, quod per dominum judicem actutum reseratum ac de dato 7ae augusti anni currentis numero 8357 expeditum istic sub numero 1o adjacet.

Hoc benigno mandato restauratorio inicitur, quod Sua Majestas sacratissima clementer admittere dignata sit, ut hocce civitas montis Graecensis Zagrabiensis restaurationem suam cum interventu praetitulati commissarii regii suscipere et terminare possit, eo per expressum demandato: ut eadem civitas debitam eamque homagialem erga altefatam Suam Majestatem sacratissimam devotionem prae oculis habens — semet is quibusvis simultatibus et privatis respectibus, in ordine quoad hujusmodi restaurationem omnia ea, quae pro antevertendo orthodoxae fidei Romano-catholicae praejudicio, altissimi item servitii promotione ac publico peculii hujus commodo atque utilitate, nec non indefessa communis justitiae administratione proficua fore videbuntur — decenter, pactate et concorditer tractare, methodumque restaurationis per Cameram regiam Hungarico-aulicam intimatam observare, senatorales demum imo aliorum quoque subalternorum officialium vacantias habilibus, idoneis et de isthoc peculio bene meritis subjectis sine religionis discrimine, ad ulteriorem nihilominus Suae Majestatis sacratissimae ratificationem complere ac redintegrare: juramentum porro ab assumendis ad officia et concivilitatem, modalitate anno adhuc 1743. intimata reflexe etiam ad articulum 26. 1791. acceptare, totum denique internum statum pro emolumento et incremento civitatis hujus regulare ac tandem adaequatam super hujusce restaurationis serie relationem in dubous exemplaribus, Consilio nempe regio locumtenentiali Hungarico, nec non Camerae regiae Hungarico-aulicae submittendis praestare, neque secus rationes debite confectas suis locis more consueto transmittere et utrum a postrema restauratione jam aliqua, pro quot ac quibus annis submissae habeantur et sui minus cur id intermissum sit, genuine informare ac de reliquo dispositionibus medio antefatae Camerae regiae Hungarico-aulicae interventis et interventuris sese adamussim conformare debeat ac teneatur.

Cujusmodi benigno mandato restauratorio praemissa modalitate publicato ac debita cum veneratione, proque observamine assumpto, tandem antetitulata Sua Magnificientia dominus consiliarius ac commissarius regius legendum exhibuit benigno gratiosum excelsi Consilii regii locumtenentialis Hungarici, ad se sub dato 25ae augusti anni surrentis numero 21430. dimissum et objectum denunciationis Michaele Vittun-

szkianae contra postremam 4a aprilis 1808. hic loco celebratam restaurationem altissimo loco propositae desuperque substrati per magnificum dominum consiliarium regium et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarium vicecomitem Georgium Josephum Bellossevich qua eo tum praeexistentem commissarium regium operati, perstringens intimatum: quo mediante de benigna mente regia notum fit: quod praedeclaratus de anno 1808. restauratorius actus consule Joanne Horvatich et capitaneo Georgio Kraly, ratione quorum electionis factiones intercessissent, exclusis qua in reliquo pacate et cum concordia peractus approbetur, culpaque horum candidationis excepto civitatis judice in praeexistentis eotum interioris magistratus individua recidat, ac id ipsum civico magistratui et in specie ordinario notario Staidacher improbandum veniat, ac dehinc candidationi nonnisi individua substernenda sint, quae praesertim in modernis civitatis hujus adjunctis altissimae expectationi plene correspondere valeant, hocque scopo ut videlicet constet, an in candidatione finis iste ob oculos habitus sit, pro futuro sylabus candidatorum acclusis recurrentium instanti in simul cum actis restauratoriis submitti debeat: quod poro denuncians Vittunszky, ex quo pro tribus senatoralibus vacantiis bis candidatus exstiterit, justam quaerulandi ansam non habeat et ea propter a petito amotus sit: relate vero ad illam praefati commissarii Bellossevich propositionem, ut judex Babochay et senator Mlinarich jubilentur quod circa eundem judicem Babochay et senatores Mlinarich ac Gorup, ne, si requisitis qualitatibus provisa individua hac restauratione ad interiorem magistratum accesserint, adeoque esto senes ac viribus fracti- utilia tamen in pertractandis negotiis, hausta multorum annorum experientia ultro praestare possent, servitia neque sui jubilationem desideraverint. Cassae civicae onus absque sufficienti ratione imponatur, per antefatum modernum dominum commissarium regium praevie opinio super eo, an iidem ob provectam aetatem suam servitia adhuc praestare possint, depromenda veniat, intuitu item fiscalis Briglevich ab officio amoveri per supradictum priorem dominum commissarium Bellossevich propositi, quod equsdem amotio pro hic et nunc adhuc disponenda haud sit sed cum is abnondum restitutum processum Franchakianum ad poenam infamiae contra Vittunszky errectum ab officio suspensus sit, haec causa Franchakiana indilate via hujatis civici magistratus exigenda atque excelso Dicasterio (ulteriori altissima resolutione circa eundem fiscalem Briglevich, qui interea ultro ab officio suspensus manebit, expost subsequutura) substernenda veniat, quod praeterea causae dehonestatoriae per Joannem Horvatich et Georgium Kraly contra Vittunszky promotae civico magistratui ea cum inviatione remissae habeantur, ut eadem in quantum actores actiones suas prosequi vellent, cursui (parti 9, appellata in salvo manente) restituantur: quod denique respectu actionis fiscalis contra Georgium Kraly ob propterviam contra investigantem commissarium regium Bellossevich testatam, sub 31a martii 1809. altissimae ordinatae, causa haec fiscalis accellerari et quo ocius terminari debeat — ac ultimo quod hac vice ad senatum et magistratualia officia nonnisi individua necessariis qualitatibus instructa et ab intergritate moralis characteris nota promovenda praecipiantur.

Erga quod benigno- gratiosum intimatum praemissa erga individua interioris magistratus et antelatum ordinarium notarium (excepto domino judice) improbatione ac praescripta adhortatione dignabatur saepetitulata Sua Magnificentia dominus commissarius regius cumprimis dominos judicem Babochay ac senatores Mlinarich et Gorup inerogare, num sui jubilationem exoptent, quibus sui ulteriorem in civicis officiis permansionem desiderantibus — quaestionem dein eadem Sua Magnificentia proposuit circa an post factam sibi per magistratum de dato 23 octobris anni curentis relationem sub numero 2do adjacentem transmissamque numero 3o declarationem Briglevichianam receptum memoratum processum Franchakianum et quia evenisset, quod non obstante reiterara cancellistae civici pro recipiendo hoc processu ad dominum Franchak exmissione talis rehaberi nequeat, ideo itaque Sua Magnificentia dominus comissarius regius dominos coassidentes substitutum capitaneum Sigismundum Bvff et juratum assessorem Josephum Shyprak activisare dignabatur, ut hodie adhuc dominum Franchak accedant, prescitam causam omnimode repetant ac horsum praesentent et nec secus ab eodem domino Franchak recedant, donec seu ipsam processum non restituerit, vel saltem scriptam ipsis super causalitate tantae detentionis, aut super eo quid nam cum hac causa cogitet, declarationem non exhibuerit.

Post haec quaerebat Sua Magnificentia dominus commissarius regius utrum domini Horvatich et Kraly processus suos ad poenam talionis adversus dominum Vittunszky praeerrectos continuare constituerint cui in responsis posteaquam datum fuisset, quod per hos reflexoriales citationes respectu harum causarum judicio jam pro subscriptione praesentatae, imo pro parte domini Kraly subscriptae habeantur, tunc tandem Sua Magnificientia dominus consiliarius et commissarius regius questionem fecit illam, in quonam cardine versetur causa fiscalis contra postreme nominatum dominum Georgium Kraly ex capite proterviae erga supra titulatum antehac operantem dominum commissarium regium Bellossevich remonstratae, ex altissima resolutione ad huc sub 31a martii 1809. ordinata. Ad quam questionem ex parte interioris senatus repositum fuit. Suae Magnificentiae, quod scopo suscitandi hujus processus fiscalis per memoratum dominum commissarium Bellossevich dominus hujus coassidens assessor Julius Dikovich in fiscalem adhuc 18am aprilis anno eodem 1809. surrogatus fuerit, interim causa hoc ne in hodiedum quidem in chaminata sit, licet ejusdem errectionem ipsemet dominus Kraly adurserit atque fine hoc instantiam quoque sub dato 4ae novembris anno praecitato 1809, ut sub numero 4o porrexerit sed et tardius de dato 19 aprilis 1811. recursum suum coram magistratu, ut sub numero 5o renovaverit, atque juristitiis aliisque beneficiis juridiciis sponte renunciaverit quinimo semet plane actorem contra morosum fiscum efficere voluerit, licet praeterea interior magistratus altissimis ordinibus obsecuturus eoque promotionem causae istius adurserit, imo mediantibus suis sub numero, 6o et 7o decisis responsabilitatem plane fisco civico ac praefato surogato fiscali Dikovich imposuerit.

Itaque nunc dicto domino surrogato fiscale Dikovich per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium ad onus responsionis attracto, idem dominus Dikovich consurgens verbaliter reposuit, semet

ratione causae istius non tantum reiteratim dominum priorem commissarium regium Bellossevich adiisse, sed et scripto etiam fine suppeditandorum ad id, ut sciret, ubinam in specie ac qualibus in motivis expositionem suam actionalem fundare possit, sibi necessariorum actorum semet ad eundem dominum magnificum commissarium Bellossevich convertisse, neque tamen adusque desiderata acta ab eodem consequi quivisse, quinimo quod negotium totum aliunde secus terminandum sit, et errectio causae istius minus necessaria evadat, in responsis accepisse, hincve evenisse, quod citra suam culpam idem processus fiscalis contra dominum Kraly necdum vel incaminatus habeatur. Ad quae prolata dignabatur Sua Magnificentia dominus actualis commissarius regius domino surrogato fiscali Dikovich injungere, ut causalitates nondum suscitatae causae hujus scripto comprehendere noverit.

Quibus praededucto modo praemissis, dignabatur tandem Sua Magnificentia dominus consiliarius ac commissarius regius praesidium tenens considentem interiorem magistratum et ellectam communitatem ad id, ut in conformitate superius provocatorum altiorum jussuum modernam restaurationem paccate, et concorditer, habitoque unice pro oculis bono publico ac emolumento civitatis hujus peragere, a quibusvis autem scissionibus ac factionibus serio abstinere velit, brevi gravi attamen sermone provocare: cui quemadmodum dominus judex Babochay accomode respondisset, atque penes reiteratam illimitatae qua interior magistratus et selecta communitas in Suam Magnificentiam omni jure feruntur, venerationis contestationem ex parte eiusdem magistratus ac communitatis, quod omnino in electione individuorum pro jurata obligatione sua scopum boni publici ac exactam altiorum ordinationum ad impletionem prae oculis habitura sit, spopondisset. Ita eadem Sua Magnificentia ipsum actum restauratiorium ab electione civium, in quantum eatenus instantiae sibi exhibitae fuisset, inchoandum censuit atque idcirco praeprimis assumpta fuit instantia spectabilis domini Antonii Lentulay, emeriti inclyti comitatus Zagrebiensis surrogati vice comitis et regiae politico fundationalis cassae hujatis perceptoris pro sui ad concivilitatem, dein autem ad assessoratum gremialem assumptione ac electione recurrentis. isthic sub numero 8o acclusa quem quidem dominum instantem tum fundamento insignium ipsius qualitatum, cum et, quod praemisso perceptoris officio alligatus ishic a portiori habitet, ad virtuali possesorio gaudeat in numerum civium cooptare non dubitavit, considens magistratus et ellecta communitas nihilominus quantum quaesitum assessoratum attinet, opinabatur eundem obstante benigno statuto regio ac ex defectu realis hic loci possessorii pro tali candidari nequire.

Dein lecta exstitit sub numero 9o instantia domini emeriti rationistae Joannis Bubanovich concivilitatem sollicitantis, qui utut motivo exhibitae erga localem magistratum temeritatis adusque ut sub numero 10o in civem juste cooptatus non fuisset, sub spe tamen quod illa, quae juramento civili adversa sunt sollicite vitaturus sit, ex respectu etiam habiti hic loci possessorii pro cive assumptus est.

Hacque ratione isti erga praescriptam pro honorarioribus 12 florenorum taxam singillative dependendam atque per cassae officium ad perceptum assumendam neo assumpti cives domini Antonius Lentulay et Joannes Bubanovich solito juarmento civili ad stricti exstiterunt.

Dominus vero Voyzkecz ob suum hic loci habitum possessorium pariter civis sub numero 11o esse volens a petito suo ex eo, quod actualiter non hic loci ast in Illyrio Gallico habitaret ac serviret sensu praeexistentium normalium altiorium remotus est.

Quibus sic conclusis Sua Magnificentia dominus commissarius regius proponendo, quam graves ac charactere conspicui, eximiisque qualitatibus praediti viri penes hanc metropoli Croatiae urbem partim in assessoratu partim autem in interiori senatu accomodari cupiant, declarare gratiose dignabatur, semet sua serie instantias caeteroquin simul cum actis restauratoriis altioribus locis transmiti demandatas, coram considente magistratu et ellecta communitate assumi ac per legi curaturum et ideo desiderare, ut si quae legales contra aliquem e re currentibus accomodationem quaerentibus subversantur reflexiones tales tute ac sincere per quemlibet conssidentem dominum magistratualem aut assessorem ante adhuc seccuturam candidationem in medium proferantur, cum sibi alioquin alter scopus non sit, quam ut hac restauratione altissima menti caesareo regiae ac altioribus excelsorum dicasteriorum ordinationibus ac normativis penes hocce peculium regium vigentibus resolutionibus et asse satisfiat.

Unde idmodi instantiis reapse etiam assumptis existentibus; et quidem

1o Spectabilis domini substituti vicecomitis Ladislai Blasekovich sub numero 12o.

2o Spectabilis domini Nicolai Zdenczay Ven. capituli Zagrabiensis comitis curialis sub numert 13o.

3o Spectabilis domini Stanislai Chegetek, inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarii judicis nobilium sub numero 14o.

4o Spectabilis domini Antonii Praunsperger, prolaudati inclyti comitatus Zagrabiensis ordinarii fiscalis sub numero 15o.

5o Spectabilis domini Bernardi Raizner, ejusdem inclyti Comitatus exactoris sub numero 16o.

6o Domini Regni archivarii Joannis Zernchich sub numero 17o.

7o Domini vice judicis Ladislai Jakopovich sub numero 18o.

8o Domini aeque vice judicis nobilium Ioannis Kerchelich sub numero 19o.

9o Domini medici Leopoldi Pluszkal sub numero 20o.

10o Domini Antonii Philipovich emeriti insurrectionalis militiae Croaticae capitanei sub numero 21o.

11o Domini contra agentis hujatis Ignatii Kavich sub numero 22o et

12o Domini chyrurgiae et rei veterinariae ac obstetriceae magistri, artis vero oculysticae medici Antoni Mallisher sub numero 23o — relate ad hos omnes 12 dominos instantes quin per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium pro competente sibi candidationis activitate — realiter candidari possint, nulla plane obmota exstitit reflexio — intuitu autem instantiae 13ae per dominum vice judicem nobilium Franciscum Czvetkovich sub numero 24o exhibitae, opinabatur magistratus et communitas potioritate votorum, quod iste dominus recurrens vetante statuto regio propter defectum realis sui hic loci possessori candidari nequeat.

Reflexe porro ad recursum 14um domini Bartholomei Mattachich, qui praeprimis pro assessoratu, hoc autem obtento, etiam pro aliis interioris senatus officiis sub numero 25o instat aeque nulla intercendente reflexione.

Lecta dein fuit instantia 15a domini actu servientis surrogati vicenotarii hujatis Josephi Kovachich sub numero 26o id petentis quatenus obtenta sui a nexu affinitatis quo cum domino assessore gremiali Francisco Skarecz per sororem suam jungitur juxta attestatum domini fiscalis Emerici Kukovich recentius Vienna redeuntis et de positivo scitu, ac ex ore respectivi illustrissimi domini referentis atestationem praebentis sub numero 2do recursui adnexum altissima dispensatione cum primis pro statione assessorali hac vero accepta pro interioris quoque magistratus officiis vacantibus candidatur. Erga quod supplicantis postulatum non deerant acquidem complures, qui stante fide digno praetitulati domini Emerici Kukovich testimonio ac praescita dispensatione ab expeditione duntaxat pendente,eundem qua actualiter et rite servientem omnino candidari posse arbitrabantur, niholominus tamen alii, sed et ipsemet magnificus dominus commissarius regius merita illius omnino recognoscens adinveniebat, attestatum domini Kukovich esto nulli prorsus crisi obnoxium non posse ipsi altiori resolutioni aequiparari, qua non habita utique observari oportet resolutionem normativam illam, qua mediante subversans affinitatis nexus supplicanti pro reali impedimento opponitur.

Hoc superato dignabatur postea Sua Magnificentia dominus commissarius regius praesentare instantiam 16am et 17am dominorum gremialium vicenotariorum Joannis Kukovich sub numero 27o, Joannis Czappan sub numero 28o isthic adlateratam, cum eo, quod posterius nominatus dominus Czappan tam per Suam Excellentiam dominum comitem banum a Gyulay, quam et per Suam Illustritatem dominum vicebanum ac inclyti Comitatus hujus Zagrabiensis supremum comitem Donatum Lukavszky, nec non magnificum dominum Regni protonotarium Kussevich sibi pro eo, ut in hac civitate ultro promoveretur specialiter comendatus habeatur.

Ad hanc factam Suae Magnificentiae domini commissarii regii respectu domini Czappan declarationem memoratus dominus Joannes Kukovich, e sede sua assessorali consurgens debita cum modestia proponebat, sibi in corellatione cum antellato domino Czappan provocatas praetitulatorum magnorum virorum speciales recomendationes abesse nequire, cum tantos viros propter minoris considerationis civica officia molestare sibi nec inciderit et alioquin gravibus attestatis provisus haud dubitet, quin se iidem quoque summi characteris viri certo certius comendaturi fuissent, si illos hoc scopo interpellare sustinuisset, interim quod petat merita ab utrinque instantionetemus (!) inallegata ad rectam bilancam poni suamque instantiam per extensum legi.

Sua Magnificentia dominus commissarius regius precibus his, uti et pari domini Czappan semet personaliter etiam hac vice nunc titulatae Suae Magnificentiae magistratuique ac ellectae communitati enixe recommendantis postulato deferre gratiose volens, eorundem praeadvolutos

sub numero 27o et 28o recursus publice praelegi iussit: ac utroque recursu cum acclusis praelecto, ab utrinque ponderosa merita doceri recognitum est.

Interim quia jam tardius post meridiem fuisset, Sua Magnificentia dominus commissarius regius hodierna sessioni finem imposuit atque consessum continuative in crastinae diei horam nonam matutinam praefixit.

Sessio 2da

Juxta factum heri per magnificum dominum consiliarium et commissarium regium Joannem Chachkovich dispositionem comparuit hodie 19 novembris 1812. in curia civica ad sessionem interior magistratus et ellecta communitas hora nona matutina atque Sua Magnificentia dominus commissarius regius praesidium capiens assumendam proponere dignabatur instantiam Josephi Martinich sibi concivilitatem denuo conferri petentis, hicce sub numero 29 ad volutam: qua lecta idem hoc adhuc vice, subque conditione, ut vitam regulis recti civis consonam omnimode ducat, et de hinc ab omni vel minimo excessu abstineat, albo civium erga taxam 12 florenorum cassae inferendam adscriptus est, alioquin, si vel in minimo a recto tramite recedere dehinc praesumpserit priorem ejectionis sui ex concivilitate sortem, ipso facto praetermissis quibusvis formalitatibus experturus.

Sivchich autem Joannes ad concivilitatem sub numero 30o adspirans, in conformitate magistratualis de dato 22o septembris anni currentis pronunciali et isthic sub numero 31o exhibiti decisi, eatenus ultro ad patientiam inviatus est.

Deinde vero Sua Magnificentia dominus commissarius regius adaperuit considenti magistratui et ellectae communitati, sibi per dominum hujatem assessorem Joannem Bradicza relatum haberi, quod domina vidua Földessiana, qua socera spectabilis domini Antonii Lentulay cujus instantia in hesterno consessu ad numerum 8um respectu quaesiti penes civitatem hanc assessoratus assumebatur, declaraverit, semet scopo nunc fati domini generi sui reali quoque possessorio providendi ac talliter diluendae quae candidationi obstare superius attingebatur, difficultatis, eidem domino genero suo domum suam muratam isthic in Illicza habitam cedere interim quia quaestionatae domus translatio, ac devolutio ejusdem proprietatis in dominum Lentulay adremovendum obicem non secus, quam medio realis praescripta forma celebrandae fassionis realisaretur, ac pro sufficienti haberi quiret, alioquin autem et ipsa haec domus virtute benignae resolutionis regiae sub 3a februarii 1809. numero 1074 expeditae ac penes hujatem magistratum sub 21 februarii anno eodem 1809. inactatae sub sequestro constitueretur opinionem erga supra allatum recursum Lentulayanum depromptam nondum alterari posse praenotatum est.

Post haec Sua Magnificentia dominus commissarius regius de eo solicitus, ut praesens restauratio numeris omnibus absoluta evadat, neve ocasione hac a scopo altiorum praeexistentium inviationum aut normalium in puncto restaurationum, emanatorum ordinum ullatenus devictura jussit, ipsam normam qualiter celebrandorum actuum restauratoriorum isthic in quantum per tardiores gratiosas dicasteriales resolutiones modificata haud fuisset ab antiquo observatam sub numero 32.

republicari, atque explanari: qua etiam republicata ac explanata quoniam tenore ejusdem, statuta quoque civitatis hujus perlegenda disponerentur, talia autem et ante inchoatam restaurationem pro stricto observamine in memoriam revocare expediret. Hinc ergo et haec ac in specie fundamentales constitutiones peculium isthoc regium respicientes ac de anno 1609. per gloriosissimae memoriae regem Mathiam ut sub numero 33o confirmatae — Croatico idiomate relectae sunt: erga quarum constitutionum signanter positionem illam, quae de qualitatibus 12 senatorum ex qualificatioribus ac potentioribus individuis delingendorum sonat, tam per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium quam et per interiorem ac exteriorem magistratum unanimiter observabatur, quod utut subinde numerus senatorum penescivitatem hanc restrictus haberetur spectata tamen moderna et ipsus urbis amplitudine et adaucta impopulatione atque non solum ideo sed propter mutatas quoque civitatis istius circumstantias ad extremam vastitatem excrescentibus in omni manipulationis publicae ramo negotiis omnino necessum sit, ut modernus a proportione laborum nimis exiguus status personalis aliqua in partitam in interiori senatu, quam et in ellecta communitate ac cumprimis etiam in officio notariatus velut occupatissimo ad praepediendam secus in evitabiliter sequi debentem officiosae pertractationis remoram augeatur de quo tamen, uti et de meliori servientium hic loci civicorum officialium dotatione ac salarisatione eatenusque faciendis necessariis passibus siquidem uberiora consilia ad quae tempus hodiernae sessionis minus suffecturum praevideretur, ineunda requirerentur, quaestio in sufficientius tempus dilata est.

Ac proinde lectione constitutionum harum continuata ubi ad positionem de pauperibus ac pupillis deventum differentem fuisset, Sua Magnificentia dominus commissarius regius, esto de rectiori rei pupillaris penes peculium hoc regium vigente manipulatione nihil ampigens vividissimis attamen ac ponderosissimis argumentis suadebat majorem in modum, ut ex ipso humanitatis impulsu, ac ex debita erga orbatam parentibus sobolem compassione negotia pupillaria cum omni possibili exactitudine atque accuratia tranctentur ac praeexistentes eatenus secus altiores ordinationes intenso cum conato effectuentur et ad amussim observentur.

Non absimilter ea, quae in specie circa limitationis ac ponderis exactam observantiam munditiem item civitatis nec non rem rationariam seu in ipsis his constitutionibus commemorantur seu etiam secus praescripta sunt, pariter pressis verbis inculcare ac commendare hac occasione non intermisit antetitulata Sua Magnificentia dominus commissarius regius provocanda interiorem magistratum ac ellectam communitatem, ut reliquis etiam intus contentis dispositionibus ac in nexu earundem successivis temporibus emanatis et pro renata intimatis altioribus ordinationibus in ordine quoque ad qualia et qualiter eligenda pro officiis ac servitiis publicis individua sese conformet.

Postea republicatum erat statutum civitatis hujus sub numero 34o de cohibenda civium emigratione, tollendoque abusu cum jure concivilitatis usurpari solito conditum atque altissima authoritate regia ratihabitum ac via excelsi Consili Croatici sub 12 iulii 1777o transmissum.

Non secus relegebantur bina gratiosa excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae ad actum restaurationis spectantia intimata, unum sub numero 35o adjacens et de magistratu civili in atributa sibi (ubi absque interventu commissarii regii cui secus caeteroquin juxta normam superius sub numero 32o attactam candidatio competit, restauratio peragitur) idonea subjecta candidandi et comunitati pro electione proponendi activitate manutenenda de dato llae aprilis 1765. exaratum, et aliud sub numero 36o de votisatione sub secreto, ac medio globulorum instituenda de dato 15ae novembris 1765. dimissum.

Ac demum ut in preaesenti restauratione omne partium studium seponatur atque in votisatione eo accuratius justitia ac aequanimitas observetur, et meritorum bonique publici reflexio habeatur, ex dispositione Suae Magnificentiae domini commissarii regii una fidelia ipsa quoque formula juramenti quo videlicet, quilibet ex hic coassidentibus et hac restauratione votisaturis, praesertim quoad qualiter ac cui dandum votum obstrictus est, sub numero 37 publice relecta exstitit.

Quibus praemissis ac relatione terminata in consequentiam acceptae sub hesterno incumbentiae retulerunt sub numero 38o domini exmissi substitutus capitaneus Byff et juratus assessor Shyprak, qualiter iidem dominum Franciscum Franchak fine recipiendi apud eundem existentis processus contra dominum Michaelem Vittunszky ad poenam infamiae suscitati adiverint, neque tamen seu processum hunc seu vero scriptam declarationem ab eodem obtinere potuerint, quin potius idem id duntaxat verbaliter ipsis reposuerit, quod quam primum benigna resolutio regia virtute cujus processus istius extradatio demendatur, secum comunicata fuerit, circumstantialem declarationem dare velit. Erga quam praefatorum dominorum exmissorum relationem Sua Magnificentia dominus commissarius regius observans, in hoc passu, nihil, nisi nudum domini Franchak stratagema latere et quadamtenus musionem(!) altissimis dispositinibus propinari dignabatur, mox tam benignam resolutionem regiam eatenus ad considentem magistratum dimissam, quam judex Babochay sibi eatenus adusque etiam quaerellas contra supplicantem propositas fuisse refferet idem ductu quoque magistratualis 5a junii anni currentis ad numerum protocolarem 1249 interventi ratione quaesitae concivilitatis ad privilegialem divi Blasii anni futuri terminum, dum quippe ordinarie cives quolibet anno assumi solent, relegatus est: quo privilegiali termino, si illucusque semet decenter ac condigne gesserit, in civem illa sub cautella cooptabitur, quod casu quod is in qualitate civis existens in novos indignos prolabi, ac aliquid indecentis inminimo commitere attentaret aut cujuscunque famulitium aliquatenus depravare comperiretur, mox et ipso facto citra quaspiam formalitates e serie civium delendus sit.

Expost lecta erat sub numero 41o declaratio domini substituti capitanei Byff in eo data, quod dominus Joannes Czappan superius sub numero 28o assessoratum, senatoratum et capitaneatum, antelans praesertim pro posterioribus magistratualibus officiis ex defectu sufficientis possessorii ac propriae domus candidair nequeat, at quam declarationem reponebatur quod licet sensu constitutionum civitatis hujus in sessione 2a sub numero 39o acclusarum ad sedes senatorales viri praeter alias requisitas qualitates, etiam facultatibus praediti admovendi

praeciperentur nuspiam tamen ibi insinuetur, quod recte et in specie domus ad consequenda interioris magistratus munia requiratur. Quam quidem domum utut dominus Czappan non haberet, possideret tamen unam terram arabirem ad 2 1/2 jugera extensam quae utique reale et immobile possessorium prout constituit, ita idem dominus Czappan sub obtutu defectus possessorii a candidatione arceri nequiret.

Postea assumebatur officiosa dominorum exmissorum substituti capitanei Byff et assessoris Josephi Shyprak relatio ad exigentiam heri in sessione 2a obtentae a Sua Magnificentia domino commissario regio incumbentiae, intuitu qualiter exacti a domino Franchak processus ad poenam infamiae contra dominum Vittunzky errecti, sub numero 42o praestita, qua lecta, et originalibus resolutionibus per dominos exmissos restitutis constituit in conformitae depromptae in ipsa relatione opinionis Sua Magnificentia dominus commissarius regius et tantisper ab effatu datae per dominum Franchak de reddendo hoc processu sponsionis expectetur. Caeterum missilibus litteris Francisko Franchakianis de 9a martii 1809. quas dominus ab officio suspensus fiscalis Stephanus Briglevich pro sui legitimatione, quod nempe dictum processum non nisi erga requisitionem Franchakianam qua actoris eidem tradiderit, isthic in origine remonstravit, hicce in authentica copia sub numero 43o inactari dispositis.

Tandem autem Sua Magnificentia dominus commissarius ac consiliarius regius commemorare gratiose dignabatur, quod dominus praeexistens senator et capitaneus Georgius Kraly praehabitam sedem assessoralem ultro retinere, ac etiam pro statione fisci aut aliis subalternis assessorum servitiis hac restauratione candidari cupiat, huncque in finem sibi instantiam ist hic sub numero 44o attactam exhibuerit.

Eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius delatae sibi ab altissimo loco activitatis optime memor, dum instantiam hanc in praesenti consessu cum considente magistratu et electa communitate communicat, declaravit nole se, ut magistratus hic et communitas comunicationem hanc eo fors sensu intelligat, quasi Sua Magnificentia decisionem instantiae hujus magistratui ac communitati deferret, cum haec circa petitum instantionale decisio, habita caeteroquin circa supplicantem hunc superius in primordio publicata resolutione immediate ad sphaeram authoritatis suae qua benigne delegati commissarii regii pertineat: ast unicam sibi communicati cum magistratu et ellecta communitate recursus Kralyani rationem illam esse ut sensa atque oppinionem magistratus et ellectae communitatis respectu recursus hujus experiatur quam benigno gratiosum excelsi Consilii regii locumtenentialis ad se expeditum intimatum in origine erga futuram restitutionem iisdem dominis exmissis fine eo immanare, quo de his repetitum dominum Franchak edocere, ac dein desideratum processum efficaliter non tantum exigere verum et pro casu ulterioris ejusdem denegationis, assumptis secum fabro serario, castelano item civico, at 4or panduronibus ipsius armaria, ut repositoria scriptorum aperiri facere, processum ipsemet perquirere atque adinventum horsum referre noverint, ad casum si semet dominus Franchak ipsis opponere aut receptioni processus hujus violenter resistere praesumeret, ejusdem alioquin dubio nobilitatis et ideo processum nobilitatis legitimatorium sustinentis personam horsum ad domum civicam deduci procuratori.

Qui domini exmissi ad effectuandorum effectuationum actutum procedere jussi, ac paulo post ad sessionem ex functione sua reduces per Suam Magnificentiam inviati gratiose sunt, ut suam relationem in crastina sessione scripto praesent. His vero actis hodierni (!) sessioni finis impositus est.

Sessio 3a

Hodiernae diei 20 novembris 1812o in domo praetoreo senatorea sub praesidio magnifici domini consiliarii et comissarii regii Joannis Chachkovich celebratae sessionis initium fecit nobilis Mathias Czvetkovich, civis et nodularius gremialis, suimet ad conclave sessionale imissionem implorans: qui posteaquam ex gratioso Suae Magnificentiae domini commissarii regii indultu ad praesentem consessum intrare admissus fuisset, praesentavit instantiam suam hicce sub numero 39o adnexam, tenore cujus dominum filium suum Czvetkovich Franciscum inclyti Comitatus Zagrabiensis viceiudicem nobilium pro conferendo ipsi una assessorali vacantia humillime comendat, ac una declarat, semet eidem filio suo diversorium suum penes viam regiam ad fluvium Savum ducentem existens cum ibi adjacentibus tenutis fateri, pro ut et reipsa vivae vocis suae oraculo, sponteque, libere ac benevole passus est ea ratione, quod memoratum diversorium suum cum adnexis tenutis (cui quidem diversorio ac tenutis ab oriente terra beneficialis parochialis, a meridie via et trans hanc terennum Kokolichianum, ante hanc Haremuztekianum, ab occasu ac trans hanc respective comune pascetum civitatis Tratina dictum et respectiva via regia versus fluvium Savum tendens, a septemtrione demum respective nunc fata via regia respective autem terra aeque beneficialis parochialis tanquam metae proxima et immediata vicinitate junguntur et terminantur jungive et terminari perhibentur) in sortem divisionalis ratae mentionato domino filio suo post fatentis ex hac vita decessum obventurae imputandum, ipsi ipsiusque haeredibus ac posteritatibus sexus utriusque jure perpetuo ac irrevocabili cedat, atque resignet proque cesso ac resignato coram figura considentis magistratus ac totius ellectae communitatis declaret, nihil juris aut proprietatis pro se peramplius reservando, cujus modi fassione erga praeces praefati fatentis acceptari ac isthic praenotari non difficultata coalitum est, ut si ante nominatus fassionarius dominus Franciscus Czvetkovich subinde super hac sponte coram considente magistratu et ellecta communitate facta patris suae Matiae Czvetkovich fassione testimonium habere desideraverit, eidem omnino litterae fassionales in forma solemni expediantur. Qua perennali cessione et fassione interveniente, quando quidem defectus realis possessorii, qui praenuncupati domini Francisci Czvetkovich in sessione la sub numero 24o pro assessoratu recurentis candidationi obstabat, cassasset, a gratioso Suae Magnificentiae domini commissarii regii nutu pendebit, an idem inter caeteros numerosos instantes futuram candidationem intraturus sit.

Tum assumebatur sub numero 40a instantia Petri Kipchich fine obtinendae civilitatis porrecta: contra quem quia isthic publice quod famulitium seducat, per dominum assessorem Zavodzky quaerimonia proponeretur, sed et dominus judex et ideo ex dispositione Suae Magnificentiae tam praementionato domino Kraly quam et domino perceptore Michaele Vittunszky ad hesternam et hodiernam sessionem, quan-

tumvis qua reddendis rationibus obnoxius ex normativa benigna resolutione regia voto et sede careret, comparente et siquidem non nisi nunc de praeliminaribus quoad celebrandam hac vice magistratualem restaurationem perageretur, per praelaudatam Suam Magnificientiam tollerato, recedentibus, iussit eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius praeprimis illum praeviae benignae resolutionis regiae via excelsi Consilii regii locumtenentialis sub 25a augusti anni currentis numero 21430a intimatae paragraphum publiace religi, qui de reccurente domino Kraly nec non de Joanne Horvatich ad senatoratus, capitaneatus et respective consulatus officia occasione postremae magistratualis 4a aprilis 1808. celebratae restaurationis obtenta amplius non admovendis diserit, hocque relecto dein ipsam praeprovocatam sub numero 44a instantiam Georgio Kralianam simul cum suis acclusis praelegi mandavit, qua praelecta viritim opinionem super eo depromi fecit, an stante, ac salvo nunccitate altissimae resolutionis regiae sensu petitioni supplicantis deferri atque idem dominus Kraly postrema restauratione civica in quantum is in senatorem et capitaneum candidatus ac electus exstitisset, clementer haud probata, praehibitam ante hanc restaurationem sedem suam assessoralem reservare possit, nec ne.

Et erat reipsa potioritas pro eo quod salvo praelaudatae benignae resolutionis regiae intellectu recurrens dominus Kraly assessoratum retinere valeat, sequentibus inter reliqua opinionem suam suffulciens argumentis:

a) quod idem anno adhuc 1807. in assessorem creatus in continuis annum 1808. restaurationibus per Suam Majestatem sacratissimam clementissime qua assessor confirmatus fuerit, sed neque anno 1808. ex incidenti quaerimoniae Vittunszkyanae assessoratus Kralyanus sub quaestionem reciderit, ast illa duntaxat in excelsis dicasteriis dificultas oborta fuerit, quod fundamento acceptae in causa sua fraudis et doli passiva per Georgium Horvath suscitata coram inclyta Sede tavernicali actionis et actoratus stabilitoriae sententiae in restauratione ejusdem anni 1808. pro senatore et capitaneo valide candidari ac eligi nequiverit; et inde

b) nec virtute praecitatae benignae resolutionis regiae assessoratus ipsi negetur, verum pure pute de eodem ad senatoratum ac capitaneatum non admovendo benigne disponatur; et

c) quod omnis actus restauratorius per magistratum et communitatem vi benigni mandati restauratorii provisorie saltem et usque futuram altissimam ratificationem regiam peragi soleat, consequenter quemadmodum nullus actus restauratorius usque ellargitam altissimam ratihabitionem regiam pro plane consumato haberi quiret: ita suapte consequatur, quod hic loci obtingens supplicanti domino Kraly senatoratus et capitaneatus tunc primum ipsi stabiliter competisset, si qua talis altissima authoritate confirmatus fuisset interim clementissima eatenus confirmatione non secuta res respectu ipsius redeat, redireque debeat ad statum priorem in quo ante quaestionatam anni 1808. restaurationem preafuit, nempe illum quod eundem dominum Kraly ex officio senatorali et capitaneali ad praehabitam stationem assessoralem recedere oporteat, tanto magis, siquidem poenalia, alioquin strictissimae forent interpraetationis.

Alii autem e converso, qui dominum instantem Kraly assessoratum retinere non posse sustinebant, potissimum sic sunt argumentati, quod quantumvis eundem pro bene merito de civitate hac ultro agnoscant, atque in statione assessorali pro possibili manutentum esse exoptent, postulato interim illius id obstare videatur, quod facta ipsiusque pro officio senatorali et capitaneali electione, idem semet assessoratu suapte abdicavisse censeatur, ac ex inde statio ejusdem assessoralis alteri novo electo assessori collata consequenter, jam redintegrata habeatur, atque ex eo, quia dominus supplicans in senatoratu et capitaneatu benigne stabilitus non esset, causa illius alter constitutus assessor puniri nequeat, sed et hoc ipsi altefatae altissimae resolutionis regiae repugnaret, siquidem restauratio anni 1808. reflexe ad reliqua electa individua altissime approbata esse per expressum intimetur.

Cognitis opinionibus his, ac argumentis pro et contra adductis uberius auditis, dignabatur Sua Magnificentia dominus commissarius regius gratiose declarare, sese tutiorem viam amplexurum ac admissurum, ut praevia motiva per praesens protocolum altiori excelsorum dicasteriorum obtuti substernatur, interim ejusdem domini Kraly postulato semet, qua delegatum commissarium regium sua antefatae circa dominos Kraly et Horvatich emanatae altissimae resolutionis regiae interpretatione deferre non posse, verum stationem illius assessoralem pro hic et nunc omnino pro vacante adinvenire. Caeterum tamen cum unanimem utriusque magistratus erga dominum supplicantem Kraly propensionem inde quoque observaret, quod uno ore omnes, et singuli tam ex interiori senatu quam et ex ellecta communitate suam, qua fungentis commissarii regii interpositionem pro eo, ut idem adminus pro futuro penes peculium hoc regium in quo reipsa bene meruit, accomodari valeat, implorassent, eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius propriam quoque suam de bonis instantis Kraly qualitatibus dexteritate item, ac habilitate nec non locatis civitati huic meritis notitiam subjungendo — gratiose spondere dignabatur, sibi viri hujus sortem cordi futuram ac sinceros suos vices aput Suam Majestatem sacratissimam suis viis semet omnino humillime interpositorum, ut supplicans Kraly civitati isti, de qua pluribus titulis bene meruit, restituatur. Quibus terminatis, ac hicce inactari ordinatis Sua Magnificentia sessionem solvit, ac reliquorum objectorum pertractationem ad crastinam sessionem distulit.

Sessio 4a

Ex incidenti quod complura intervenissent urgentia officiosa objecta alia, quae in ordinaria interioris senatus sessione assumi videbantur debere, Sua Magnificentia dominus consiliarius et commissarius regius Joannes Chachkovich currentium penes hanc civitatem negotiorum accumulationem admittere nollens, hodie seu 21 novembris 1812. nonnisi sequentia cum moderno actu restauratorio nexum habentia assumi et isthic improtoculari demandavit.

Unum erat illud, utrum Stephanus Briglevich gremialis assessor, ac una ordinarius civitatis hujus fiscalis motivo ex eo, quod is ob nondum restitutum processum Franchakiano Vittunszkyanum virtute benigno gratiosi excelsi Consilii regii locumtenentialis de dato 25ae augusti anni

currentis numero 21430o dimissi ac coram considente hoc magistratu et ellecta communitate superius in sessione 1a publicati intimati ab officio suspendus sit, utroque pro suspenso declaretur, a voto et sede sua assessorali hac restauratione arcendus veniat, nec ne.

Ad hanc quaestionem rite elucubrandam recedente e consessu domino Briglevich relegebatur in hac parte praecitatum benigno gratiosum excelsi Consilii antimatum, praeterea autem combinabatur tenores benigni decreti aulici circa eundem Briglevich de dato 31ae martii 1809. numero 3237 hocdum exarati, et isthic sub numero 45o extractive adlaterati.

Et quia exhinc clare deduceretur, quod haec domini Briglevich ab officio suspensio unice propter antelatum processum Franchakiano Vittunszkianum qui cum ipsius assessoratu in nulla prorsus corellatione stat, altissime disposita fuerit, ac inde per praeexistentem quoque magnificum dominum commissarium regium Bellossevich loco dicti Briglevich — dominus Julius Dikovich pure pute et unice in civitatis fiscales absque ulla circa assessoratum interjecta mentione suffectus exstiterit. Accederet praeterea, quod commemorata, in praecitato benigno decreto aulico benigno Briglevich a salario, quod caeteroquin duntaxat qua fiscalis habebat suspensio etiam ad assessoratum velut cum quopiam salario haud connexum, extendi nec possit: pro inde tum ideo, cum quod dominus Briglevich in hesterno consessu sese in possessorio narrati processus jam a 9a martii 1809. adeoque ante adhuc tempus emanatae sui ab officio et salario suspensoriae altissimae sub numero 45o resolutionis neque constituti, ad numerum 43 legitimasset, atque eapropter seriae dispositiones respectu causae hujus jam non contra dominum Briglevich tanquam in casu culpae amplius non constitutum, ast immediate contra ipsum actorem Franchak qua temerarium ejusdem processus detentorem superius directae haberentur. Considens magistratus et ellecta communitas demmisse opinabatur, eidem domino Briglevich sedem assessoralem (salva eatenus altiori Suae Magnificentiae domino commissario regio competente determinatione) in sensu etiam praeprovocatorum benignorum ordinum denegari nequire.

Cui magistratus et ellectae communitatis opinioni suae quoque Magnificentiae domini commissarii regii conformi sententia accedente, mentionatus dominus Briglevich sedem suam assessoralem quae alioquin longe disparem a fiscalatus civici officio cathegoriam subit, hac restauratione ultro occupaturus est.

Alterum autem objectum constituerunt binae instantiae domini cassae perceptoris Michaelis Vittunszky, isthic sub numero 46o et 47o adjacentes, quarum priori petit, per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium effici, quo is hac restauratione senatorale subsellium assequi valeat: posteriori autem praeattactum petitum suum renovando exponit, sibi relatum esse, quod jam in prima incoatae hujus restaurationis sessione conclusum sit, nec candidationem pro expetito senatorali officio admitti posse, licet processus contra se per privatos errecti cum servitio publicam nec nexum haberent, dominus praeterea Briglevich advocatus Franchakianus esset, et esto usque restitutionem processus Franchakiani ab officio ac salario suspensus, nihilominus tamen in communitate sederet, ac contra instantem vota licite dirigeret.

Quibus utriusque ordinis instantiis per extensum simul cum cohaerentibus adnexis perlectis, per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium tam ipse supplicans dominus Vittunszky, quam et praefatus dominus Briglevich velut contra superius instantionaliter exceptio formabatur, e sessione recedere jussi sunt, iis vero recedentibus interior magistratus, ac ellecta communitas provocabatur, ut, cum domini recurrentis ad subsellium senatorale desiderato promotio alioquin citra normaliter praescriptam candidationem, et fiendam medio globulorum votisationem, ac ellectionem procurari nequiret, sinceram depromant opinionem, an idem dominus instans Vittunszky pro statione senatorali hac restauratione candidari valeat, nec ne.

Ad quam quaestionem (judicio Suae Magnificentiae domini commissarii regii alioquin salvo praemanente) ex parte magistratus et communitatis responsum exstitit, merita quidem per dominum supplicantem Vittunszky ad numerum 48um in allegata illa ipsa esse, quae idem in sua denuntiatione contra priorem anno 1808. celebratam restaurationem Augusto Throno proposita et per supperius publicatum excelsi Consilii regii locumtenentialis Hungarici benigno gratiosum intimatum finaliter superata in medium adduxit, ac ita omnino comparata esse, ut ipsius comendationi subserviant, interim tamen sibi videri, quod partim ex ratione imputatarum sub numero 48o recurrenti domino Vittunszky imposturarum ac malversationum, nec non perfidae cassarum publicarum manipulationis, hincque medio benigni decreti aulici de dato 4ae februarii 1809. numero 1963o horsum expediti, altissima authoritate via camerali ordinatae, et nondum terminatae investigationis, partem autem propter criminalem. Quem ex capite patratarum in officio post extradata sub numero 46o instantionaliter producta magistratualia atestata actore fisco magistratuali sustinet, quive licet ab altissimo loco tantisper suspensus, nondum tamen seu cassatus, seu autem cum absolutione Vittunszkyana judicialiter terminatus ast, processum idem dominus recurrens actu pro quopiam officio candidari nequaquam possit. Quam opinionem fundatam agnoscens Sua Magnificentia dominus commissarius regius supplicantem Vittunszky pro nunc ipsa etiam candidatione excludendum conclusit, et isthic praenotari fecit, tanto magis, quod argumenta ipsius quasierrecti per privatos et factum honoris gravius afficientes processus nec candidationi illius obesse, sed nec cum publico officio nexum habere possent, in posteriori recursu attacta per absolutum non subsistant, siquidem neque domini Horvatich et Kraly unquam actionem publicam sustinuissent, et tamen prior propter servitia in privato domino infideliter gesta, posterior autem ob sequelas privatae contra se ex fraude et dolo per Georgium Horvat suscitatae actionis ad obtenta, hic loci publica munia non admitterentur.

Quo sic supperato curavit Sua Magnficentia dominus commissarius regius repetitum dominum Vittunszky ad consessum accersiri et quoniam in posteriori ad numerum 47um sua instantia exposuisset, quasi illius anterior sub numero 46o recursus die 18a labentium inservata 1a sessione palam perlectum et jam hunc quod ad candidationem admitti non possit, conclusum exstitisset, dignabatur eadem Sua Magnificentia hanc erroneam et insuficientem expositionem ipsi ob oculos ponere qui sese id ex nullo ex hic assidentibus interioribus magistratus aut ellectae com

munitatis commembris percepisse sed secus saltem audivisse fassus sinistram praeviam expositionem suam sibi ignosci petiit, ac una rogavit, ut cum rationes suas omnes usque ultimam octobris anni currentis jam praestitisset, sibi in communitate sedes indulgeretur, verum tamen postulato ejus ex eo, quod ductu altiorum resolutionum ac continui usus qua actualiter dandis rationibus, obnoxius voto ac sede ishic careat, satisfactum non est. Affutura sessione in postcrastinae diei horam 10am matutinam per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium praestituta existente.

Sessio 5a

In hodierna sessione die 23a novembris 1812 sub praesidio magnifici domini consiliarii ac commissarii regii Joannis Chackovich celebrata, sequentes instantiae assumebantur.

a) Domini advocati Caspari Ivanosich pro sui pro assessorali et aliis penes civitatem hanc officiis candidatione sub numero 49 recurrentis.

b) Domini fiscalis Danielis Babok sub numero 50o assessoratum et pro re enata fiscalatum civitatis quaerentis.

c) Domini fiscalis Thadei Ferich sub numero 51o in assessorem deligi cupientis.

d) Domini causarum advocati Michaelis Stivalich sub numero 52o semet in exteriori et interiori magistratu accomodari patentis.

e) Domini Michaelis Kaizer moderni fisci sub numero 53o senatum ingredi desiderantis.

f) Domini Josephi Chernich assessoris sub numero 54o senatoris stationem sollicitantis.

g) Domini hujatis assessoris Joannis Bradicza pro officio senatorali ac consulari sub numero 55o supplicantis.

h) Domini itidem assessoris gremialis Joannis Frankovich sese pro sede senatorali sub numero 56o commendantis.

i) Domini aeque assessoris Stephani Derchich sub numero 57o ad interiorem senatum aspirantis.

k) Domini pariter assessoris Francisci Skarecz sub numero 58o candidationem hac occasione ingredi optantis: et

l) Domini Joannis Steinperger sub numero 59o pro sui intuitu sedis assessoralis candidatione instantis.

Relate ad quos omnes praenominatos instantes, ut praesenti restauratione, pro respectivis vacantibus stationibus candidari possint, ex parte considentis magistratus et ellectae communitatis nula intercurrit reflexio, altiori Suae Magnificentiae domini commissarii regii, cui ex eminentia dignitatis candidare competit, activitate caeteroquin salva et illaesa permanente.

Quantum vero concernit dominum causarum advocatum Nicolaum Vallichich sub numero 60o pro assessoratu recurrentem, cum is recentissime in civem assumptus nondum pro bene merito de civitate hac haberi querit, eundem ad candidationem haud admittendum censebat considens magistratus et electa communitas pro uti et domini fiscales Franciscus Kossutich et Aloisius Byff sub numero 61, 62o supplicantes, ille quidem ob suam cum gremiali domini assessore Bradicza affinitatem, iste vero propter domini genitoris sui Sigismundi Byff in interigri senatu

existentiam, obstante restaurationum norma sub numero 32o in sessione 2da inactata candidari nequirent, sessioni hodiernae his conclusis fine imposito.

Sessio 6a

Anno 1812o die 24a novembris Zagrabiae in domo praetoreo senatorea sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich Suae caesarae et regio appostolicae Majestatis consiliarii ac excelsae in in regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Tabulae Banalis assessoris, qua benigne delegati commissarii regii, servabatur sessio 6a occasione cujus pro licito faciendis si quae ex parte considentis magistrus et ellectae communitatis contra infranominatorum recurrentium candidationem occurrunt reflexionibus ac depromenda opinione sequentes legebantur instantiae; utpote

1o Domini scholarum nationalium inspectoris Thomae Koschak sub numero 63o pro assessoratu porrecta:

2o Domini professoris Antonii Shufflay sub numero 64o fine obtinendi assessoratus ac pro re nata stationis fisci aut pupillorum curatoribus praesentata.

3o Domini aeque professoris Thomae Chuchich sub numero 65o assessoratum consequi desiderantis.

4o Domini professoris Nicolai Czernkovich sub numero 66o semet pro assessore proponi petentis.

5o Domini itidem professoris Petri Klemenich sui pro assessoratu candidationem sub numero 67o orantis.

6o Domini Joannis Gerich ad pontem Savanum incassatoris sub numero 68o pro assessore candidari cupientis.

7o Civis et mercatoris Francisci Karnichnik sub numero 69o ad assessoratum hujatem pervenire quaerentis.

8o Josephi Obermayer civis sub numero 70o ad assessoratum promoveri instantis.

9o Civis et sartoris Petri Stauduar sub numero 71o pro assessoratu recurrentis.

10o Pauli Lopuh civis et vitrearii sub numero 72o in assessorem eligi supplicantis.

11o Marci Vugrinovich civis et chirurgi sub numero 73o sedem assessoralem sibi conferi flagitantis.

12o Civis et pellionis Thomae Vuxan sub numero 74o ad assessoratum pertingere volentis: et

13o Civis et actualis braxae civicae arendatoris ac gremialis chohortis civilis capetanei Josephi Reitter sub numero 75o semet pro statione asserssorali recomendantis.

Relate ad quos praenominatos instantes si ipsos Suae Magnificentiae domino commissario regio pro competente sibi activitate gratiose candidare visum fuerit, nulla suborta fuit difficultas: candidationi Vallentini Verner sub numero 76o pro assessoratu instantis nexu sanguinis, quo cum actuali assessore domino Francisco Shirnbrand qua socero suo jungitur, obstante, Joanne porro Ledinszky ad sedem assesoralem sub numero 77o aspirante, propter sui e praegesto castelani civici servitio dimissionem modalitate sub numero 78o expressa interventam candidari minus queunte.

Quantum porro attinet dominum Mathiam Heroich, in inclytis dominiis excellentissimi domini comitis cancellarii regii Hungarico aulici Josephi Erdödy emeritum exactorem, pro exactoris civici statione sub numero 79o recurrentem adinvenit magistratus et communitas ejusdem petito non nisi hunc deferri quire, si pro hocce officio nullus ex exteriori magistratu semet insinuaverit.

Dominus honorarius notarius Aloysius Schrabecz, praestita civitati servitia sub numero 80o adducens, tam pro vaccante regestratoris munio quam et pro alia in linea notariali statione, demisso magistratus et communitatis sensu candidari meretur.

Sic et dominus Georgius Briglevich advocatus, in qualitate regestrantis diurnistae serviens pro praedicta regestratoris statione ductu sui sub numero 81o petiti candidari valet.

Dominus Blasius Dunkel sub numero 82o sui in vicenotarium aut regestratorem electionem exoptans, post reliquos magis de civitate meritos aeque candidationem ingredi potest.

Pro domino advocato Emerico Karvanchich, sui in quopiam causidico officio, aut in specie in qualitate vicefiscalis civici accomodationem sub numero 83o petente siquidem pro nunc nula isthic adesset vacantia cum recursu suo relegandus censetur.

Dominus porro Franciscus Koczman sub numero 84o petit in gremialem quarteriorum militarium directorem denominari: cujus votis eo minus defferri potest, quod officium quarteriorum directoris propter nimias domini capitanei civici occupationes, ac imperiosas, quae militiae stativantis ad civitatem hanc, nec non ad totum Croatiae regnum licet secus ex privilegio a condescensione militum immune illocationem tantisper deposcebant, circumstantias, provisorie saltem ac interimaliter introductum fuerit, adeoque nec systhematicum esset, sed nec ad actum restaurationis pertineret.

Denique Josephus Jankovich sub numero 85o mororum practicans fieri optans, propter haud exstantem desideratae accomodationis occasionem votorum compos pariter reddi nequit.

Et sic praeallatis recurrentium instantiis superatis quemadmodum Sua Magnificentia dominus commissarius regius ex incidenti, quod dominus Franchak jam in plures dies processum suum activum ad poenam infamiae 12a septembris 1808o contra hujatem cassae perceptorum Michaelem Vittunszky suscitatum conformiter sponsioni suae nondum reddidisset, eundem catenus serio reflectendum disposuerat: ita domini adusque scopo repetendi processus hujus commissionati substitit: capitaneus Byff et assessor Shyprak denuo praefatum dominum Franchak adire non intermiserunt ac tandem aliquando quaestionatum processum ex manibus Franchakianis reobtinentes, eundem penes suam scriptam hicce sub numero 86o adjacentem relationem praesentarunt. Quem in praesentia quoque in causam attractum domini Vittunszky sub praesenti sessione relate ad id, ac praeter instrumentum sub numero 17o improcessuatum ac in modofata relatione pro non exstante adinventur adhuc aliquid desit, perlustratum et de reliquo in sua integritate compertum ac respectu non exstantis in causam attracti sub numero 17o documenti per eundem in causam attractum dominum Vittunszky, qui semet cuncta originalia et respective transumpta instrumentorum suorum ad causam hanc adnexorum habere alioquin publice declaravit, redintegrandum, tenore remonstrationis isthic sub numero 87o adnexae excelso Consilio regio locumtenentiali in obsequium benigno gratiosi de dato 25a augusti anni currentis numero 21430 demisse substernendum ordinavit eadem Sua Magnificentia dominus commissarius: eo non obstante quod dominus advocatus Franchakianus Briglevich verbo petierit, ut cum in hoc processu Vittunszkyana esset ultima repplica, sibi fine in serendorum ex parte quoque actoris allegatorum idem processus ad spatium unius octitui immanuetur, cui domini Briglevich petito Sua Magnificentia dominus commissarius regius ex eo quod processus istius ad suam competentiam demandata transmissio tardari non audeat, deferre non dignabatur, ast id duntaxat spopondit, quod si fors dictus dominus Briglevich respectu causae hujus aliquid scripto exhibuerit, id supplementalliter suo loco submittendum dificultaturus haud sit. Domino una Vittunszky eo inviato ut si producta sua processulia in concurssu etiam sui advocati porro combinare desiderat, sese ad Suam Magnificentiam dominum commissarium regium qui memoratum processum ad se recepti, ocius convertat.

Post haec autem lecta existit scripta domini surrogati fiscalis Julii Dikovich declaratio superius in sessione la eidem impossita, et hic sub numero 88o rationes in se complectens, ob quas altissime determinatam contra dominum Georgum Kraly, qua eotum civitatis hujus capitaneum actionem fiscalem errigere nequiverit.

Erga quam declarationem Sua Magnificentia dominus commissarius regius altissimos ordines absque effectu relinqui nequire ratus gratiose disponere dignabatur, ut in defectu aliorum tenore nunc allatae declarationis desideratorum actorum prae ordinata actio fiscalis adminiculo benigne resolutionis regiae hoc in passu de dato 31a martii 1809, numero 3237 emanatae ac thaema qualiter stilisandae actionis caeteroquin exprimentis, dominoque declaranti surrogato fiscali in authentica copia extradandae indilatae suscitetur, ipseque hic suscitandus processus omnimode accelleretur ac quo ocius terminetur, denique ipse processus ante pronunciationem sententia altissimo obtutui substernatur. Queis actis sessio soluta est.

Sessio 7a

Ad hodiernam die 25 novembris 1812. continuative celebratam sessionem restauratioriam dum media nona hora matutina interior magistratus, et ellecta communitas (excepo domino gremiali assessore Luketich, velut infirmitate gravius correpto) ad domum praetoreo senatoream comparuisset, Suaque Magnificentia dominus consiliarius et commissarius regius Joannes Chachkovich praesidium coepisset, praeprimis et ante omnia fine exhibendi pro redintegrando processu Franchakiano-Vittunszkyano instrumenti in causam attracti sub numero 17o velut ex processu deperditi. Idem dominus in causam attractus Vittunszky per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium ad sessionem accersiri dispositus est, interim comparens dominus Vittunszky praeattactum instrumentum dare renuebat, rogabatque, ut ad tale in processu exhibendum, non tantum actor dominus Franchak, apud quem nempe instrumentum hoc perivisset, stringatur, sed et una sibi indulegeatur, quod ante fiendam praesciti processus altiori loco transmissionem eundem

cum suo advocato combinare, ac inspicere possit. Cui postulato prout heri ita et nunc denuo detulit Sua Magnificentia dominus commissarius regius, scopoque hoc dictum dominum Vittunszky cum suo advocato, ad se, ubi dictus processus constituitur, porro invitare dignabatur: dominus exmissis substituto capitaneo Byff et assessore Shyprak ultro activisatis, ut ratione praementionati in causam attracti sub numero 17o non exstantis documenti dominum Franchak odeant, et si tale ab ipso habere potuerint, horsum referant. Suadebatur nihilominus domino in causam attracto Vittunsky, quatenus cum e re sua esset, ut omnia sua documenta in processu appareant, tale caeteroquin in origine pre manibus suis habitum fine accellerandae ac excelsum Consilium locumtenentiale regium demandatae submissionis, in copia adnectat, cum ex circumstantiarum praecedanearum consideratione admodum probabile esset, quod tale apud dominum Franchak amplius nec invenibile sit. Quo praemisso ad ipsum actum restauratiorium condescensum est.

Et ideo Sua Magnificentia dominus commissarius regius eaquae circa vitandas scissiones, factiones, partiumque studium et observandum in restauratione mutuam concordiam ac pacem adhuc sub 18a labentium, occasione servatae 1ae sessionis serio dicta sunt, vivide recapitulare dignabatur, eo addito, ut quisque conscientiam duntaxat suam in electione candidandorum individuorum sequatur, ac tenores juramenti, quo omnes et singuli obstricti sunt, sibi in memoriam revocet, atque in votisatione ita procedat, ut altissima intentio regia adimpleatur, et cum hac intime nexa utilitas ac commodum publicum civitatisque hujus liberae et regiae felicitas procuretur, denique ad publica munia talia admoveantur individua, quae officiis suis rite defungi et communi exspectationi ex asse satisfacere et sciant et velint.

Ne autem ullo sub obtutu a recto tramite occasione votisationis deviari possit, Sua Magnificentia dominus commissarius regius sequentia demandavit:

1o Ut urnulae, quorsum globuli per dominos votisantes inferentur, ante sui quo praesidis conspectum ad mensam senatoream collocentur, ac eorsum juxta ordinem senii adusque observatum domini votisantes seriatim accedant ac secreta vota medio globulorum in silentio immittant.

2o Ut audita candidatione ac enunciatis per Suam Magnificentiam dominum commissarium tribus pro electione individuis nemo e votisantibus competentem sibi spectato senio sedem deferat, aut pro fovendis colloquiis semet extra sedem suam alio collocet, verum quilibet in sede sua constanter maneat, donec ad ipsum series votisationis perigerit; et

3o Ut candidata individua votisationi non intersint, ast ex conclavi tantisper, donec electio consumata fuerit, recedere teneantur.

Quorum taliter dispositio, siquidem ab ultima magistratuali restauratione quae 4a aprilis 1808. servabatur, per mortem dominorum assessorum gremialium Ignatii Spissich, Caroli Kotse, Josephi Komarony et Georgii Knezevich, nec non per domini rationum exactoris ac aeque assessoris hujatis Petri Tomich ob praestitum gubernio Gallico-Illyrico fidelitatis juramentum, ductu benignae resolutionis regiae via excelsi Consilii regii locumtenetialis de dato 26o februarii 1811. numero 5064 intimate et hic

sub numero 89 exhibitae, ab officio amotionem, in ellecta communitate quinque assessorales vacantiae ennatae fuissent, ad earundem redintegrationem praeprimis procedebatur, atque pro 1a vacantia assessorili per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium candidabantur domini

Medicus Leopoldus Pluszkal, emeritus insurectionalis capitaneus Anthonius Philipovich, et actualis contraagens huius Ignatius Kavich, ex quibus domino Pluszkal 40r domino autem Philipovich vota 7em recipientibus, electus est cum votis 10em dominus Kavich, qui etiam in continenti solito assessorali juramento obstrictus, qua dandis rationibus obnoxius juxta praeexistentem normativam ordinationem ad officii cassatis conclave recessit.

Pro 2a autem assessorali sede e candidatis dominis:

Gremiali honorario vicenotario Joanne Czappan,

Chirurgiae item magistro ac artis oculisticae medico Antonio Mallischer,

nec non cive et pellione Thoma Vuxan.

Primus dominus Czappan vota 10em, ultimus vero civis votum nullum obtinentes emanserunt et prodivit ac adjuratus est cum votis IIim secundus in ordine dominus Antonius Mallischer.

Pro 3a assessoratus statione candidabantur dominus causarum advocatus Daniel Babok.

causarum advocatus Casparus Ivanosich,

causarum advocatus Thadaeus Ferich,

quorum primus dominus Babock cum votis 12 electus, actutum consuetum assessorale juramentum deposuit. Domini autem Ivanosich cum votis 7em et Ferich cum votis emanserunt.

Pro 4a vacantia assessorali candidati existerunt domini praefatus Joannes Czappan,

causarum advocatus Michael Stivalich,

nec non vicejudex nobilium Bartholomeus Mattachich,

ex quibus dominus Czappan 9, dominus autem Stivalich nullum votum obtigit et sic assessor creatus est dominus Mattachich cum votorum suffragiis 14 mox consueto juramento obstrictus.

Denique pro vacantia assessorali 5a candidationi subjiciebantur domini:

praefatus causarum advocatus Casparus Ivanosich,

vicenotarius Joannes Czappan

et professor Petrus Klemenich,

ex quibus dominus Ivanosich cum votis 4or, dominus vero Klemenich cum votis 9a praeteriti sunt ac in assessorem evasit cum votis 11 dominus Czappan in instanti consueto more adjuratus.

Redintegrata proinde previa ratione ellecta communitate ac constitutis praenominatis 5 assessoribus Sua Magnificentia dominus commissarius regius ad redintegrationem interioris senatus, in quo per domini praeexistentis senatoris Josephi Spisich ex haec vita decessum item per dominorum priori restauratione electorum consulis Joannis Horvatich et capitanei Georgii Kraly non subsequentam altissimam approbationem, tres sedes vacantes effectae sunt- digrediebatur declarando, se quidem bene memorem esse altissimae illius sub decursu prae-

sentis restaurationis ac signanter in sessione 1a publicatae et viae excelsi Consilii regii locumtenentialis intimatae dispositionis regiae, qua mediante recurrentium pro respectivis officiis instantiae cum actis restauratoriis excelsis dicasteriis submittendae demandantur consequenter iis , qui isthic admoveri volunt, pro concernentibus muniis scripto, supplicandi quasi obligatio, ac necessitas benigna imponitur interim cum id de iis ac talibus, qui primo accomodationem penes civitatem hanc quaerunt, aut de quorum meritis peculio huic regio praestitis seu nulla, seu non dum plena habetur notitia, neque actualiter servientes essent, inteligendum esse sibi parte ab una videatur, parte vero ab altera siquidem positiva foret summafatae Suae Majestatis sacratissimae mens, ac benigna intentio regia, ut quo habitiora et qualificatiora suis officiis in interiori praesertim magistratu, quo melius satisfacere valentia individua, ad senatum promoveantur, cum denique idipsum etiam ratio boni publici, sed et vetustissima civitatis hujus statuta, ac ipse fundamentales constitutiones exigerent. Hinc itaque eadem Sua Magnificentia dominus commissarius regius spectata capacitate aliisque reqisitis dotibus habitaque meritorum reflexione pro 1a vacante sede senatorali candidare dignabatur dominos

actualem ordinarium notarium Josephum Stajdacher

item assessorem et complurium dominorum fiscalem Paulum Zavodzky, nec non suprafatum vicenotarium et jam nunc assessorem Joannem Czappan.

Qua candidatione per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium enunciata, tam primus in ordine dominus ordinarius notarius Stajdacher motivo ex eo, quod ultro in qualitate notarii utilia civitati huic praestare desideret servitia, quam et secundus dominus Zavodzky, quod actualibus fiscalatibus suis, quibus cum munio senatorali commutatis alioquin nec vitam suam sustinere posset, ac sors sua resque domestica multum deterioraretur, ab assumendo senatoratu impediatur, actis pro peculiari hac reflexione gratiis semet a candidatione eximi demisse petierunt: quorum precibus gratiose exauditis eadem Sua Magnificentia candidavit dominos praefatum Joannem Czappan,
nec non assessores hujatus Joannem Bradicza
et Franciscum Shirnbrandt,
ex quibus domino Czappan 8 vota, domino vero Shirnbrandt vota 3a obtinentibus, dominus Joannes Bradicza votorum suffragia llem consecutus, solitum officii juramentum ellicuit, primamque sedem senatoralem occupavit.

Et quia per hujus domini Bradicza pro senatore ellectionem rursus una vacantia in ellecta communitate evenisset, pro tali complenda candidationem ingressi sunt
spectabiles domini substitutus vicecomes Ladislaus Blasekovich
ordinarius judex nobilium Stanislaus Chegetek
Regni archivarius Joannes Zernchich.

Intra quos domino vicecomiti Blasekovich vota 7em, domino autem Zernchich 3a vota obvenerunt, ac electus est dominus judexnobilium Stanislaus Chegetek cum votis 13um.

Pro quo neoelecto domino assessore Chegetek fine capiendae sedis ac deponendi juris jurandi postquam missum ac rescitum fuisset, quod

idem dominus neolectus assessor in officiosa functione abhinc Zagrabia absit et nonnisi fors usque prandii tempus rediturus speretur, oborta exstitit quaestio utrum quia tempore senatorum electionis plene redintegratam electam communitatem esse oporteret, ultro procedi, vel vero ipsa restaurationis hujus continuatio, tantisper, donec iste dominus neoelectus assessor redierit ac deposito per eundem juramento numerus votisantium completus fuerit, in suspenso relinquenda veniat.

Ac vero dificultas haec anteriorum gremialium restaurationum, quae non attenta unius alteriusve domini assessoris seu legali extra urbem absentia, seu etiam infirmitatis casibus semper suscipiebantur et effectuabantur, exemplis diluta est atque tum ideo cum quod dum ellectio incipit talis juxta praevigentem ab immemoriali tempore usum ac consuetudinem, usque inclusive sedem judicis una eademque die interrupti nequeat, verum actus restauratorius hodiernus non nisi cum ellectione judicis et praescripto terminari debeat, procedebatur ultro, ac eapropter per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium pro 2a senatorali vacantia proponebantur domini
iterum Joannes Czappan,
gremialis assessor et primarius vicenotarius Ioannes Kukovich,
nec non dominus fiscalis Daniel Babok,
quo ita pro ut domini fiscali Juli Dikovich ex ratione, quod modernis suis fiscalatibus occupati munus senatorale amplecte nequirent, candidationem condecenter deprecantibus in locum horum tertio loco proponebatur dominus assessor hujus Nicolaus Hutter.

Ex quibus nunciatus dominus Hutter cum nullo accepto voto, dominus porro Czappan cum votis 8 praeteriti sunt, sedem senatoralem cum suffragiis 14 ellicitoque consueto juramento capessivit dominus Joannes Kukovich.

Per cujus ellectionem denuo in ellecta communitate unius assessoris statione vacante reddita, pro eadem complenda candidabantur: spectabiles domini comes curialis Venerabilis capituli Zagrabiensis Nicolaus Zdenczay,
inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius fiscalis Antonius Praunsperger et nuncfati inclyti Comitatus exactor Bernardus Raizner.

Inter quos ellectus et adjuratus est accedentibus votis 12im primus in ordine dominus Nicolaus Zdenczay posterioribus duobus dominis Antonio Praunsperger cum votis 6 Bernardo autem Raizner cum votis 7em remanentibus.

Completis taliter denuo in ellecta communitate assessoralibus sedibus, transitum fuit ad 3am vacantiam senatoralem, pro qua postquam domini assessores hujates et in specie Mathias Mihanovich Tabulae Banalis protocollista, ante fatus dominus comes curialis Capituli Nicolaus Zdenczay, fiscalis regius Josephus Shyprak et Casparus Sosstarich cameralis in re pontana adjunctus erga factam per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium provocationem, sui pro senatoratu candidationem ex gravibus adductis motivis deprecati fuissent, candidabantur domini:

saepefatus Joannes Czappan,

ac assessores Josephus Rauth et Joannes Frankovich,

quos inter Josepho Rauth votum unum, Joanni autem Czappan et Joan-

nem Frankovich singillativa vota 11a obtigerunt. In qua votorum aequalitate erga factam condecenter Suae Magnificentiae domino commissario regio in eo ut ad evitandam respectu horum duorum aequalem suffragiorum numerum obtinentium individuorum ,novam votisationem pro eminenti sua sibique juxta praevigentem consuetudinem competente authoritate unum ex his senatore deligere dignetur, ex parte considentis magistratus et ellectae communitatis propositionem, eadem Sua Magnificentia ad vota domini Joannis Czappan gratiose accessit, et sic idem tertiam senatoralem sede mconsecutus consuetum officii juramentum nuncupavit.

In locum porro illius pro assessorali vacantia iterum ennata candidabantur:

Dominus professor Thomas Chuchich et cives Josephus Reitter ac Josephus Obermayer,
ex quibus electus ac assessorali juramento obstrictus est primus in ordine dominus Chuchich cum votis 15m, Josepho Reitter duntaxat votis 3, Josepho autem Obermayer votis 8o condecoratis existentibus.

Tandem vero, ubi praeexpressa serie non solum interior, sed et exterior magistratus plene redintegratus et praeallatae cunctae vacantiae completae exstitissent, condescensum est ad restaurationem fisci in interioris magistratus.

Quapropter domino fisco Michaele Kayzer munus suum fine consuetae electionis resignante, pro eodem fisci civici officio candidabantur domini:

idem Michael Kayzer,
assessores Mathiam Mihanovich
et Bartolomeus Mattachich,

quorum primo Michaele Kayzer vota 5a, secundo Mathia Mihanovich vota 3 tertio Bartolomeo Mattachich vota 16im obtinentibus, nunc dictus dominus Mattachich hoc fisci munus adeptus, praescriptum mox deposuit juramentum.

Post hoc ad capitanealis officii restaurationem transeundo, posteaquam tale provisorio modo gestum dominus senator Sigismundus Byff debita cum decentia resignasset, pro capitaneatu candidati fuere domini:

idem senator Sigismundus Byff,
nec non neoellecti senatores Joannes Kukovich
et Joannes Czappan,

quorum primo domino Byff nullo, postremo autem domino Czappan 11 votis insignito, prodiit secundus in ordine dominus Joannes Kukovich penes accepta votorum suffragia 13, qui neo factus dominus capitaneus in continenti solito muneris sui iuramento obstringebatur.

Porro officio consulis, quod dominus Paulus Gorup senator et inclyti Comitatus Zagrabiensis sedis judiciariae assessor, qua surrogatus consul gerebat, modalitate consueta deposito atque resignato dum pro munio hoc candidati fuissent domini:

idem Paulus Gorup
et senatores Joannes Czappan
et Joannes Bradicza

instituta votorum connumeratione dominus Gorup cum votis 5ae, dominus porro Czappan pariter cum votis 5ae praeteriti sunt. Dominusque

Joannes Bradicza consulare isthoc munus cum votis 14m obtinuit.

Et dum haec fiebant, advenit superius nominatus dominus Stanislaus Chegetek, qua neoelectus praedeclarata modalitate assessor a quo in instanti solitum juramentum exceptum erat, ipse vero optentam assessoralem sedem capessivit.

His demum peractis dominus judex Nicolaus Babochay e sede sua consurgens dicta breviter considenti magistratui ac ellectae communitati pro locata in se fiducia praegestoque munere gratiarum actione juxta receptam antiquitus consuetudinem, concreditas sibi claves ac sigillum restituit et prachabitum officium suum resignavit. Pro quo judicis munio dominis:

eodem Nicolao Babochay,
item Paulo Gorup
et demum Joanne Czappan

candidatis, primus Nicolaus Babochay cum votis 10em ac ultimus Joannes Czappan cum voto nullo emanserunt. Dominus autem Paulus Gorup obtentis votorum suffragiis 15m electus, traditum sibi per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium peculii hujus regii sigillum nec non solitas claves percepit, ac ipsam judicatus sedem occupavit.

Atque sic ad exigentiam benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati restauratorii quibus vis paccate ac concorditer, mutuaque in cointelligentia pertractatis et consumatis tandem Sua Magnificentia dominus commissarius regius toti interiori magistratui ac ellectae communitati neque secus omnibus et singulis non tantum dehinc etiam fovendam ad invicem pacem et harmoniam pressius commendavit, sed et simul ut concertato conatu ac indefesso studio ad scopum provehendi boni publici, administrandaeque justitiae distributivae contendant, cunctasque concreditorum officiorum partes in modum injungere dignabatur.

Denique iis, quae adhuc actum restauratorium pertinent, in crastinum relegatis, juxta praevigentem morem sub majoris campanae compulsu ad ecclesiam parochialem procedebatur, ubi praevie decantato ad magnam aram coram exposito Venerabili hymno Ambrosiano tam rememoratus neo electus judex dominus Paulus Gorup, quam et consul dominus Joannes Bradicza tacto tribus digitis sacro Evangelio solenne officiorum suorum deposuerunt juramentum.

His demum terminatis uterque magistratus in corpore Suam Magnificentiam dominum comissarium regium usque residentialem ipsius domum comitabantur, qua comitivam uti et declaratam sibi per dominum neoelectum judicem Paulum Gorup ex parte magistratus et communitatis sinceram gratitudinem ac illimitatam venerationem demisseque expetitum ultroneum Suae Magnificentiae gratiosum patrocinium, eadem Sua Magnificentia, non solum peculiari sua humanitate ac comitate excipere, sed et una candidi animi sincerique sui in civitatem hanc, cujus qua civis commembrum alioquin foret nec non erga magistratum et communitatem, singulaque ejusdem individua affectus et propensionis nullo non tempore pro viribus suis semet luculenta testimonia praebiturum spondere gratiose dignabatur. His demum debiti obsequi ac venerationis officiis antelatae Suae Magnificentiae domino commissario regio exhibitis praestabatur, dein domino quoque novo judici usu recepta comitiva, solemnitatique hodiernae finis impositus est.

Sessio 8a

Anno 1812o die 26 novembris in et ad domum praetoreo-senatoream interiori magistratu et ellecta communitate (praeter dominum senatorem Sigismundum Byff et dominos assessores Luketich, Mihanovich et Hutter infirmitate nec non aeque assessorem Sostarich officii sui laboribus impeditos) Sua Magnificentia dominus commissarius regius Joannes Chachkovich non tantum convenientiae, sed et necessitudinis rationem deposcere gratiose proponebat, ut dum tam interior quam exterior magistratus jam plene redintegratus ac restauratus est, praeprimis Regnorum horum capiti excellsentissimo domino comiti bano Ignatio Gyulay in gremio civitatis hujus residenti, excellentissimo item domino episcopo Zagrabiensi Maximiliano Verhovacz, nec non illustrissimo domino Donato Lukavszky, inclyti Comitatus Zagrabiensis, cui quippe et ipsa haec civitas Zagrebiensis ingremiatur, supremo comiti, debitae venerationis officia in corpore exhibeantur, quae etiam sub gratioso Suae Magnificentiae domini commissarii regii ductu exhibita, ipsumque hoc regium potentibus eorundem gratiis ac valide protectioni enixe comendatum exstitit.

Qua occasione quemadmodum postreme nominatam Sua Illustritas dominus supremus moderator inter caetera observantiam limitationis comitatensis, atque seriam circa id, ut praesertim gremialibus lanionibus ac pistoribus continuo invigiletur, faciendam provisionem inculcare, simul autem ennarrare dignabatur, qualiter et hodie in hujate foro semellae debito pondere carentes vendantur: ita mox in reditu versus domum praetoreo-senatoream per ipsamet Suam Magnificentiam dominum commissarium regium titulo instituendae probae una semella in forro accepta est cujus ponderatione sub ipso praesenti 6 lottones ponderare deberet, revera non plus, quam dumtaxat 4 1/2 lottones ponderaverit, ac praeterea nec praescripto ad cognoscendum, cujus pistoris sit, signo provisa sit. Et ideo in continenti instituta est investigatio, compertoque eo, quod haec semella sit pistoris Francisci Hack, pro hoc instantanee ad domum civicam citando dispositio inita fuit: qui siquidem sese malitiose subduxisset, eiusdem semallae manuductione articuli 710 1859 mox confiscari ordinatae sunt, ac simul conclusum ut generatim contra pistores laniones smigmatores praestabilitae limitationi semet haud accomodantes toties quoties in conformitate nunc citatae legis procedatur. De reliquo autem cum adversus hunc pistorem ac civem Hack ob temerarios complures suos abusus jam actore fisco magistratuali ad exclusionem e concivilitate procedatur. Idem fiscus ad concludenda sua allegata per Suam Magnificentiam inviatus, etiam malitiosam hac vice attentatam sui per dictum Hack subductionem in eodem processu vindicabit.

Quo praemisso quandoquidem per domini primari vicenotarii Joannis Kukovich interventam in hesterna sessione ad officia senatorale et capitaneale promotionem, statio haec primarii vicenotarii vacans effecta esset, pro eadem per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium candidabantur domini:

surrogatus vicenotarius Josephus Kovachich
honorarius vicenotarius Aloysius Schrabecz
et causarum advocatus Emericus Karvanchich,
quorum posterioribus duobus dominus Schrabecz et Karvanchich singilative unum tantum votum obtinentibus, prodivit cum votis 22 primus in ordine dominus Kovachich actutum consueto juramento obstrictus.

Electo sic primario vicenotario quoniam moderna officii notariatus individua continuis agendis adeo occupata forent, ut ob constanter crescentem penes hanc civitatem laborum molem, impenso licet extra ordinario conatu peragendis omnibus suis officiosis suis (!) negotiis sufficere jam non possint ac eapropter necessitas omnimode augendi in eodem notariali officio hac restauratione status personalis, superius in sessione 1am unanimiter recognita haberetur, hinc itaque ultro demisse exorabatur Sua Magnificentia dominus commissarius regius, quo secundarium quoque realem vicenotarium cum omnibus ac iisdem quae et primario vicenotario incumbunt obligationibus constituendus gratiose admittere dignaretur.

Sua Magnificentia dominus commissarius regius percepta hac necessitate, ac observato eo quod negotia in hac civitate in dies reipsa augeantur, gratiose declarare dignabatur, semet alienum non esse, ut ex praedeductis rationum momentis, eoque ex incidenti, quod in modernis civitatis hujus limitrophae effectae circumstantiis nec pro brevissimo quidem tempore ad mittendum sit, ut in qualicunque penes hanc urbem manipulationis publicae ramo et praesertim in objectis officio notariatus incumbentibus remorae locus detur, sub spe obtinendae altioris ratificationis secundarius realis vicenotarius jam hac restauratione ac modo statim deligatur, ita tamen, ne ipsi pro nunc, ac usque secuturam ratihabitionem ullum hoc titulo salarium ex cassa dependatur.

Proinde motivo instantaneae ac inevitabilis compertae necessitatis, dignabatur pro hac secundarii vicenotarii statione Sua Magnificentia dominus commissarius regius candidare dominos hujatem
praeexistentem cancelistam ac una honorarium vicenotarium Aloysium Schrabecz
causarum advocatum Emericum Karvanchich
et inclyti Comitatus Zagrabiensis regestrantem Blasium Dunkel, ex quibus dominus Karvanchich 2 dominus vero Dunkel votum 1 obtinentes emanserunt et electus est ac adjuratus dominus Schrabecz cum votis 21 ea ratione, ut usque futuram ratificationem applicidandumque ab altiori loco fatigiis ac praesentaneae caristiae conmensuratum salarium priorem quoque suam cancellistae stationem, quam hucusque etiam ex gratiosa excelsae Camerae Regiae Hungarico-aulicae de dato 15o octobris anni prioris 1811. N 18560 intimata resolutione qua honorarius vicenotarius retinebat cum praehabito salario ultro reservet.

Denique cum per factam jam praevie coram magistratu per dominum regestratorem ac una honorarium vicenotarium Petrum Junkovich, (?), pariter statio haec regestratoris et una honorari vicenotarii vacans reddita exstitisset, fine talis complendae proponebantur
advocatus Georgius Briglevich
nec non supra nominati Emericus Karvanchich
ac Blasius Dunkel,

ex quibus secundo domino Karvanchich obtigerunt vota 6a, Blasius vero Dunkl votum 1m prodivitque primus in ordine dominus Georgius Briglevich cum votorum suffragiis 17, qui penes instructionem in actis restauratoriis anni 1808. hac in parte altissime probatis circumscriptam pro regestratore ac honorario vicenotario constitutus mox praescriptum deposuit juramentum.

Ac tandem pro complendo exactoris civici munere quod praeexistens dominus assessor, hujas Petrus Thomich ante sui superius sub numero 89o altissime decretam ab officio amotionem gessit, succesive autem per dominum Mathiam Mihanovich, qua surrogatum exactorem administrabatur, per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium candidati erant praevia exactoralis instructionis perlectione domini:
idem Mathias Mihanovich
et assessores Josephus Shyprak ac Thomas Chuchich
quod officium domino Mathia Mihanovich cum votis 8, domino vero Thoma Chunchuch votum 1m emanentibus, dominus Josephus Shyprak cum votorum suffragiis 11 consecutus et adjuratus est.

Aedituorum forique ac caminorum inspectorum restauratione uti et reliquorum servientium nominatione in crastinum dilata.

Sessio 9a

In hodierno die 27. novembris 1812. sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich, Suae Maiestatis sacratissimae consiliarii et excelsae Tabulae banalis assessoris, qua tamen altissime denominati commissarii regii, continuative celebrata interioris magistratus et electae communitatis sessione praeprimis aeditui electi sunt et quidem pro gremiali parochiali sancti Marci ecclesia ac filialibus sancti Georgii, sancti Rochi et Sancti Spiritus ad hanc spectantibus capellis dominus assessor hujas Michael Kayzer, pro capella vero sancti Xaverii dominus contraagens et aeque assessor gremialis Ignatius Kavich, qui ambo domini aeditui actutum consuetum juramentum deposuerunt.

Postea transitum fuit ad denominationem fori inspectorum, quod munus assessoralibus hujatibus dominis Thomae Chuchich et Antonio Mallisser delatum exstitit.

Dein ad stationem chyrurgi civici post decessum ex hac vita Joannis Sugely vacantem effectam (audito etiam gremiali domino physico Carolo Daubach) admotus est chyrurgus hujas Marcus Vugrinovich cujus incumbentiae peculiariter in eo concentrantur, ut semet generatim dispositionibus magistratus et praeterea ordinationibus praefati domini physici civitatensis Daubach conformet, cunctos servitores civicos et arestantes absque mercede curet, ac emacillanda animalia more adusque usitato indies num sana sint visitet.

Denique digressus factus est ad caminorum inspectores et pro ut ab olim illa viguisset penes hanc civitatem consuetudo, quod juniores ac signanter ultimo electi domini assessores isthanc caminis inspiciendi incumbentiam expleverint, atque singulis quatuor anni temporibus in concursu gremialis spacicaminarii culinas et caminos, num debite purgentur et num ac in quantum alicubi periculum ignis subversetur domatim visitaverint, observatos vero defectus fine ponendae efficacis

modelae interiori magistratu retulerint: ita huic antiquo mori inhaerendo per utrumque magistratum pro caminorum inspectoribus et quidem relate ad interiorem civitatem domini assessores Daniel Babok et Stanislaus Chegetek, pro suburbiis autem domini aeque assessores Nicolaus Zdenczay et Thomas Chuchich, praeattacta ratione functionem suam expleturi activisati sunt.

Et quoniam tam modo constituta individua quam anterioribus sessionibus electi respectivi domini magistratuales compententia salaria sua mox a die obtentorum officiorum ex concernente cassa civica obtenturi sunt: Sua Magnificentia dominus commissarius regius imponere dignabatur, ut omnes ac singuli, ratione quorum in officio mutatio hac restauratione intervenit, praegesti offici sui acta, praehabitas functiones, obtentas item via magistratus inviationes nec non pendentes adhuc ab effectu incumbentias ac commissiones successoribus suis in officio, erga elenchum subin in protocollo magistratuali praenotandum inomisse et quantocius resignent.

Porro ut cuilibet in officio hic loci existenti id quidnam essentialiter ad muneris sui partes pertineat, adaequalius constare valeat, Sua Magnificentia dominus commissarius regius accersito ad sessionem domino regestratori Georgio Briglevich injunxit, ut tam fisci civici, quam et reliquorum officialium civicorum instructiones in archivo quantocius perquirat, quibus subin perquisitis provideri possit, utrum modernis temporum ac civitatis hujus adjunctis emanatisque succesive altioribus dispositionibus correspondeant, ordinata est sub praesidio domini judicis Pauli Gorup, cum interventu autem dominorum consulis Joannis Bradicza, Joannis Kukovich capitanei, Joannis Czappan senatoris, Bartolomei Mattachich fisci, sic et assessorum gremialium Stephani Briglevich, Mathiae Mihanovich, Josephi Rauth, Francisci Skarecz, Nikolai Zdenczay, Antonii Mallischer, Thomae Chuchich et Danielis Babok una actuarium acturi consessura deputatio, quae praemissas instructiones in quantum aderunt, dicat et modernis circunstantiis accomode reformabit, in quantum vero pro aliquibus servientibus instructiones fors nec exstarent, tales tum ex respectivorum juramentorum cum et reliquorum ad rem facientium resolutionum combinatione ellaborabit, suam subin relationem de effectu isthuc praestitura.

Quo sic determinato ennata deinde fuit quaestio circa ordinem in archivo civitatis exteriori, sub seratura registratoris existente introducendum.

Ennaravit ad hanc quaestionem neoelectus dominus registrator Georgius Briglevich, quod dum in regestrantem diurnistam a civitate assumptus fuisset, sibi una ab archivo clavis per dominum Junkovich, qua eotum registratorem tradita fuerit, alteram autem clavim ipsemet dominus Junkovich pro se ab archivo habuerit eveneritque, quod ubi semet dominus enarrans ad archivum pro peragendis suis laboribus ingredi voluisset, clavim ab exteriori archivi hujus cubilis in sera invenerit, ac portam apertam nomine intus deprehenso repererit, imo licet idmodi repertam clavim ad se recepisset, alia rursus vice ejusdem cubilis portam apertam, quin clavis in sera fuisset observerit, dominumque vicenotarium Josephum Kovachich ibi invenerit.

Erga hanc ennarationem interogatus dominus Kovachich, qualiternam narrata vice ad cubile regestraturae intraverit, respondi se nulla a nunc fato cubiculo clavi provisum esse et ideo ad idem cubile non secus intravisse, quam quod portam apertam deprehenderit, sed et saepius accidisse illud quod ipsemet ennarrans dominus Briglevich portam regestraturae apertam reliquerit, ac dein quaesitus hinc inde jam inferius in officio cassae jam vero in conclavi sessionali aut alibi repertus exstiterit.

Ex qua ipsa ennarratione ab utrinque facta prodeunte eo, quod et plures ab archivo huic haud debite adusque invigilatum fuerit, Sua Magnificentia dominus comissarius deposuit, ut mox seratura a qua plures claves reperiuntur, cassetur et loco ejus alia peculiari arte ellaborata seratura portae archivi applicetur, ac non nisi una conficienda clavis domino praefato neoconstituto regestratori Georgio Briglevich, tamquam oneri responsionis respectu concrediti juratae fidei suae archivi immediate obnoxio consignetur: quam idem serio custodiet, neve peroblivionem aut inadverteniam portam archivi ullo unquam tempore cum suo domum seu aliorsum obitu apertam relinquat, peculiariter cavebit, imo emergente infirmitatis aut legalis absentiae seu casu clavim hanc archivi nemini secus quam ordinario notario qui talem ennata aliquorum ex archivo actorum et scriptorum necessitate fine exquirendorum exquisitionis etiam vicenotariis suis, velut ab accessu ad archivum vi officii arceri nequeuntibus concredere poterit, immanuabit. Quod ipsum succesive etiam, ubi in conformitate altiorum ordinationum ex moderna curia civica ob defectum spatii ad etiam domum civitatis hujus ab illustrissimo domino comite ab Adamo Orsich emptam transitum fuerit, ibidemque et oportunior accomodatio et melior ordo archivi hujus procurari poterit, observabitur: eo isthic nunc pro tunc praenotato, quod ubi istius exterioris archivi abhinc ad praeattactam domum translatio suscepta fuerit, haec erga praevia conficiendos ac medio peculiaris ordinandae deputationis, cui se dominus fiscus Bartholomaeus Mattachich adhuc cum aliquo ex ellecta communitate individuo vi instructionis suae inter venire debere postulavit, revidendos, ac respective conficiendos elenchos peragenda sit. Caeterum dominus regestrator nemini privatorum ex archivo aliqua acta, aut scripta sub gravi onere responsionis extradabit, sed nec faciet ex inde quaspiam expeditiones velut unice cancellaria civica hujate et per reliquum realiter frugens offiicum notariatus praescripta ac usu recepta norma instituendas.

Porro siquidem moderno domino regestratore Briglevich, qui regestratione currentium actorum, reliquisque cum officio suo coniunctis obligationibus sufficienter occupabitur et caeteroquin nontantum praescriptis officiosis horis, utpote ab hora nona matutina usque merdiem et ab hora 3a postmeridiana usque horam 6am singulis diebus scopo explendarum suarum obligationum in regestratura adesse, sed et pro occurrente necessitatis casu, ut praesertim eveniente aliquorum ex archivo extradanorum pro officioso usu actorum necessitate extraquoque officiosas horas ad officium comparere tenebitur, antiquiorum etiam actorum ac exterioris hujus archivi in quantum in disordine ab olim exisieret, registratio imponi nequeat, indultu gratiosi excelsae Camerae

regiae Hungarico-aulicae de dato 29ae maii 1805. Nro 8590 exarati ac hic sub numero 90 acclusis intimati dignabatur Sua Magnificentia dominus commissarius regius gratioso ordinare, ut fine ad ordinem redigendi ac debitis repertoriis providendi istius antiqui exterioris archivi unum seu etiam, cum requisitum ordinem e re etiam necessitatis publicae accellerari expediat, plura apte individua iisdem cum domino actuali regestratore officiosis horis laboratura erga diurna per dominum ordinarium notarium alioquin archivi ac in eodem operantium individuorum superinspectionem ex officio habentem recognoscenda et de tempore in tempus per officium cassae (praevia per interiorem magistratum assignatione) exolvenda assumantur.

Qua dispositione quoad exterius civitatis archivum inita, quod attinet aliud interius peculii hujus regii archivum in fornice civitatensi constitutum, a quo vi officii domini civitatis judex ac capitaneus claves asservant nec ad quod ulli singillative aditus patet denique in quo momentosissima ac antiquissima civitatis hujus radicalia scripta ac privilegia conservantur, dignabatur Sua Magnificentia dominus commissarius regius ipsemet in persona sua statum ejusdem hujus interioris archivi pervestigare: quod eadem Sua Magnificentia una cum magistratu et ellecta communitate ab olim, eoque ex incidenti in confusione existere ac requisitis regestris haud provisum esse comperit, quod regestratio idmodi antiquissimorum actorum non nisi per qualificatiora antiquique gotici caracteris gnara individua, quae utique tam difficili etiam aciem oculorum inultum debilitanti operi semet erga viliorem mercedem accingere noluerunt, peragi potuerit. Proinde ut in hac quoque parte post longam saeculorum intercapedinem necessarius ordo procurrari valeat ex parte magistratus et ellectae communitatis Sua Magnificentia dominus commissarius regius intensissimis exorabatur precibus, quatenus, ex quo erga factas ab hinc anterioribus annis demissas representationes talis mercedis erga quam aliquod aptum individuum inantiquatorum horum actorum integralem regestrationem ac in ordinem redactionem suscipere voluisset, applacidatio ab altiori loco nondum secuta fuisset, semet eadem Sua Magnificentia valide interponere dignaretur, ut scopo ad ordinem ponendi,ac repertoriis providendi hujus interioris archivi, assumendis duobus idonaeis individuis singillative 3 florenos in moderna valuta dietim resolvantur. Cui supplicationi dum ex partae Suae Magnificentiae domini commissarii regii gratiose delatum fuisset, hodierna sessio finem sortita est.

Sessio 10ma

Quandoquidem summopere interesset, ut tum motivo bonae cum inclyto Comitatu Zagrabiensi harmoniae, cum et ex ratione recti ordinis bonique publici non solum limitatio recentius per preelaudatum inclytum Comitatum Zagrabiensem ellaborata per ambitum jurisdictionis hujus civicae rite observetur, verum etiam exaggerata ac continuo perdurans his loci rerum omnium charistia pro possibili iminuatur ideo mox, ac sub praesidio magnifici et spectabilis domini commissarii et consiliarii regii Joannis Chachkovich interior magistratus et ellecta communitas pro hodierna die 30. novembris 1812. in curia civica insimul convenisset, omnium graemialium coeharum superiores magistri

ad figuram praesentis consessus constituti extiterunt, tamquam ipsis quam et medio ipsorum respectivis coehis majorem in modum commendatum, imo et impositum fuit quo cum juxtas recentissime publicatam suprafati inclyti Comitatus Zagrabiensis limitationem pretia rerum ac victualium prime necessitatis notabiliter devalvata haberentur, hoc vero in parte modus sustentationis facilitatus esset, respectu quoque artefactorum suorum ab omni exaggeratione desistere ac mercedem laboris sui, alioquin adusque ultra modum ac libitanee adauctam et allevari assolitam injusta proportione remittere et devalvare velint, tanto magis, quod secus ipsamet contubernia et arti ac opificum coehae, si excessivis suis pro labore exactionibus publicum ultro flagellare sustinuerint, eidem publico necessitatem, ipsorum operas ac laboris mercedem condigne limitandi imposituraе sint.

In horum nexu retulerunt verbaliter domini fori inspectores Mallischer et Chuchich, quod hortensilia adhucdum nimis alto pretio in foro vendantur, quod in quantum abinde proveniere observaretur, quod diversae horum clases talia praeemere ac dein chariori pretio distrahere soleant, iisdem dominis fori inspectoribus impensius commissum est, ut his alioquin vetitis praeemtionibus serio invigillent ac praeter praescriptam rerum praeemptarum confiscationem etiam pro re nata magistratui relationem praestent, quod inhabituatj jam et saepe deprehensi praeemptores graviori quoque pecuniaria et pro ratione circumstantiarum corporali poena puniri valeant.

Caeterum in cohaerentia determinationis publicae quoad provisionem gremialis publici sub 23a labentium initae et hic sub numero 91o ad lateratae prestitit dominus capitaneus Kukovich sub numero 92 relationem suam de eo quantum nam quilibet hujas jurisdictionatus pistor adusque titulo provisionis publici de farina menstrue insumere solitus fuerit. Ex qua relatione eveniente eo quod ad legendam publici necessitatem 3280 semellae et 246 librae panis praeter et ultra advicinas binas episcopalem et capitularem jurisdictiones per distinctos ejates pistores provideri debitas, supputato item produci solito domestico pane quotidie requirantur: juxta specifice indictatam quantitatem producet itaque indies Fridericus Shnapp 709 semellas et 53 libras pani, Laurentius Grayer semellas 889 panis libras 67, Franciscus Hack semellas 533 libras panis 41, Antonius Lamerth semelas 445 libras panis 33, Casparus Bukovich semelas 176 panis libras 13, Franciscus Filipp semellas itidem 176 et panis libras 13 ac demum Michael Vizjak semellas 352 et panis libras 26, quam semellarum et panis quantitatem prout omni pistori modalitate limitationaliter defixa pinsere ac venui exponere sub poenis articulo 71 1659 incumbet, ita quo id rite effectuetur domini fori inspectores omnem vigilantiam adhibebunt.

Qua occasione quia per eosdem dominos fori inspectores propositum fuisset, quod gremialibus pistoribus defectu lignorum focalium laborantibus valde grave accidat, sed et reliquis civibus ac incolis hujatibus arduum eveniat, ligna currulim per rusticos horsum ad forum advehi solita extreme exaggerato unum quippe exitum vix aut ne vix, quidem unam octavam partem unicus, orgiae adaequantem 4, 5, imo 6 florenis in schaedis reluitoriis solvere: Sua Magnificentia dominus commissarius regius lamenta publici hac in parte haud infundata esse agnoscens inclytam

antefati inclyti Comitatus Zagrabiensis universitatem nomine magistratus et ellectae communitatis exorandam determinavit, quatenus hoc in passu modum ponere et fundamento eo quod et pannus ordinarius rusticanus et ferrum et allii diversi generis articuli contribuenti plebi necessarii in pretio notaliter decreverint, contribuenter ad minus medio concernentium dominorum judicum committatensium ad leviori pretio invehenda ac distrahenda in forro ligna focalia provocandos ordinare dignetur.

In cujus etiam consequentiam litterae isthic sub numero 93 inactatae ad nunc laudatam inclytam universitatem exaratae sunt.

De reliquo autem cum Margaretha Drenchevich panivendula quae occasione interventi de dato 23o labentium sub numero 91o decisi absens fuerit, isthuc vocata et ad pinsendum pretio limitationali panem provocata, se id minus facere posse declarasset ac cervicositatem suam in publico manifestasset, eidem jus pinsendi pro perpetuo ademptum ac eadem tam a pistura panis quam et distractione farinae pro futuro sub poena confiscationis inhibita, dominisque fori inspectoribus quo ipsi serio invigilent, in commissis datum est.

Quaeis conclusis porrexerunt domini capitaneus Joannes Kukovich et assessor Josephus Shiprak, in cohaerentia conclusi in sessione 7a interventi suam de exacto a domino Francisco Franchak sed velut deperdito non obtento in causam attracto in causa Franchakiano Vittunszkyana ad poenam infamiae errecta sub numero 17o provocato instrumento relationem, qua isthic sub numero 94o pro statu notitiae sumpta legebatur, dein instantia Michaelis Vittunszky sub numero 95o fine defigendae horae, qua cum advocato suo mentionatam passivam causam suam inspicere ac combimare possit, Suae Magnificentiae domino commissario regio exhibita eo addito, ut supplicanti indulgeatur, quo declarationem suam ad declarationem domini advocati Franchakiani Stephani Briglevic adornare ac una cum processu transmittendam praesentare queatur quam Vittunszkyanam instantiam cum eo ad praesentia acta reponendam disposuit eadem Sua Magnificentia, quod sicut jam de dato 24ae currentium in celebrata 6 et 7a sessione domino instanti Vittunszky admissum fuerat: ita et nunc per Suam Magnificentiam ultro admittatur, ut passivum suum processum quocunque sibi placet tempore quantocius tamen, nec per longiores mores transmissionem ejusdem causae justo diutius adhaerere oporteat, inspicere valeat. Declaratione ad praescitum processum per antelatum dominum advocatum Franchakianum Briglevich caeteroquin nulla adhuc horsum exhibita existente

non absimilliter lecta fuit alterius ordinis instantia praefati domini Michaelis Vittunszky sub numero 960 illos per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium ordinis fieri orantis, ut

1o benignum mandatum regium paritionis via excelsi Consilii regii locumtenentialis ad civitatem emanatum et in sessione magistratuali 6a octobris anni currentis publicatum sibique extractive extradatum, ad rationem sui per extensum expediatur.

2o ut itidem benigna mandata regia medio praelaudati excelsi Consilii regii locumtenentialis, nec non excelsae Camerae regiae Suam Magnificentiam dominum commissarium regium in merito restaurandi magistratus hujus Zagrabiensis, seu etiam secus circa negotium supplicantis dimissa aeque expedientur et

3o ut ex actis magistratualibus restauratoriis commissionalibus tam illa omnia quae, quo ad errectionem processus Franchakiani adversus recurrentem suscitati, quam et ea quae ad recursum supplicantis pro obtinendo officio senatorali porectum pertractata sunt, eidem domino instanti in tempore extradentur. Erga cujus modi Vittunszkyanam instantiam conclusum est et quidem ad punctum 1um respectu benigno gratiosi intimati in sessione magistratuali 6ae octobris anni currentis publicati admitti, ut tale supplicanti erga solitas taxas per officium notariatus per extensum expediatur: ad punctum vero secundum cum ea, quae medio excelsorum dicasteriorum ad Suam Magnificentiam dominum commissarium regium praemisso in merito inimata sunt, immediate ac unice ad officium Suae Magnificentiae pertineant, uti et ad punctum 3um siquidem protocollum restauratorium ex quo complura supplicans habere desiderat ,non dum ex integro conclusum foret, petito recurrentis satis fieri nequiret.

Queis conclusis disposuit Sua Magnificentia dominus commissarius regius, ut deputatio in merito elaborandarum instructionum precedenti sessione ordinata opus suum mox ordiatur ac sessiones in merito modernae restaurationis continuative celebrandae ad tempus ubi deputatio haec opus suum finiverit relegentur.

Sessio 11a

Anno 1812. die 12. mensis decembris Zagrabiae in curia civica sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich ad excelsam in regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Tabulam Banalem assessoris ac consiliarii nec non restaurantis commissarii regii, praesentibus autem ex interiori magistratu dominis Paulo Gorup judice, Joanne Bradicza consule. Joanne Kukovich capitaneo et Nicolao Babochay ac Joanne Czappan senatoribus, ex ellecta autem communitate Josepho Stajdacher ordinario notario, Bartolomeo Mattachich fisco sic et Stephano Briglevich, Michaele Kayzer, Josepho Chernich, Francisco Shirnbrandt, Joanne Frankovich, Nicolao Hutter, Paulo Zavodzky, Josepho Rauth, Stephano Derchich, Francisco Skarecz, Antonio Mallischer, Nicolao Zdenczay ac Thoma Chuchich gremialibus assessoribus cellebrata est continuative sessio restauratoria, in qua

Praeprimis legendum disposuit praelaudata Sua Magnificentia dominus commissarius regius recursum Margarethae Robich prius viduae Drenchevich pisturam ac venditionem panis sibi porro admitti sub numero 97o orantis cujus petitum fundamento remonstratae superius in postrema sessione cervicositatis pro nunc sepositum exstitit.

Postea vero ibatur ad restaurationem servientium intra quod quoniam sacrista, nec non campanatores gremialis eclesiae sancti Marci aeque numerarentur, itaque illorum instantia sub numero 98o adjacens proque auctione salariorum porecta in concursu etiam localis revendissimi domini parochi et abbatis Josephi Karvanchich assumpta fuit.

Qua assumpta declarabatur ex parte nunc titulati domini parochi quod campanatores solita hic loci, dum qualescunque aeris tempestates imminent, omnium plane campanarum compulsatione multum occupentur et vel propter hujus modi nimias sui occupationis dificulter acquirantur, quantumvis in aliis complurimis locis similes compulsationes jam penitus abrogatae haberentur, sed nec in ipsa Italia, ubi quasi sedes religionis preexistebat, tales compulsationes practicarentur, ast occasione imminentium tempestatum non nisi unica minor campana ad provocandum, ut oret, populum pulsari asoleret: quo circa igitur, accedenteque, eo quod consimiles compulsationes adversus tempestatem nec in advicinis eppiscopali et capitulari jurisdictionibus fieri observentur, quin potius per easdem compulsationes, quas aliunde neque rationibus phisicis certum est, abusuate jam multum locales campanae absque causa sufficienti atterantur, potioritate votorum coalitum est, ut dehinc a consimilibus ad propulsandas tempestates hucusque adhiberi solitis compulsationibus penitus abstineatur.

Quo praemisso ad adaequate eruendum sacristiae et campanatorum salarium inspiciebantur rationes aedituales de anno 1798. redditae, ex quibus prodivit, quod sacrista titulo salarii ex cassa ecclesiae florenos 50, ex hujate vero civica cassa cameraria florenos 10 adeoque insimul florenos 60, duo vero campanatores ex cassa ecclesiae titulo salarii florenos 36, cruciferos 48o titulo autem comitivae Sanctissimi florenos 48o et demum ex civitatensi gremiali camerariali cassa florenos 55a consequenter in toto florenos 139, cruciferos 48o annue habuerint, unde Sua Magnificentia dominus commissarius regius considensque magistratus et ellecta communitas motivo eo, quod supperius attactae et adusque vigentes contra tempestatem compulsationes pro futuro cessent, taliterque onus servitii respectu gremialium campanatorum allevietur, decrevit, ut non nisi additis ad praespecificatum campanatorum prehabitum salarium ex cassa ecclesiae cruciferi 12 eorundem amborum campanatorum annuum salarium in florenis 140 seu singilative cujusvis campanatoris in florenis 70, defigatur. Respectu porro sacristae quandoquidem huic nihilo pauciores, quam et ipsis campanatoribus servitii in ecclesia abeunti obligationes referente antefato reverendissimo domino parocho incumberent, proinde eidem sacristae ad praehabitos florenos 60a additis ex civica cassa cammeraria florenis 10 obveniet dehinc annuum salarium aeque in florenis 70. Quae nunc defixa tam campanatorum, quam et sacristae salaria ex respectivis ecclesiae et civitatis cassis cum exordio affuturae angariae seu 1a februarii 1813. dependi incipiant.

De reliquo autem, siquidem idem dominus parochus declarasset, quod non solum cum moderno campanatore Marco Kleschich, qui in defectu alterius campanatoris solus utriusque campanatoris servitia adimplet, verum etiam cum sacrista Paulo Foder plene contentus sit: hinc iidem in suis servitiis ultro relicti ac confirmati habentur.

Qua occasione ad propositionem praetitulati domini parochi et abbatis in adjutorium calefaciendae hiemis tempore sacristiae, una orgea lignorum focalium, quotannis per respectivum civicum officialem aeconomicum ecclesiae subministranda applacidata est.

Quod demum concernit stolares obventiones isthic sub numero 99o ab ollim defixas, erga easdem delata est domino parocho provincia, ut si quas respectu cujuspiam positionis reflexe ad moderni temporis adjuncta haberet, considerationes tales specifice ac scripto horsum exhibere non gravetur.

Quo superato ac praetitulato domino parocho et abbate e consessu abscedente, tecta exstitit instantia gremialium decurionum sex, sub numero 100 vilia salaria sua augeri postulantium: quorum petitione ex reflexione multiplicium, quae ipsis incumbunt, servitiorum pro justa agnita, sub spe altioris ratificationis conclusum est: ut, cum eorundem quillibet singillative duntaxat florenos 5 titulo annui salarii et 6 mettretas mixturae titulo deputati habuisset, iidem pro futuro a 1a februarii anni prioris 1813. incipiendo, florenorum 12 annuo salario et metretis 8 titulo deputati singillative provideantur.

His demum pertractatis digressus factus est ad ellucubrationem modalitatis, qua in posterum melior et adaequatior restiorque in manipulatione publicorum negotiorum ordo penes hanc liberam et regiam civitatem Zagrabiensem introduci potest.

Hunc in schopum dominus ordinarius notarius Josephus Stajdacher provocando ad illos normales ordines medio quorum objecta publico politica relate ad manipulationem et inprotocollationem a negotiis stricte juridicis ac processualibus, haec item negotia juridica a pertractationibus aeconomicis alioquin segreganda praecipiuntur, sua ex parte projectabat, ad objecta haec formalium processuum rite manipulanda opportunum fore, ut pro his seorsivum et ab omnibus reliquis protocollorum speciebus distinctum protocollum in quo insertis semper intervenientium judicum nominibus cuncte de tempore in tempus ferendae judiciariae sententiae per extensum inserentur, praeterea libelli actionales per iudicium subscribendi, sic et termini judicialiter praefixi praenotabuntur, denique vero finiti formales processus una cum litteris super peracta exequutione relatoriis seriatim sub subscriptione referentis notarii inactabuntur, aliaque ad sphaeram formalium processuum spectantia pertractabuntur, introducatur et suo adaequato repertorio per dominum regestratorem provideatur. Sic porro etiam protocollum aeconomicum, quo illud inspectioni excelsae quoque Camerae regiae Hungarico-aulicae facilius substerni valeat, non solum distinctim manipuletur, sed et ita de hinc coordinetur, ut objecta in deputatione aeconomica assumenda serialem ac progressivum numerum scopo pariter perficiendae exactae regestrationis, quae hucusque tamquam fere impracticabilis nec peragebatur, accipiat. Denique consimili forma et ratione acta quoque pupilaria velut ad primas publici curas spectantia, quae hucusque ad instar saltem exhibitorum in protocollis currentibus politicis praenotari solebant, tractentur, et aeque suo adaequato repertorio per dominum registratorem provideantur. Ac tandem cum ad rationes praesertim camerariales de parata ex assignatione revidendas praeprimis necessum sit, ut domino revidenti exactori fine etiam rite cognoscendi percepti de cunctis ac singulis factis per totum militarem annum magistratualibus ad cassam assignationibus adaequate constet, hinc partim ideo partim vero, ne dominus exactor perlustratione eatenus concernentium admodum vastorum et voluminosorum diversissima etiam alia objecta in se complectentium protocollorum, ipsi vi instructionis imposita distineatur, partim denique ut occasione censurae magistratualis perceptum paratae pecuniae exactius combinari valeat, distinctum librum assignationum

introducendum, eatenusque curam et vigilantiam domino fisco civico semet, cum domino exactore cointellecturo concredendam opinabatur idem dominus notarius.

Qua mentionati domini notarii opinione quo ad omnia praededucta puncta scopo recti ordinis reapse conformi adinventa et acceptata, disposuit Sua Magnificentia, ut praeprojectata distincta judicarium, aeconomicum et pupilare protocolla (protocollo publico politico juxta hucusque observatam normam porro ducendo) praenarata modalitate et forma a 1a imminentis mensis et anni inchoetur. Liber vero assignationum a 1a novembris anni currentis incipiat ideoque jam interventae ab hoc 1ae novembris anni currentis termino magistratuales, uti sunt multarum, concivilitatis taxarum et aliae id genus assignationes ex protocollis extrahantur et cum fienda ad datum respectivi protocolli, nec non ad numerum paragraphalem provocatione, distincto conficiendo assignationum libro inferantur.

Istis demum conclusis procedebatur ad instructiones concernentium dominorum magistratualium in deputatione de dato 27. novembris anni currentis sessione restauratoria 9na ordinata ellaboratas: quarum prima obligationes judicis complectens sub numero 101 relata et approbata est: eo reflexe ad punctum illud ubi de sigillis mentio injicitur, per Suam Magnificentiam dominum commissarium regium ordinato, ut sigilli notarialis per magistratum introducti, ex quo respectu ejusdem decisio ab altissimo loco adhucdum penderet, nullus usque superventuram benignam resolutionem regiam usus fiat. Residuorum negotiorum pertractatione ad posterastinam sessionem dilata.

Sessio 12a

Anno 1812. die 14a mensis decembris Zagrabiae in curia liberae et regiae civitatis hujus Zagrabiensis sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich, Suae Majestatis sacratissimae consiliarii et excelsae Tabulae Banalis cojudicis, qua tamen altissime delegati restaurantis commissarii regii cum interventu autem dominorum ex magistratu interiore Pauli Gorup judicis, Joannis Bradicza consulis, Joannis Kukovich capitanei, nec non Nicolai Babochay, Sigismundi Byff ac Joannis Czappan senatorum, ex ellecta vero communitate Josephi Stajdacher ordinarii notarii, Bartholomei Mattachich fisci et Stephani Briglevich, Josephi Chernich, Michaelis Kayzer, Joannis Frankovich, Pauli Zavodzky, Nicolai Hutter, Josephi Rauth, Stephani Derchich, Francisci Skarecz, Ignatii Kavich, Nicolai Zdenczay, Stanislai Chegetek, nec non Thomae Chuchich juratorum assessorum celebrata exstitit restauratoria sessio 12 in qua.

Referebantur in nexu actorum postremae sessionis sequentes deputationaliter ellaboratae instructiones, utpote consulis sub numero 102o isthic acclusa, qua approbata in quantum pro recondendis, quae juxta ejusdem instructionis punctum 7um ad rationem civitatis de tempore in tempus comparari debent, aedilibus materialibus sufficientia conservatoria non adessent, hisce dispositum est, ut eatenus debita provisio quantocius in gremiali deputatione aeconomica ineatur. Ipsa vero haec aedilia materialia mox sicut comparantur, per dominum consulem ad

perceptum domini rationantibus assignentur, per hos alioquin non secus quam erga consulares aut pro re nata magistratuales commissiones erroganda.

Item referebatur instructio capitanealis sub numero 103o adjacens penes cujus approbationem siquidem negotium inquarterisationis militaris dehinc per dominum capitaneum tenore puncti 15i ex officio tractabitur, hinc statio directoris quarteriorum militarium velut caeteroquin, provisorio saltem modo ac interimaliter introducta dehinc cessabit, neque eatenus ulla errogatio amplius per gremiale officium cassae velut praesentibus edocendum instituetur.

Postea relata et approbata est sub numero 104o notarialis instructio, reflexe ad quam committitur domino ordinario notario Stajdacher, ut cum ductu puncti 7mi normales altiores resolutiones dehinc distincto libro inserendae veniant, librum hunc tempestive confici, ac erundem normalium dispositionum horsum subinde intimandarum, ad eundem librum insertionem a 1ma januarii anni imminentis 1813ae fieri curet. Repertorio per dominum regestratorem gremialem semper rite conficiendo eoque hic praenotato, quod praeteritorum annorum normales ordinationes occasione illa, dum archivum ad novam domum civicam modalitate superius in sessione 9a declarata erga elenchos transferetur ac respective ipsi elenchi conficientur, perquirendae ac perquisitae pariter distincto libro inserendae sint.

Denique sequebantur instructiones fisci civici sub numero 105o et fori inspectoris sub numero advolutae, quibus aeque approbatis, exactorali vero instructione de anno 1794. ut sub numero 107o porro subsistente declarata, quoniam reliquorum officialium civicorum uti et servientium obligationes ex ipsis eorundem juramentis satis liquerent pressius recomendavit, imo injunxit Sua Magnificentia dominus commissarius regius, ut praerepetitae instructiones concernentibus individuis non saltem quo celerius sub authentico una cum suis provocatis extradentur, sed et serio invigilentur, quo omnes ac singuli domini magistratuales et officiales hujates civici officiorum et respective servitiorum suorum partes ad amussim adimpleant, sicque unita opera intensoque conatu debitus manipulationis publicae ordo in hac civitate procuretur, tali demum pacto altissimae expectationi regiae ad amussim satisfiat.

Queis terminatis quemadmodum magnificus dominus consiliarius regius et inclyti Comitatus Zagrabiensis ordinarius vicecomes Georgius Josephus Bellossevich, reflexe ad deprimendam lignorum focalium hic loci caristiam (cujus intuitu superius e sessione restauratoria 10ae sub numero 93ae abhinc requisitoriae ad praelaudatum inclytum Comitatum Zagrabiensem litterae exaratae exstiterant) officiose projectavit, ut ad exemplum aliarum non nullarum civitatum hic quoque loci quispiam designetur locus, quorsum diversi privati nec non dominia terrestralia ligna sua venalia opportuno anni tempore convehi, in orgias componi ac fine provisionis publici absque surreptionis periculo venui exponi facere possint: ita honorificae ejusdem domini vicecomitis litterae sub 12o currentium expeditae ac isthic ad numerum 108ae exhibite lectae ac gratanter susceptae sunt. Et quia omnino sperari possit, quod habito praeprojectato loco hujus pernecessarii articuli major concursus procurandus ac in majori concursu exaggerata lignorum focalium pretia, pedetentim im-

minuenda sint, domino Joanni consuli Bradicza commissum est, ut cum interventu fisci civici de accomodo loco, ubi depositorium idmodi lignorum constituti valeret, tempestive prospiciat, talemque praevie dimensurari procuret: quo habito in deputatione gremiali aeconomica erga fiendam subin magistratui opinativam relationem, uberius eruderabitur, qualiternam talismodi locus pro depositorio lignorum deserviturus cingendus, an item ibidem aliquod et quale ac quo scopo aedificium erigendum, an qualis et in quos fines convertenda ac qualiter ab asservandis ibidem lignis exigenda taxa utrum item penes hanc lignorum manipulationem aliquod ex parte publici individuum et cum qualibus obligationibus, quali porro et unde dependendo salario constituendum, verbo qualiter reliqua ad salutarem hunc scopum tendentia adminicula procuranda ac totum ishoc negotium cum utilitate et publici comodo ad effectum dirigendum sit; de qua nunc attacta determinatione ante fata Sua Magnificentia dominus ordianrius vicecomes in vicem responsi ex hodierno perhumane edocebitur.

Tandem legendas tradidit Sua Magnificentia dominus commissarius regius dupplicis ordinis instantias, unam sub numero 109 domini Regni phisici Thomae Prevendar respectu causae suae activae contra dominos Franciscum Skarecz et medicum Mihokovich intuitu foenilis Dusicza instituto praeemptionis, errectae ab advocato Skarecziano domino Kossutich repetendae ac accellerandae, alteram vero domini Georgi Kraly sub numero 110o pro reexigenda ac decidenda causa sua fraudis et doli per dominum Horvath suscitata exhibitas. Quibus lectis, missus fuit cancelista hujas Petrus Hozjak, qua custodiam processuum hic loci gerens ad respectivas partes; quae praescitas causas praemanibus suis detinerent pro eo, quo easdem causas reddere noverint: qui cancelista Hozjak paulo post redux verbo retulit causam Preverendarianam per dominum Kossutich omnino reportatam esse, processum vero Horvattyano-Kralyanum, ex quo ex parte antelati actoris appromissum est restituendum venire. Qua cancellistae relatione isthic praenotata, praelaudata Sua Magnificentia dominus commissarius regius interiori magistratui, ut praenarratos processus in obsequium emanatorum de iisdem ac cellerandis altissimorum ordinum omnimode servatis de jure servandis definire satagat, commissit dereliquo vero disposuit, ne dehinc sine positivo domini ordinarii notarii scitu et indultu aut plane citra praescitas reversales aliqui processus, coram hoc foro civico decurrentes seu partibus seu vero allegantibus dominis advocatis per memoratum cancellistam ex procuratoria extradentur. Sessione caeterum pro hodie soluta.

Sessio 13a

Anno 1812. die 15a mensis decembris Zagrabiae in curia civica, sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich, Suae Majestatis sacratissimae consiliarii et ad excelsam regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Tabulam Banalem cojudicis, qua tamen commissarii regii praesentibus autem ex interiori magistratu dominis Paulo Gorup judice, Joanne Bradicza consule, Joanne Kukovich capitaneo, Sigismundo Byff et Joanne Czappan senatoribus. ex exteriori vero magistratu seu ellecta communitate dominis Josepho Stajdacher ordinario notario, Bartholomeo Mattachich fisco, Stephano item Briglevich,

Mathia Mihanovich, Josepho Chernich, Josepho Shyprak, Paulo Zavodzky, Joanne Frankovich, Josepho Rauth, Francisco Skarecz et Ignatio Kavich juratis gremialibus assessoribus pertractata exstiterunt sequentia: utpote

Legebatur projectum stabiliendi de hinc proventus stolaris per gremialem reverendissimum dominum parochum et abattem Josephum Karvanchich in consequentiam actorum sessionis 11ae ellaboratum, isthicque sub numero 111o adjacens, erga quod projectum spectatis partim modernis temporum circumstantiis, partim vero stolaribus obventionibus ab olim uti superius sub numero 88o adparet, praevigentibus taxae stolares pro futuro stabilitae ac defixae sunt modalitate hicce sub numero 112o tabelariter deducta, quae neo defixae taxae sacro officio Diaecesano hujati Zagrabiensi litteratorie, ut sub numero 113o insinuabuntur.

In reliquo autem cum coemeterium sancti Georgi jam reppletum esset ac necessitas de coemeterio alibi providendi adhuc sub 11a januarii 1806o numero protocolari 27a recognita fuisset sed et res quoque sanitatis exigeret, ut de loco coemeterii alibi defigendo ac claridendo tam sancti Rochi, quam et praesertim antelato sancti Georgii coemeterio aliquid cum efficacia disponatur, Sua Magnificentia dominus commissarius regius, considens item magistratus et ellecta communitas, considerato etiam eo, quod hanc in rem testibus actis publicis cum inclyto quoque Comitatu hujate Zagrabiensi cointelligentia habita fuerit ac signanter terra certi subditi civitatensis Tiszak uti id acta magistratualia sub 18a octobris et 25ae novembris 1806o numeris 1288o et 1470 conclusa diserte perhiberent, in hunc finem projectata exstiterit, effectuationem meriti istius omnimode procurandam existimavit: et ideo interior magistratus nullatenus intermissurus est negotio huic majorem in modum incumbere, simul et reali cum effectu procurare, ut clausis praeattactis modernis coemeteriis sufficiens et accomodus pro coemeterio locus alibi exscindatur ac peculiariter memorata terra Tiszakiana velut spectato etiam situ suo ad id qualificata ex integro convertatur, denique in quantum ipsum coemetrium remotius futurum est, ex ratione commoditatis publici ac ad exemplum aliarum bene ordinatarum civitatum publicus funebralis currus introducatur.

Post haec lecta est sub numero 114 instantia domini Francisci Franchak sibi benignam resolutionem regiam, medio cujus ex incidenti processus ad poenam infamiae nomine suo contra dominum Michaelem Vittunszky suscitati domini fiscalis civici Stephani Briglevich ab officio et salario suspensio primitive disponebatur, sub lecta notariali extradandam disponi supplicantis: erga quam committitur officio notariatus, ut domini instantis postulato satisfaciat ac nuncfatam benignam resolutionem ubi semet eatenus insinuaverit, eidem extractive, in quantum quippe eadem altissima resolutio regia de praenarrato processu sonaret, sub sua lecta extradet.

Porro lectus est recursus nobilis Mathiae Czvetkovich civis hujatis sub numero 115o pro removendo ante vacuum fundum suum extructo fine emacillandarum carnium tugurio exhibitus: ope cujus siquidem exponeretur, quod causa tugurii hujus ibique emacillari solitarum carnium animalia terrefiant, jamque bini casus, qui dicti tugurii remotionem suaderent, acciderint, domino capitaneo Kukovich commissum est, ut cum adjungendo in expositionem instationalem et respective in realitatem ac causam recensitorum per supplicantem casuum ivestigent resultatumque interiori magistratui subin referant, una et visa localitate opinionem depromant, an quaestionatum tugurium seu emacillandarum mundarum carnium officina abinde aliorsum ac quorsum transferri et accomodari possit.

Item lectus estitit supplex libellus domini Joannis Frankovich assessoris hujatis contra factum exequutionis sibi, qua fundorum Chernomerecz actuali possessori absolvi neglectam per priores possessores contributionem anno supperiori 1811. illatae, recurrentis, eatenusque medelam poni una et ex domino Petro Junkovich satisfactionem impendi exorantis: erga quem supplicem recursum decisum est: cum quaestio respectu neglectae antelatae contributionis in formali via juris ventillata et decisa fuerit, dominusque instans viam novi jam ingressus sit, sed et errores, sic quia occasione exequutionis irrepsissent, hac instantianali via superari nequirent, eundem itaque dominum supplicantem ad legalem viam ultro inviari et quia ipse recursus, ejusdemque provocata vastiora essent ac respective in authentica expeditione adnexa fuissent, ne dominus recurrens novis expeditionalibus et scripturisticis expensis citra necessitatem aggravetur, praeattactum recursum cum suis acclusis restituendum venire.

Demum in ordine ad recursum domini Joannis Horvatich sub numero 116o sibi super consulari suo, quod occasione prioris 4a aprilis 1808: hic loci servatae restaurationis magistratualis consequutum erat in quo per unum integrum annum perstiterat officio qualiter adimpleto litteras testimoniales extradari petentis, conclusum est, siquidem id, quod dominus supplicans, per tempus sui consulatus semet omnino distinxerit, laudabiliterque gesserit et in explendis muneris sui partibus non solum peculiarem dexteritatem ac promptitudinem suam remonstraverit, sed et insignem zelum atque exactitudinem in effectu probaverit, publice constaret, actaque magistratualia ubertim perhiberent, hinc eidem desideratas testimoniales applacidari.

Queis ita actis ut quanto celerius super praesenti restauratione praescriptae relationes altioribus locis praestari, eaque quae cum actu restauratorio connexa sunt, in tempore purisari valeant, domino notario in comissis datum est, ut cum civitas actu sufficientibus scribis provisa non esset, de his provideat ac tot quod necessarii sunt, diurnistas assumat.

1813.

Sessio 14a

Anno 1813. die 1a mensis februarii Zagrabiae in curia civica sub praesidio magnifici et spectabilis domini Joannis Chachkovich, Suae Majestatis sacratissimae consiliarii ad excelsam in regnis Dalmatiae et Croatiae et Slavoniae Tabulam Banalem cojudicis ac complurium inclytorum comitatuum sedis judiciariae assessoris, qua tamen altissime

delegati restaurantis commissarii regii, prasentibus dominis ex interiori senatu Paulo Gorup judice, Joanne Bradicza consule, Joanne Kukovich capitaneo ac Nicolao Babochay et Sigismundo Byff juratis senatoribus (senatoribus Stephano Mlinarich et Joanne Czappan infirmitate impeditis), ex ellecta autem communitate Josepho Stajdacher ordinario notario, Bartholomeo Mattachich fisco, nec non Stephano Briglevich, Julio Dikovich, Josepho Chernich, Michaele Kayzer, Josepho Shyprak, Casparo Sostarich, Joanne Frankovich, Paulo Zavodzki, Nicolao Hutter, Josepho Rauth, Antonio Mallisher, Stanislao Chegetek et Thoma Chuchich, juratis gremialibus assessoribus continuative celebratae restauratoriae sessionis acta.

Praelaudata Sua Magnificentia dominus commissarius regius id pro scopo praesentis sessionis habens, ut celebratae modernae restaurationis magistratualis acta concludantur atque demandata relatio desuper altioribus locis praestanda admaturetur, demum ea, quae adhuc a pertractatione dependent mutuis consiliis ac unita opera definiantur, iussit inde ab ovo universa acta recapitulari, prasensque protocollum per extensum publicari. Relectione itaque actorum 1ae sessionis instituta dominus primarius vicenotarius Josephus Kovachich in nexu instantiae suae superius sub numero 26o praeadjacentis ope cujus tum pro assessorali, cum senatoralibus vacantiis, hac resauratione candidari exoptabat, candidatus tamen motivo tunc nondum supervenientis circa sui a nexu affinitatis, qua domino assessori Skarecz jungitur, dispensationem altioris resolutionis haud erat, non tantum declaravit ibidem desideratam altissimam resolutionem regiam tardius tam via camerali quam et media excelsi Consilii regii locumtenentialis ad civitatem hanc advenisse, sed etiam petiit, eandem benignam resolutionem regiam hac vice coram considente quoque communitate, pro statu notitia, ac habenda eiusdem benignae resolutionis regiae in affuturae restauratione condigna reflexione republicandam gratiose admitti. Cujus postulato exaudito intimata tam altefati excelsi Consilii regii locumtenentialis, quam et excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae, quoad memorati domini Kovachich a praeattactae affinitatis impedimento dispensationem emanata lecta sunt: que isthic sub numeris 117o 118o adnectuntur.

Post haec deventum est ad perlectionem protocolli sessionis 2ae ubi Suae Magnificentiae domini commissarii regii, interioris item magistratus et ellectae communitatis attentionem peculiariter movit illud, quod tam deaugendo penes hanc civitatem Zagrabiensem statu personali, quam et de meliori gremialium magistratualium ac officialium civicorum dotatione non tantum serio cogitandum, verum et e re quoque publici servitii omnimode ac inevitabiliter providendum sit. Necessitatem eatenus explicant gravia motiva jam hucusque in contextu praesentis protocolli restauratorii deducta, quin imo indisputabili exemplo sunt copiosissimi in pertractatione negotiorum publicorum accumulati defectus, qui praesertim ab eo inde tempore, a quo penes hanc urbem publica agenda multiplicari coeperunt, tum propter nimis exiguum magistratualium numerum, cum et ideo ennati sunt, ennascique debuerunt, siquidem et illi pauci magistratuales, qui publica curabant, vilissime soluti fuissent, adeoque necessariam sui sustentationem ex officii pro-

ventu nec a longe prosperare queuntes, semet magis domesticis curis quam servitio publico impendere sicque muneris sui partes, sollicitudine quaerendorum vitae mediorum suapte negligere debuissent. Ob improportionata salaria et hac restauratione testibus sessionis 7ae actis factum est, quod complura individua ex ipsa hujate ellecta communitate sui pro interioris senatu vacantiis candidationem plane deprecata fuerint.

Augendum autem magistratualium numerum suadent, imo deposcunt multatae civitatis hujus circumstantiae et limitrophus ejusdem hujus urbis situs, valde item ampliata per aedificationem domorum civitatis extensio ac multum adaucta impopulatio, hincque jam nunc hic loci adeo increscentes officiosi labores, ut secus certe nec spes sit, quo copiosa quotidie intercurrentia objecta, negotiaque publico- politica, judiciaria, rationaria, aeconomica, militaria ac pupillaria, alique ex asse pertractari et debita cum exactitudine effectuari possint, cum primis postquam ab amplitudinem manipulationis publicae privilegiales duae in septimana sessiones prorsus non sufficiunt, verum moderna pauca in interiori senatu individua respective sessionibus magistratualibus, respective vero deputationibus ferme quotidie celebrandis etiamsi ad casus infirmitatum nec reflectantur, in tantum occupantur, ut re vero ipsi phisicum tempus suppetat, quo conclusa demandatus effectui, mancipare ac de effecticatione requisitas relationes adpromptare et tempestive praestare possint. Unde hac quoque restauratione accidit, quod ob mollem ordinarie ac indies intervenientium agendorum nec sessiones restauratoriae in continuo celebrari quiverint, ast ad declinandam currentium penes magistratum negotiorum excessivam accumulationem reiteratim interrumpi, taliterque ipse actus restauratorii consumatio suapte traderi debuerit.

Sua itaque Magnificentia dominus commissarius regius in hoc rerum situ benigni Suae Majestatis sacratissimae mandati restauratorii superius sub numero 1o in sessione 1a publicati, itaque ut hac occasione isthic internus status, pro emolumento et incremento civitatis reguletur diserte praecipientis tenoribus insistendo opiniones ac sensa omnium et singulorum coassidentium ubertim ac plene praevio in merito, ruminatisque viribus cassae experiri, cognoscereque dignabatur atque tandem collatis in unum consiliis adinventum est, ut, cum melior magistratualium ac officialium gremialium dotatio omnino necessaria sit, scopoque talis benigne resolvendae humillima remonstratio ab hinc sonticis ex motivis, cumque deductione ellevandorum salariorum fundi sub numero 119 ad excelsam Cameram regiam Hungarico-aulicam mense julio anni prioris 1812. facta exstitisset interea etiam, donec faventiores civitatis hujus adveniant circumstantiae, hisque advenientibus reflexe ad vires cassae civicae plura individua demisse expeti poterunt, excelsa dicasteria per praesens protocollum in humilitate exorentur, quo potenti validissimaque sua apud Suam Majestatem sacratissimam interpositione exoperari gratiosissime dignentur, ut non tantum spectata praesentanea charistia ac extrema laborum hic loci vastitate servientia individua per benigne ad placidandam modernorum vilium salariorum ellevationem condigne consolentur, sed et in proxime affutura hic loci magistratuali restauratione adhuc duo senatores cum solitis beneficiis,

ac salario eligi, sicque interioris peculii hujus regii magistratus, qui nunc ex judice, consule, capitaneo et quatuor duntaxat senatoribus, consequenter universim ex individuis saltem septem consistit, pro futuro ex individuis novem consistere possit.

Humillimas preces has alioquin inevitabilis necessitatis fundamento suffultas ipsa quoque privilegia, ac vetustissimae superius sub numero 33o advolutae civitatis hujus constitutiones, quae de 12o plane senatoribus penes hanc urbem admovendis diserunt, suadent, fundum vero hoc fine necessarium praebet tum deductio superius sub numero 119o attacta, cum etiam taxae funduales ad normam actorum deputationalium per excelsum Consilium regium locumentiale de dato 3ae julii 1810 numero 12656 benigno gratiose per extensum approbatorum in 2 florenis a centum defixae, quae mox cum exordio imminentis mensis martii anni currentis et quidem ab emptore in uno a venditore autem itidem in uno floreno a 100 ad rationem cassae camerariae desumi ordinantur atque pro futuro facile proventum in florenis 3 000 annue constituent.

Quibus ita actis continuabatur perlectio protocolli restauratorii lectioneque usque sessionem 7mam peracta hodiernae sessionis finis impositus est, reliqua vero in diem 4am labentium dilata habentur.

Sessio 15a

Anno 1813ae diebus 4ae et 5ae februarii Zagrabiae in curia civica sub praesidio magnifici et superabilis domini Joannis Chachkovich, Suae Majestatis sacratissimae consiliarii, excelsae regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, Tabulae Banalis cojudicis, et complurium inclytorum comitatuum sedis judiciariae assessoris, qua tamen altissime denominati restaurantis commissarii, praesentibus ex interiori magistratu dominis Paulo Gorup judice, Joanne Bradicza consule, Joanne Kukovich capitaneo, Nicolao item Babochay, Sigismundo Byff et Joanni Czappan juratis senatoribus, ex ellecta autem communitate Josepho Stajdacher ordinario notario, Bartoholomeo Mattachich fisco nec non Stephano Briglevich, Mathia Mihanovich, Julio Dikovich, Josepho Chernich, Michaele Kayzer, Joanne Frankovich, Casparo Sosstarich,Josepho Shyprak, Paulo Zavodzky, Nicolao Huter, Josepho Rauth, Nicolao Zdenczay, Antonio Malliser et Thoma Chuchich juratis gremialibus assessoribus celebratur ultima sessio restauratoria, occasione cujus

Dominus consenator Nicolaus Babochay e sede sua consurgens super diuturnis suis suique olim senatoris servitiis civitati huic Zagrabiensi fideliterque praestatis litteras testimoniales sibi extradendas resolvi condecenter petiit, cujus postulato delatum quaesitaeque litterae testimoniales pro recommendatione domino supplicati deserviturae applicidatae sunt.

Postea vero continuata erat perlectio protocolli praecedentium 7ae, 8ae, 9ae, 10ae, 11ae, 12ae, 13ae et 14ae sessionum: quo protocollo denuo tandem Sua Magnificentia dominus consiliarius et commissarius regius functionem suam restauratoriam sibi ab altissimo loco clementer delatam sese finivisse declarans, una et illud, ut terminato praededucta

ratione modernae restaurationis actu periodicae tabellae 16ae peagantur, sibique quantocius per interiorem magistratum fine ulterioris transmissionis substernantur, disponens magistratui huic et ellectae communitati tam in concreto quam et cuilibet singillative, mutuam pacem et harmoniam, dein autem indefessam iustitiae administrationem ac exactam altiorum ordinationum de tempore in tempus effectuationem, denique omnimodam ad impletionem eorum, quae ad muneris partes cujusvis servientis magistratualis ac officialis gremialis civici pertinent, ultro presseque commendare dignabatur, cui magnifico domino commissario regio posteaquam per dominum judicem hujatem Paulum Gorup ex parte magistratus et ellectae communitatis accomode responsum, atque sincerae gratitudinis ac venerationis officia non tantum humillime deprompta, sed et eadem Sua Magnificentia demisse in eo, ut peculium isthoc regium interioremque magistratum et ellectam communitatem ita prout et singula ejusdem magistratus ac ellecta communitatis individua et commembra gratiis ac benevolentia sua porro prosequi et complecti, demum benignitati etiam ac illimitatae Sua Majestatis sacratissimae clementiae excelsorum vero Dicasteriorum protectioni ac patrocinio comendare gratiose dignetur, enixis precibus exorata fuisset, finis sessioni huic ac modernae restaurationis actui positus est.

Lectum et publicatum per Josephum Stajdacher antelatae civitatis Zagrabiensis juratum ordinarium notarium m. p. locus sigilli civitatis minoris.

1821.

Anno 1821o die vero 10a julii Zagrabiae in curia civica, sub praesidio illustrissimi domini Ludovici Bedekovich de Komor, sacrae, caesareae et regio apostolicae Majestatis camerarii ad inclytam Tabulam districtualem regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae cojudicis, nec non complurium inclytorum Comitatuum sedis judiciariae assessoris, qua tamen altissime constituti restaurantis commissarii regii, cum interventu autem spectabilis domini Joannis Raizner, inclyti Comitatus Crisiensis Tabulae judiciariae assessoris et inclyti Comitatus Zagrabiensis rationum exactoris, velut munus actuarii penes praelaudatam Suam Illustritatem dominum commissarium regium abeuntis, nec non praesentibus dominis et quidem ex magistratu interiori Paulo Gorup judice, Joanne Kukovich substituto consule, Sigismundo Byff substituto capitaneo, ex ellecta vero communitate Josepho Stajdacher ordinario notario, Stephano Briglevich, Michaele Kaizer, Joanne Frankovich, Casparo Sostarich, Josepho Syprak, Josepho Rauth, Stephano Derchich, Daniele Babok, Bartholomaeo Mattachich, Stanislao Chegetek et Thoma Chuchich juratis gremialibus assessoribus (dominis substituto fisco Paulo Zavodzky velut infirmitate impedito, assessoribus autem Georgio Luketich et Nicolao Zdenchay tanquam Zagrabia obsentibus horsum haud comparentibus) ac denique in concursu dominorum vicenotariorum Josephi Kovachich et Aloysii Shrabecz celebrata est intuitu restaurationis magistratualis

Sessio 1ma

In qua postiquam praelaudata Sua Illustritas dominus commissarius regius in medium magistratus et ellectae communitatis in unum congregatae se contulisset, sessionem hanc cum eo aperuit, quod siquidem in obsequium benignae resolutionis ad eum qua restaurantem commissarium regium dimissae, praeter restaurationem magistratualem, velut principale missionis hujus objectum, effectuatio quoque altissimorum ordinum praeexistenti commissario regio domino consiliario Chachkovich ex incidenti postremae restaurationis datorum, in quantum his propter non consumatam anno 1818o indictam restaurationem satisfieri non potuit, ad partes muneris sui pertineat, nec spectato vacantiarum per restaurationem complendarum numero crastinam sessionem restauratoriam in tempore coarctari contingat, illorum effectuationem, quae hodiernae sessionis objectum constituent, restaurationi praemittendam judicaverit, ideo imprimis gratiose republicari fecit benignam resolutionem regiam in merito prioris restauratonis civicae anno 1812o mense novembri celebratae, nec non erga denunciationes Michaele Vittunzkvanas via excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae de dato 27ae mai 1818o numero 14839o dimissam. In cujus sequelam siquidem processus fiscalis propter insolentes et praesumtuosas expressiones contra magnificum dominum consiliarium regium Georgium Bellosevich, qua antehac operantem in hac urbe commissarium prolatas adversus Georgium Kraly praeerectus, pro cessante clementer declaratus haberetur, ipse tamen Georgius Kraly ob proterviam suam et indecorum scribendi modum, quo altissimum thronum regium mollstare et personam delegatione regiae postestatis ornatam ledere praesumpsit, altissimo nomine reprehendi, praeterea demum civico huic magistratui, cui justitiae acceleratio incumbit, morositas in protracto memoratu processu remonstrata improbari praeciperetur. Eadem Sua Illustritas improbationem hanc ponderoso sermone non tantum nunc dicto civico magistratui declaravit, sed et antelatum Georgium Kraly, ad publicum hunc consessum, citatum, altissimo nomine regio gravius reprehendit.

Postea autem Sua Illustritas id, quod ductu praecitatae benignae resolutionis regiae interior magistratus hac restauratione duobus adhuc senatoribus omnino augendus sit gratiose innuens, commissit una civico huic magistraturi, ut adpraescriptum ejusdem altissimae resolutionis regiae pro regestratione et in ordinem redactione interioris civici archivi et scripturarum gottico et antiquo caractere exaratarum individuum aliquod qualificatum aversionaliter conducendum exquirere, atque altioribus hac in parte ordinibus satisfacere, demum vero gremialium potentiorum civium melioris caracteris et qualitatis filios eo provocare noverit, quo in locum secundarii vicenotarii occasione prioris restaurationis anno 1812o praecelebratae constituti partem laborum notarialium absque cassae aggravio sub spe consequendae subin actualitatis in se assumere ac supportare velint.

Reflexe porro ad ordinarium civitatis hujus fiscalem dominum Stephanum Briglevich altiores ordines medio praeprovocatae benignae resolutionis regiae intimatos in effectum deductura praetitulata Sua Illustritas dominus commissarius regius dignabatur eundem dominum fiscalem Briglevich serio commonere, quatenus deinceps debitam subordinationem et respectum civico magistratui suo exhibere ac a quibusvis harmoniam turbare queuntibus ausibus abstinere teneatur, una vero gratiose disponere, ut cum ductu praeprovocatae de dato 27ae mai 1818o emanatae altioris resolutionis salarium ejusdem domini Briglevich per tempus ipsius ob officio suspensionis minus applacidatum haberetur, tale eidem cum connexis beneficiis nonnisi a dato emanationis nuncfatae resolutionis, velut repositionem ipsius ad officium confirmantis (salva altiori ratificatione) dependatur.

Queis taliter actis, eoque per praelaudatam Suam Illustritatem declarato, quod quemadmodum terminus celebrandae restaurationis in crastinam diem jam antehac scripto praefixus exstitit ita talis reipsa cras suscipienda sit, eadem Sua Illustritas e domo praetoreo-senatorea abscessit, atque in comitiva magistratus et ellectae communitatis ad propria redivit.

Anno 1821o die vero 11a mensis julii Zagrabiae in curia civica sub praesidio Suae Illustritatis domini camerarii et commissarii regii Ludovici Bedekovich, cum interventu item actuarii commissariatici spectabilis domini Joannis Raizner, nec in concursu individuorum ex interiori magistratu et ellecta communitate superius in sessione 1a specifice designatorum servata est sequenti modalitate restauratio magistratualis et

Sessio 2da

Postquam videlicet praetitulatus illustrissimus dominus camerarius ac commissarius regius e solita residentionali domo sua una cum magistratu et ellecta communitate pro audiendo missae sacrificio et invocando sancti Spiritus lumine ad gremialem parochialem sancti Marci ecclesiam concessisset ac terminatis ibi divinis ad domum praetoreo-senatoream venisset, praesidiumque coepisset, nec non individua interioris magistratus et ellectae communitatis juxta senium praeobtentorum officiorum sedes suas occupassent, dignata fuit eadem Sua Illustritas praeprimis gratiosum decretum camerale ad se sub dato 29ae mai anni currentis numero 18206 in eo expeditum, quod quippe Sua Majestas sacratissima provinciam moderandae hac vice restaurationis hujatis civicae eidem benignissime deferre ac simul effectuationem eorum, quae ab ultima restauratione sub auspiciis prioris commissarii regii magnifici domini Joannis Chachkovich, Suae Majestatis sacratissimae consiliarii et excelsae Tabulae Banalis assessoris, praesusceptae ac terminatae ineffectuata remanserunt, clementer committere, una cum adjacente ibidem benigno mandato restauratorio ad civitatem hanc sonante et de dato 9ae martii anni currentis numero aulico 3170o edito, scopo publicationis gratiose exhibere: quibus non minus ac etiam gratioso excelsae Camerae regiae Hungario-aulicae paritionis intimato ad civitatem hanc, aeque sub praecitato 29ae mai anni currentis dato et numero 18206o dimisso idque, ut praetitulato domino commissario regio ex parte magistratus omnis debita reverentia ac obsequium prae-

stetur, semet praeterea individua civica dispositionibus ejusdem domini commissarii regii ad amussim conforment, restaurationi item magistratualis paccate ac tranquiliter interveniant, denique post consumatam restaurationem ad summum intra trimestre 16 tabellas periodicas una cum cohaerente relatione restauratoria consignent, praecipiente, publicatis, dein Sua Illustritas dominus commissarius regius pro observando debito in hac restauratione ordine republicari jussit, republicataque sunt sequentia: utpote

a) Gratiosum camerale intimatum de dupplicitate officiorum penes magistratus civicos in genere vetita sub 8a junii 1819i numero 15789o circulariter exaratum: cujus in obsequium dominus praexistens senator et substitutus consul Joannes Kukovich, velut in cameralem dominiorum Croaticorum Millana et Horvaczka fiscalem denominatus, praegesta civica sua resignavit et nonnisi in hujate ellecta communitate sedem assessoralem vi benigno gratiosi excelsi Consilii regii locumtenentialis Hungarici intimati de dato 14ae martii 1820. numero 6969o emanati sibi delatam capessivit.

b) Aliud circulare excelsae Camerae intimatum sub 24a augusti anni prioris 1820i numero 27402o editum ac illud disponens, quod notarii civitatum a consultationibus in objecto electionis judicis, consulis, capitanei ac senatorum excludantur.

c) Tertii ordinis gratiosa cameralis intimatio de non candidandis et eligendis absque altiori dispositione individuis in arctiori, et vetito consangvineitatis, aut affinitatis nexu cum servientibus magistratualibus et ellectae communitatis personis constitutis, sub 22a februarii anni currentis numero 5878o circulariter extradata. Item republicata est:

d) Norma qualiter servandae restaurationis magistratualis ab altiori loco praescripta et continua multorum annorum serie observata: denique

e) Republicata et in memoriam revocata fuit formula juramenti assessoralis, quo quilibet in omnibus et peculiariter in electione judicis, aliorumve magistratualium et subalternorum individuorum, ac redintegratione quarumlibet vacantiarum ad votum suum nonnisi juxta justitiam et conscientiam tribuendum obligatur.

Queis tali serie republicatis Sua Illustritas dominus camerarius et commissarius regius magistratum huncce et ellectam communitatem adstrictam tam praemissorum, quam et benigni mandati restauratorii observantiam succincto gravi tamen et ponderoso sermone provocavit ac maturam et ab omni partium studio alienam dignitati loci et actus correspondentem consultandi rationem omnibus injunxit, una attentum reddendo, magistratum et ellectam communitatem ad gravitatem hodierni actus restauratorii, quo spectatis mutationibus inde a postrema restauratione intercedentibus et considerata novarum duarum sedium senatoralium accessione ac vacantiarum actualium numero nullus momentosior, nullus attentione publici dignior per acta civitatis exhibetur, tum ob oculos, poenendo eidem, quantae felicitatis civitas haec sub gloriosissimo regimine augustissimi principis et sub praesidio constitutionalis sistematis hodierna die particeps reddatur, qua a paritate comitatuum jus magistratum liberis suffragiis e medio sui deligendi exercebit: denique autem praevigentem ordinem relate admodum coligendorum votorum eum, ut domini assessores juxta seriem sedium consurgendo, atque spectata obtentae sedis aetate a juniori incipiendo viritim ad mensam accedant, et globos scrutinio ante Suam Illustritatem collocando in silentio immittant, stabiliendo digressum fuit ad ipsam restaurationem Suaque Illustritas gratiose candidare dignabatur dominos

Pro 1ma assessorali vacantia

vicejudicem nobilium inclyti Comitatus Zagrabiensis Joannem Mihanovich

et causarum advocatos Casparum Ivanossich, Michalem Stivalich, e quibus domino Ivanossich vota 5, domino vero Stivalich votum nullum recipientibus, ellectus est cum votis 10 dominus vicejudex nobilium Joannes Mihanovich, qua etiam in continenti solito assessorali juramento obstrictus exstitit.

Pro 2a autem sede assessorali e candidatis dominis:
gremiali primario vicenotario Josepho Kovachich,
causarumm advocato Georgio Kraly,
et secundario gremiali vicenotario Aloysio Shrabecz, secundus dominus Kraly votum 1, ultimus vero dominus Shrabecz vota 4 obtinentes emanserunt et prodivit ac adjuratus est cum votis 11 primus in ordine dominus vicenotarius Josephus Kovachich.

Pro 3a assessoratus statione candidabantur domini:
praefatus Casparus Ivanossich,
antelatus Michael Stivalich
et gremialis substitutus registrator ac una causarum advocatus Josephus Lukssich,
quorum primus dominus Ivanossich cum votis 3 et secundus dominus Stivalich cum voto 1 emanserunt, tertius vero dominus Lukssich cum votis 13 in assessorem creatus, mox consuetum assessorale juramentum deposuit.

Pro 4a vacantia assessorali candidati exstiterunt domini:
causarum advocatus Georgius Kraly,
praefatus vicenotarius Aloysius Shrabecz,
et causarum advocatus Ignatius Andrievich,
ex quibus domino Kraly vota 2, domino autem Andrievich itidem saltem vota 2 obtigerunt et sic assessor electus dominus Aloysius Shrabecz cum votorum suffragiis 14, actutum consueto juramento obstrictus.

Pro 5a assessorali vacanti candidationi substernebantur domini:
superius attactus Casparus Ivanossich,
causarum advocatus Emericus Karvanchich,
et cassae politico fundationalis contraagens Nicolaus Czernkovich de quibus, quia dominus Ivanossich vota solum 6 et dominus Czernkovich votum duntaxat 1 obtinuissent, iidem taliter emanserunt ac in assessorem creatus est penes solitam juramenti depositionem dominus Emericus Karvanchich cum votorum suffragiis 12.

Pro 6a vacante sede assessorali candidabantur domini:
antelatus cassalis contraagens Nicolaus Czernkovich,
repetitus Gasparus Ivanossich,
et remomoratus Michael Stivalich,
quorum primus dominus Czernkovich cum votis 11 electus, actutum

consuetum assessorale juramentum deposuit, domini autem Ivanossich cum votis 7, et Stivalich cum votis 2 emanserunt.

Denique pro vacantia assessorali 7ma candidationi subjiciebantur domini:

causarum advocati Ignatius Andrievich, Gasparus Ivanossich, Joannes Bedekovich,

ex quibus dominus Ivanossich cum votis 7 et Joannes Bedekovich cum votis 5 praeteriti sunt ac in assessorem penes solitam juramenti depositionem cum votorum suffragiis 9 evasit dominus Ignatius Andrievich. Redintegrata proinde praevia ratione electa communitate ac constitutis praenominatis 7 assessoribus, Sua Illustritas dominus commissarius regius ad redintegrationem interioris senatus digrediebatur atque

Pro 1ma vacante sede senatorali candidare dignabatur dominos:

actualem civitatis hujus ordinarium notarium Josephum Stajdacher,
assessores
Joannem Frankovich,
Stephanum Derchich,

ex quibus domino Frankovich vota 4, domino vero Derchich votum nullum obtinente, dominus Josephus Stajdacher votorum suffragia 12 consecutus, solitum officii juramentum ellicuit, primamque sedem senatoralem occupavit.

Et quia per hujus domini Stajdacher pro senatore electionem rursus una vacantia in ellecta communitate evenisset, pro tali complenda candidationem ingressi sunt domini:

causarum advocatus Thadaeus Ferich,
gremialis cassae contraagens Joannes Antholkovich,
et causarum advocatus Antonius Czappan,

qua occasione postquam dominus assessor Joannes Kukovich, velut candidato domino Antholkovich in primo affinitatis gradu junctus e serie votisantium recessisset, ad ipsam electionem processum erat, hocve illud tulit resultatum, quod primus dominus Thadaeus Ferrich cum 12 votorum suffragiis in assessorem creatus ac solito juramento mox obstrictus exstiterit, dominus vero Antholkovich cum votis 7 et dominus Czappan cum votis 2 emanserint.

Qua assessoris ellectione superata pro 2a senatorali vacantia per Suam Illustritatem dominum commissarium regium proponebantur domini:

gremialis substitutus caussarum perceptor Ignatius Kavich,
assessor Michael Kaizer,
et vicenotarius Josephus Kovachich,

quos inter dominus Kaizer votum unum, domini vero Ignatius Kavich et Josephus Kovachich singillative vota 9 obtigerunt. In qua votorum aequalitate erga factam condecenter Suae Illustritati domino commissario regio in eo, ut ad evitandam respectu horum duorum aequalem suffragiorum numerum, obtinetium individuorum novam votisationem, pro iminenti sua, sibique, juxta praevigentem consuetudinem competente authoritate unum ex his pro senatore deligere dignetur, ex parte

considentis magistratus et ellectae communitatis propositionem eadem Sua Illustritas ad vota domini Ignatii Kavich accessit et sic idem 2am sedem senatoralem consecutus, consuetum officii juramentum elicuit.

In locum vero hujus domini Kavich pro assessorali vacantia iterum enata candidabantur:

civis et mercator Georgius Demetrovich,
item civis et mercator Joannes Nikolich
nec non civis et nodifex Martinus Verbanich,

et quia instituta votorum connumeratione Joannem Nikolich vota 2, Georgium autem Demetrovich et Martinum Verbanich singillative vota 11 obtinuisse compertum fuisset. taliterque penes subversantem hanc suffragiorum aequalitatem rursus casus ille, ut quippe Sua Illustritas dominus commissarius regius ad deligendum unum ex his aequalem votorum numerorum obtinentibus individuis demisse exorari debuerit, enatus haberetur. Ita Sua Illustritate domino commissario regio in sequelam factae sibi eatenus humillimae propositionis ad vota Georgii Demetrovich accedente, idem Demetrovich in assessorem renunciatus, consuetoque juramento actutum obstrictus exstitit.

Pro 3a porro senatorali sede vacante candidationi substernebantur domini:

assessores Joannes Mihanovich, Michael Kaizer, Joannes Frankovich,

ex quibus Joanne Mihanovich cum votis 2 et Joanne Frankovich cum votis 4 emanentibus, ellectus est dominus Michael Kaizer cum votorum suffragiis 13 ac deposito solito officii juramento mox 3am vacantem senatoralem sedem occupavit.

Superata hac senatoris electione, pro complenda exinde in ellecta communitate ennata vacantia proponebantur domini:

scholarum nationalium inspector Thomas Koschak,
gremialis civitatis phisicus Joannes Daubach
et scholarum nationalium director Josephus Shufflay,

inter quos domino Koschiak vota 5, domino autem Sufflay votum 1 obvenit ac ellectus est dominus Daubach cum votis 19, qui neocreatus assessor mox etiam consuetum nuncupavit juramentum.

Pro 4a dein vacante senatorali sede proponebantur domini:

assessores
Joannes Mihanovich,
Josephus Lukssich,
Emericus Karvanchich,

ex quibus nuncfatus dominus Karvanchich cum nullo accepto voto, dominus porro Lukssich cum votis 10 praeteriti sunt, sedemque senatoralem 4am cum suffragiis 11 ellicitoque consueto juramento capessivit dominus Joannes Mihanovich, ea ipsi per Suam Illustritatem dominum commissarium regium data inviatione, ut praegestum officium vicejudicis nobilium mox resignare teneatur.

Ut autem per praecedentem hanc senatoris ellectionem novitus vacans effecta statio assessoralis compleatur, pro hac ultro candidabantur domini:

causarum advocati Casparus Ivanossich, Georgius Kraly. Michael Stivalich,

ex quibus ellectus ac assessorali juramento obstrictus est dominus Georgius Kraly cum votis 12 domino Casparo Ivanossich votis 11 et domino Stivalich votis dumtaxat 3 condecoratis existentibus.

Completis taliter denuo in ellecta communitate assessoralibus sedibus, transitum fuit ad 5am vacantiam senatoralem pro qua candidabantur domini:

assessores Josephus Lukssich, Emericus Karvanchich, Joannes Frankovich,

quia tamen dominus Emericus Karvanchich hanc sui candidationem decenter deprecatus, haecve deprecatio per Suam Illustratem dominum commissarium regium gratiose acceptata exstitisset, de novo pro attacta 5ta vacantia senatorali sequentes propositi sunt candidati, utpote

assessores Josephus Lukssich, Joannes Frankovich, Georgius Kraly,

inter quos accedentibus votis 12 electus est ac deposito consueto officii juramento sedem senatoralem 5tam adeptus est dominus Josephus Lukssich, posterioribus duobus dominis Joanne Frankovich cum votis 8 et Georgio Kraly cum votis 2 remanentibus.

Ellecto taliter domino Lukssich in senatorem, exinde vacans effecta assessoris statio denuo complenda restabat, proque eadem candidationi subjiciebantur domini:

causarum advocatus Joannes Bedekovich,
dominiorum inspector Ferdinandus Thomekovich
et nobilis civis Balthasar Piszachich,

ex quibus domino Piszachich cum votis 7 et domino Thomekovich cum votis 5 remanentibus, electus et adjuratus est accedentibus votis 15 primus in ordine dominus Joannes Bedekovich.

Pro 6ta senatorali sede candidabantur domini:

assessores Josephus Kovachich, Ignatius Andrievich, Aloysius Shrabecz,

qua candidatione per Suam Illustritatem dominum commissarium regium ennunciata, postremo nominatus dominus assessor una et vicenotarius Aloysius Shrabecz motivo ex eo, quod ultro quoque in linea notariali utilia civitati huic praestare desideret servitia, actis pro peculiari hac reflexione gratiis, semet e candidatione eximi petiit: cujus precibus gratiose exauditis, eadem Sua Illustritas novitus pro attacta 6a senatorali sede candidare dignabatur dominos:

assessores Josephum Kovachich, Ignatium Andrievich
Stephanum Derchich,

ex quibus domino Derchich 2 vota, domino vero Andrievich vota 6 obtinentibus, dominus Josephus Kovachich votorum suffragia 16 consecutus, solitum officii juramentum ellicuit atque 6am sedem senatoralem occupavit.

Hac senatoris ellectione superata, denuo casus redintegrandae in ellecta communitate enatae vacantiae intervenit atque pro hac vacante sede assessorali candidati exstiterunt domini:

juris professor Emericus Domin,

phisices professor Antonius Shufflay,
ex emeritus provisor dominalis Stephanus Poszavecz

inter quos ellectus et adjuratus est accedentibus votis 23 primus in ordine dominus Emericus Domin, dominus vero Shufflay cum votis 2 et dominus Poszavecz cum voto 1 emanserunt.

Denique autem pro 7ma et ultima vacante senatorali sede candidationi subjiciebantur domini:

assessores Ignatius Andrievich, Stephanus Derchich,
Josephus Rauth,

ex quibus domino Rauth vota 3. domino autem Derchich vota 7 obtigerunt et sic in 7um et ultimum senatorem ellectus est dominus Ignatius Andrievich cum votorum suffragiis 15, qui etiam neoellectus senator deposito officii juramento actutum sedem suam senatoralem capessivit.

Per cujus electionem iterum in electa communitate unius assessoris statione vacante reddita, pro eadem complenda candidabantur

civis et mercator Joannes Ebner,
itidem civis et mercator Joannes Delnegro,
itidem civis et mercator Venceslaus Emel,

ex quibus electus ac assessorali juramento obstrictus est ultimus in ordine Venceslaus Emel cum votis 15, Joanne Delnegro votis 11, Joanne autem Ebner cum votis duntaxat 3 condecoratis existentibus.

Tandem vero, ubi praeexpressa serie non solum interior, sed et exterior magistratus plene redintegratus ac praeallatae cunctae vacantiae completae exstitissent, condescensum est ad restaurationem fisci ac interioris magistratus.

Et quoniam dominus gremialis assessor ac praeexistens substitutus fiscus Paulus Zavodszky ex ratione continuae sinistrae valetudinis suae domum suam excedere nequiens praegestum fisci civici munus fine consuetae electionis penes Suam Illustritatem dominum commissarium regium suo modo resignasset, pro eodem fisci civici officio candidabantur domini:

assessores Daniel Babok, Georgius Kraly, Georgius Demetrovich,

ex quibus postquam primus in ordine dominus Daniel Babok sui pro fisci officio candidationem humillime deprecatus fuisset, sequens nova intervenit candidatio dominorum

assesorum Georgii Kraly, Georgii Demetrovich, Stephani Derchich

quorum postremo domino Derchich votum 1, Georgio vero Demetrovich votum nullum obtinentibus, primus in ordine dominus Georgius Kraly cum votis 27 hoc fisci munus adeptus, praescriptum mox deposuit juramentum.

Post haec ad capitanealis officii restaurationem transeundo, postquam tale provisorio modo gestum dominus senator Sigismundus Byff debita cum decentia resignasset, pro capitaneatu candidati fuere domini:

senatores Sigismundus Byff, Ignatius Kavich, Josephus Lukssich,

et instituta votorum connumeratione dominus Sigismundus Byff cum

votis 4 et dominus Lukssich cum voto nullo praeteriti sunt, dominusque Ignatius Kavich ishoc capitaneale munus cum votis 22 obtinuit, ac praescripto juramento obstrictus est.

Porro officio consulis, quod actualis dominus assessor Joannes Kukovich qua surogatus consul gerebat, vacante effecto, dum pro munio hoc candidati fuissent domini:

senatores
Sigismundus Byff,
Josephus Stajdacher,
Josephus Kovachich.

Primus dominus Byff voto 1, postremus autem dominus Kovachich votis 5 insignitus est, proditque secundus in ordine dominus Josephus Stajdacher penes accepta votorum suffragia 20. Qui neoelectus dominus consul in continenti solito muneris sui juramento obstringebatur.

Demum autem dominus judex Paulus Gorup e sede sua consurgens, dicta breviter considenti magistratui et ellectae communitati pro locata in se fiducia, praegestoque munere gratiarum actione juxta receptam antiquitus consuetudinem concreditas sibi claves ac sigillum restituit et praehabitum officium suum resignavit. Pro quo judicis munio dominis senatoribus
Paulo Gorup,
Sigismundo Byff,
Joanne Mihanovich,
candidatis posteriores duo domini utpote Sigismundus Byff et Joannes Mihanovich penes nullum obtentum votum emanserunt atque in judicem novitus ellectus est omnium votis primus in ordine dominus Paulus Gorup, qui subsequuta hac sui ellectione, traditum sibi peculii hujus regii sigillum, nec non solitas claves e manibus Suae Illustritatis domini commissarii regii recepit ac ipsam iudicatus sedem deposito praevie juramento occupavit.

Consumato taliter et pacate utque concorditer finito hodiernae restaurationis actu, quemadmodum Sua Illustritas dominus commissarius regius desper (!) peculiarem suum contentum gratiose manifestare, una vero tam toti interiori magistratu ac ellectae communitati in concreto, quam et omnibus ac singulis mutuam pacem et harmoniam in explendis vero respectivorum officiorum partibus ac promovendo peculii hujus regii gremialiumque civium et incolarum commodo indefessam curam et sollicitudinem majorem in modum commendare, denique illa, quae adhuc restauranda supersunt, in crastinum diferre dignabatur.

Ita post declaratam sibi undique ex parte magistratus et ellectae communitatis sinceram gratitudinem atque venerationem, exoratamve ultronee Suae Illustritatis domini commissarii regii gratiosam protectionem praelaudata Sua Illustritas cum restaurato magistratu et communitate pro decantando himno Ambrosiano ad eclesiam concessit, abinde vero terminatis divinis ad residentialem suam domum in comitiva ejusdem magistratus et ellectae communitatis reversa est.

Anno 1821o die vero 12a julii Zagrabiae in curia civica sub praesidio illustrissimi domini Ludovici Bedekovich de Komor, sacrae cae-

sareo et regiae apostolicae Majestatis camerarii, inclitae Tabulae districtualis regnorum Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae cojudicis, nec non complurium inclyti Comitatuum sedis judiciariae assessoris, qua tamen benigne delegati commissarii regii, praesentibus autem dominis et quidem spectabili domino Joanne Reizner actuario commissariatico dein ex interiori magistratu Paulo Gorup judice, Josepho Stajdacher consule, Ignatio Kavich capitaneo, nec non Sigismundo Byff, Michaele Kaizer, Joanne Mihanovich, Josepho Lukssich, Josepho Kovachich et Ignatio Andrievich senatoribus, ex ellecta vero communitate Georgio Kraly fisco, Stephano Briglevich, Joanne Frankovich, Casparo Sosstarich, Josepho Shyprak, Josepho Rauth, Stephano Derchich, Joanne Kukovich, Daniele Babok, Bartholomaeo Mattachich, Stanislao Chegetek, Thoma Chuchich, Aloysio Shrabecz, Emerico Karvanchich, Nicolao Czernkovich, Thadaeo Ferrich, Georgio Demetrovich, Joanne Daubach, Joanne Bedekovich, Emerico Domin et Venceslao Emel juratis gremialibus assessoribus (dominis assessoribus Paulo Zavodszky, Nicolao Zdenchay et Georgio Luketich absentibus) celebrata est restauratoria

Sessio 3ia

Terminata sub hesterno sedium respective vacantium, respective vero restaurationi obnoxiarum restauratione, hodierna die condescensum fuit more solito ad restaurationem adhuc subsequorum officiorum et quidem, quia statio ordinarii notarii vacans effecta fuisset, pro hac complenda per Suam Illustritatem dominum commissarium regium candidabantur domini assessores
Daniel Babok,
Joannes Bedekovich,
Emericus Karvanchich,
domino interim Babok hanc sui candidationem perhumane deprecante, pro ordinarii notarii officio nova intervenit candidatio dominorum assesserum
Joannis Bedekovich,
Emerici Karvanchich,
Nicolai Czernkovich,
ex quibus dominus Joannes Bedekovich (dominis Emerico Karvanchich cum votis 5, et Nicolao Czernkovich cum voto 1 emanentibus) suffragiis 19 in ordinarium civitatis hujus notarium ellectus et adjuratus exstitit, eo relate ad praeexistentem secundarium vicenotarium et actualem assessorem dominum Aloysium Shrabecz per Suam Illustritatem dominum commissarium regium gratiose declarato, quod quantumvis pro hac ordinarii notarii statione consideratis qualitatibus suis praegestorumque servitiorum suorum seu diurnitate, seu exactitudine omnino proponi et elligi mereretur, eundem tamen unice ideo pro ordinario notario non candidaverit, quod proprium ipsius instantionale petitum non nisi ad obtinendam sedem assessoralem et primarii vicenotarii stationem extensum fuerit, ideoque idem ipsam etiam sui pro senatore candidationem hac vice fiendam deprecatus fuisset.

Qua gratiosa Suae Illustritatis domini commissarii regii declaratione isthic praenotata, quandoquidem per domini primarii vicenotarii Josephi Kovachich interventam in hesterna sessione ad officium se-

natorale promotionem, statio haec primarii vicenotarii vacans effecta esset, pro eadem per Suam Illustritatem dominum commissarium regium candidationi substernebantur domini:

causarum advocatus Ludovicus Szinkovich,
gremialis assessor et secundarius vicenotarius Aloysius Shrabecz
itidem causarum advocatus Georgius Briglevich,

quorum posterioribus duobus, domino utpote Szinkovich votum 1, domino autem Briglevich votum nullum obtinentibus, prodivit cum votis 24 primus in ordine dominus Aloysius Shrabecz actutum consueto juramento obstrictus (domino senatore Josepho Kovachich velut affine Briglevichiano haud votisante).

Denique pro statione regestratoris ac una honorarii vicenotarii propositi exstiterunt domini:

causarum advocatus Ludovicus Szinkovich,
pariter causarum advocatus Georgius Briglevich,
et actualis civitatis Crisiensis vicenotarius Josephus Vittunzky,

ex quibus secundo in ordine domino Briglevich obtigente vota 13, Josepho vero Vittunsky votum 1, prodivitque primus in ordine dominus Ludovicus Szinkovich cum votorum suffragiis 15. Qui taliter pro regestratore et honorario vicenotario constitutus dominus Szinkovich, mox etiam praescriptum deposuit juramentum: eo ishic praenotato, quod dominus Kovachich qua affinis Briglevichianus ad votisationem non concurrit.

Qua officii notarialis et regestraturae restauratione superata, siquidem juxta gratiose praesentatam per Suam Illustritatem dominum commissarium regium instantiam praeexistentis gremialis honorarii vicefiscalis domini Petri Junkovich, praehabitum hoc vicefiscalis munus resignantis, statio haec complenda videretur, ideo in locum nuncfati resignantis domini Junkovich, dominus gremialis assessor et juratus causarum advocatus Emericus Karvanchich pro honorario civitatis hujus vicefiscali unanimibus votis salva tamen altiori ratificatione denominatus exstitit.

De reliquo autem cum domestici civium filii, qui in sensu benignae resolutionis regiae superius in primae sessionis restauratoriae actis commemoratae ad sublevandos copiosos notariales labores sub spe obtinendae successive actualitatis pro honorariis vicenotariis assumi quirent, praeter dominum advocatum Franciscum Baan, nulli semet insinuassent: hinc idem dominus Franciscus Baan pro honorario vicenotario hac vice (salva tamen eatenus altiori ratificatione) reipsa assumptus atque adjuratus est: interiori magistratu per Suam Illustritatem dominum commissarium regium eo inviato, ut si et in quantum aliqui qualificati tardius quoque qua honorarii vicenotarii penes civitatem hanc accomodari desiderarent tales more praescripto accomodare velit.

His praemissis, qua individua quoque cassalia eligenda restarent, dignata est Sua Illustritas dominus commissarius regius pro statione cassae perceptoris et pupillorum curatoris candidare dominos:

actualem substitutum cassarum contraagentem Joannem Antholko vich,

emeritum provisorem dominalem Georgium Karlo,
et suprafatum Josephum Vittunzky,

circa quorum electionem votisatione (excepto domino assessore Joanne Kukovich, qui qua affinis Antholkovichianus ad votisationem non concurrit) praemissa, evenit, quod dominus Karlo cum voto 1 et dominus Vittzunzky cum voto nullo emanserint ac electus sit in perceptorem dominus Joannes Antholkovich cum votorum suffragiis 27. Qui neoelectus dominus perceptor Antholkovich posteaquam concernentia officiorum suorum juramenta deposuisset; eo quoque per Suam Illustritatem dominum commissarium regium gratiose inviatus exstitit, ut circa praestandam magistratui requisitam cum hoc officio junctam cautionem indilate congrua agere noverit.

Ellecto sic cassae perceptore, itum fuit ad electionem cassarum contraagentis, pro qua statione candidabantur domini:

antelatus Georgius Karlo,
dein gremialis cassalis diurnista Josephus Kiszelyak,
et supramemoratus Josephus Vittunsky,

quos intra dominus Karlo vota 13, dominus vero Vittunzky votum 1 obtigit, sicque in contraagentem ellectus est cum votorum suffragiis 15 secundus in ordine dominus Josephus Kiszelyak; qua domini Kiszelyak in contraagentem ellectione interventa questio ennata est quoad cautionem per hunc dominum Kiszelyak praestandam et quia idem quaesitam hanc cautionem semet intra octiduum, aut quindenam praestare posse sustinuisset, usque hunc vero praestandae cautionis casum dominus civitatis hujus capitaneus Ignatius Kavich pro eodem domino Kiszelyak semet publice pro cavente obtulisset, haec per dominum Kavich oblata cautio usque aliam per dominum Kiszelyak praestandam ex parte magistratus et electae communitatis omnino acceptata, isthicque praenotata habetur.

Porro pro complendo exactoris civici munere candidati erant domini:

assessores Thadaeus Ferrich, Daniel Babok, Emericus Karvanchich,

quod officum domino Babok cum votis 4, domino vero Karvanchich cum voto 1 emanentibus, dominus Thadaeus Ferrich cum votorum suffragiis 21 consecutus et adjuratus est.

Demum pro statione quarteriorum militarium magistri candidationi subjiciebantur

Andreas Mikulich,
Josephus Thomassich,
et Thomas Horvatich,

ex quibus pro quarteriorum militarium magistro ellectus est postremus Thomas Horvatich cum votis 21, Andrea Mikulich vota 3, Josepho vero Thomassich vota 4 obtinentibus.

Quantum dein aedituos hoc vice restaurari solitos attinet, candidationem et assumptionem aedituatus plurimis dominis assessoribus deprecantibus, erga preemissam per Suam Illustritatem dominum commissarium regium adhortationem aedituatum parochialis ecclesiae sanc-

ti Marci et adfiliatarum capellarum dominus assessor Emericus Domin, capellae vero sancti Xaverii dominus assessor Emericus Karvanchich hac vice adjurati susceperunt.

Transitu facto ad denominationem duorum fori inspectorum: cum hanc stationem plurimi ex ellecta communitate partim deprecati fuissent, partim vero, quod aliis suis officiis impediti talem suscipere nequeant, declarassent, candidatio eatenus nulla suscipi potuit, verum tandem persuasum exstitit domino assessori Demetrovich quod idem inspectoratum hunc fori et macellorum in se assumpserit, qui quia in suis negotis saepenumero abhinc Viennam quotannis iter suscipere deberet, ne eapropter tempore ejusdem absentiae aliquis defectus enascatur, eundem in tali absentiae casu gremialis chyrurgus Marcus Vugrinovich supplebit, concernens salarium in locum domini Demetrovich juxta factam hujus hac vice declarationem et salarii sui cessionem idem Vugrinovich ex cassa percepturus: alia vero fori inspectoris statio suprafato honorario vicenotario domino Francisco Baan delata exstitit.

Denique digressus factus est ad caminorum inspectores et prout ab olim illa viguisset penes hanc civitatem consuetudo, quod juniores ac signanter ultimo ellecti domini assessores isthanc caminis inspiciendi incumbentiam expleverint atque singulo trimestri in concursu gremialis spacicaminarii culinas et caminos num debite purgentur et num ac in quantum alicubi periculum ignis subversetur domatim visitaverint, observatos vero defectus fine ponendae efficacis medelae interiori magistratui retulerint: ita huic antiquo mori inhaerendo, per utrumque magistratum pro caminorum inspectoribus et quidem relate ad interiorem civitatem domini assessores Joannes Daubach et Emericus Domin, pro suburbiis autem domini assessores Georgius Demetrovich et Venceslaus Emel praeattacta ratione functionem suam experturi activisati sunt.

Et quoniam tam modo constituta individua quam et anteriori sessione electi respectivi domini magistratuales competentia salaria sua mox a die obtentorum officiorum ex concernente cassa civica obtenturi sunt: Sua Illustritas dominus commissarius regius imponere dignabatur, ut omnes ac singuli, ratione quorum in officio mutatio hac restauratione intervenit, praegesti officii sui acta, praehabitas functiones, obtentas item via magistratus inviationes, nec non pendentes adhuc ab effectu incumbentias ac commissiones successoribus suis in officio inomisse et quantocius resignent.

Taliter proinde restauratis iis officiis ac servitiis quae adhuc restabant, observato item eo, quod formulae juramentorum, quibus respectivi servientes obstringi debent, partim tardioribus benignis normalibus ordinibus et alteratae negotiorum manipulationi minus correspondeant, partim vero ad respectivas instructiones in iisdem nec provocetur, dignata fuit pro elaboratione magis accomodarum juramenti formularum Sua Illustritas dominus commissarius regius deputationem sub praesidio domini civitatis consulis Josephi Stajdacher concessuram et sub decursu adhuc operantis modernae commissionis regiae operatum suum relaturam ordinare: postea vero

Exhibere dignabatur praelaudata Sua Illustritas dominus commissarius regius instantiam coralistarum gremialis ecclesiae parochialis pro auctione salarii supplicantium: occasione cujus discussionis eveniente eo, quod supplicantes hi ex cassa ecclesiae annue florenos 150 in shaedis reluitoriis obtineant, ex cassa vero civica salario duntaxat florenorum 50 cum additamento centum praecentuali provisi sint, adeoque universim saltem cum 250 florenis annue dotati haberentur, nec titulo procurationis musicalium quampiam recompensationem consequantur, determinatum est: ut salva altiori ratificatione, quae medio praesentis protocolli demisse expetitur, iisdem adhuc valutales floreni 50 in sortem annuae dotationis adjiciantur et ex cassa cameraria e re justitiae a prima augusti anni currentis dependantur.

Quod vero concernit instantiam Ignatii Berzay organistae, Joannis Kobbesich sacristae et Petri Jusztich campanatoris praefatae gremialis ecclesiae parochialis, aeque meliorationem mercedis suae ex cassa civica et quidem organistae in florenis 50, sacristae item in florenis 10 et campanatorum in florenis 55 cum centum procentuali additamento dependi solitae expetentium, iis in concursu quoque domini gremialis parochi Petri Horvatich ita subventum habetur, ut relate quidem ad salarium ex cassa civica obveniens, intuitu cujus instantes adusque duntaxat favore centumprocentuationis fruebantur, dehinc reflexe ad salarium cum individuis magistratualibus, quae vi gratiosae cameralis resolutionis systematica sua integra salaria in shaedis reluitoriis percipiunt ac praeterea dimidium obtingentiae salarialis in moneta conventionali obtinent a 1a augusti anni currentis parificentur, consequenter ipsorum praehabita, uti superius praemissum est, in 50, 10 et 55 originaria salaria ex cassa civica cum eadem hac integra florenorum 50, 10 et 55 summa dependantur et insuper dimediatas abhinc in moneta conventionali adjiciatur, beneficiumque hoc motivo caristiae adjectum usque ad tempus perduraturae, quoad reliqua magistratualia individua ab altiori loco defixae provisionis extendatur, denique in quantum recurrentibus hoc quoque modo spectatis servitiorum suorum fatigiis ac praesentaneorum temporum adjunctis satis haud prospiceretur, stollares quoque obventiones relate ad hos servientes occasione prioris anno 1812o servatae restaurationis prostabilitae juxta rectificatam hac vice tabellam stollarem ellevatae exstiterunt. Simul vero dispositum est, ut ad magis perferrendas ad cunctorum notitiam quasvis stollares taxas ellaborata eatenus tabella praeter hujus in domo civica et sacrista ecclesiae parochialis solitam appensionem, gremialibus quoque contuberniis in pari extradetur.

Quo superato ut negotium errigendi in hac civitate theatri publici per Suam Excellentiam dominum comitem banum ad motum positum et respective in magistratu hoc pertractatum ultro in discussionem assumi et an ac qualiter desiderabile institutum hoc in effectum perduci, atque requisitum eatenus aedificium in localitate antique praetorii civici exaedificari possit, ordinata est deputatio sub praesidio domini civitatis consulis Josephi Stajdacher, cum interventu vero dominorum capitanei Ignatii Kavich, senatorum item Joannis Mihanovich, Josephi

Kovachich et Ignatii Andrievich, dein assessorum Joannis Kukovich, Thadaei Ferrich, Georgii Demetrovich ac Emerici Domin, fisci item Georgii Kraly, nec non ordinarii notarii Joannis Bedekovich concessura: cui etiam deputationi, ut discussioni huic sese quantocius accingat et de resultato consultationis suae relationem prostet, commissum, taliterque hodiernae sessioni finis impositus est.

Anno 1821o die vero 17a julii Zagrabiae in domo praetoreosenatorea sub praesidio Suae Illustritatis domini commissarii regii in concursu item actuarii commissariatici spectabilis domini Joannis Nepomuceni Reizner, nec non cum interventu dominorum et quidem ex interiori magistratu Pauli Gorrup judicis, Josephi Stajdacher consulis, Ignatii Kavich capitanei, Sigismundi Byff, Michaelis Kaizer, Joannis Mihanovich, Josephi Lukssich, Josephi Kovachich et Ignatii Andrievich senatorum, ex ellecta vero communitate Georgi Kraly fisci, Joannis Bedekovich ordinarii notarii, Stephani Briglevich, Caspari Sosstarich, Joannis Frankovich. Josephi Rauth, Stephani Derchich, Danielis Babok, Thomae Chuchich, Georgii Demetrovich, Emerici Domin et Aloysii Shrabecz una quoque vicenotarii servata fuit restauratorio commissariatica.

Sessio 4ta

Cujus initium sumptum est a publicatione actorum praecedentium trium restauratoriarum sessionum, post quorum publicationem relatum est operatum deputationis in objecto ellaborandarum formularum juramenti praeordinatae interventum, quo approbato atque propositis respectivorum officiorum juramenti formulis pro accomodis adinventis, dignabatur Sua Illustritas dominus commissarius regius gratiose declarare, quod cum formulae hae pro eo, ut in futurum locum habeant, confectae habentur, tales praevie antequam in usum veniant, altiori censurae dicasteriali substernendae sint, quae etiam isthic sub numero 3 pro gratiosa excelsorum dicasteriorum approbatione accluduntur.

Postea vero relata sunt alterius ordinis acta in merito errigendi in antiqui praetorii localitate theatri publici per praeordinatam deputationem conclusa, quae lecta et tantisper, donec fors facilior in effectum deducendi instituti hujus modus errui, eatenusve cum adventu etiam Suae Excellentiae domini comitis bani ex parte civitatis hujus ulteriora agi poterunt, isthic praenotata habentur.

Sicque etiam praesenti sessioni fine imposito ac finali sessione commissariatica in posterastinam diem dilata, Sua Illustritas dominus commissarius regius ad propria discessit. Publicatum per Aloysium Shrabecz antelatae civitatis Zagrabiensis juratum assessorem et vicenotarium m. p.

Anno 1821o die vero 19a julii Zagrabiae in curia civica sub praesidio illustrissimi domini Ludovici Bedekovich sacrae, caesareae et regio apostolicae Majestatis camerarii, ad inclytam regnorum Dalmatiae, Crotiae et Slavoniae Tabulam districtualem judicis, nec non complurium inclytorum comitatuum sedis judiciariae assessoris, qua tamen benigne delegati restaurantis commissarii regii, in concursu item spectabilis domini Joannis Raizner munus actuarii commissariatici obeuntis, praesentibus dein dominis et quidem ex interiori magistratu Paulo Gorup judice, Josepho Stajdacher consule, Ignatio Kavich capitaneo, Sigismundo Byff, Michaele Kaizer, Joanne Mihanovich, Josepho Lukssich, Josepho Kovachich, Ignatio Andrievich senatoribus, ex electa autem communitate Joanne Bedekovich ordinario notario, Georgio Kraly fisco, Stephano Briglevich, Casparo Sostarich, Josepho Rauth, Stephano Derchich, Emerico Karvanchich, Nicolao Czernkovich, Georgio Demetrovich et Emerico Domin juratis gremialibus assessoribus celebrata est restauratorio commissariatica

Sessio 5ta

Occasione qua postquam acta praecedenti sessione 4a interventa publicata exstitissent, lectus et assumptus est recursus gremialis vicenotarii Aloysii Shrabecz pro remuneratione fatigiorum suorum in qualitate secundarii vicenotarii occasione restaurationis magistratualis anno 1812o mense novembri celebratae, sub spe rati electi, exantlatorum recurrentis: quo recursu publice relecto dignata fuit Sua Illustritas dominus commissarius regius gratiose proponere, quod quantumvis instantia supplicantis requisitis motivis et probis suffulciretur, ne tamen civitatis cassae aliquid oneri inconsulto magistratu et electa communitate accedat, hanc in rem sensa atque opinione ejusdem magistratus et electae communitatis experiri desideret; quae opinio siquidem in eo unanimiter concentrata fuisset, quod recurrentis fatigia et praestita servitia velut admodum realia et publice nota ac extraordinaria peculiarem omnino non solum reflexionem, sed et recompensationem mereantur, justumve sit, ut eidem praesertim postquam in totali ferme senatorum velut demortuorum defectu senatorales quoque functiones persaepe peregisset, totum illud, quod intra praehabitum secundarii cancellistae 120 florenorum salarium et salarium vicenotarii in annuis 200 florenis praeter altius resolutam ope gratiosorum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae intimatorum de dato 28ae decembris 1815i numero 12655o et de dato 19ae mai 1818i numero 14808o emanatorum quippe floreni annui 80 a dato interventae ipsius in vicenotarium primitivae electionis, seu a 26a novembris 1812i usque tempus ejusdem in realem primarium vicenotarium denominationis, seu 12am julii anni currentis adjustentur atque tanto magis compensentur, cum emortuorum senatorum salaria in toto in cassa remansissent, itaque Sua Illustritas dominus commissarius regius gravitate positorum per supplicantem fatigiorum ac praegesti cum sacrificio propriarum facultatum suarum vicenotarialis munii reflexione commotus, sed et secus de diligentia ejusdem, integritate modestia ac indefessis conatibus plene informatus, exaudito unanimi magistratus et communitatis sensu, semet pro recurrente hoc vices suas suis locis non tantum denegaturum, verum ex quidquid sua ex parte possibile fuerit, cooperatum gratiose declaravit, ut benemeriti individui hujus, ejusque arc-

tiorum rei domesticae circumstantiarum consideratio habeatur et desiderata per eundem remuneratio conformiter depromtae opinioni per altiora dicasteria resolvatur.

Queis Sua Illustritas dominus commissarius regius praesentem sessionem pro finali respectu consumati moderni actus restauratorii declarans, circumstantiali et accomoda sublimique ac gravi dictioni cuncta actum praesentis restaurationis antecedentia et concomitantia adjuncta, obligationes praeterea tam magistratus hujus et electae communitatis in concreto, quam et singulorum servientium perstringere, solatium suum de pacate consumata restauratione manifestare, justitiae demum indefessam administrationem, accuratam quorumvis publicorum negotiorum manipulationem, irremissum erga altiora jussa obsequium normalium dispositionum accuratam adimpletionem ac publici boni provectionem, ritamque peculii hujus regii administrationem et cunctorum, quae in utile seu ipsius civitatis seu ejusdem civium ac incolarum quaqua ratione tendunt, promptam promotionem gratiose commendare et injungere dignabatur: cui postquam gremialis dominus judex Paulus Gorup ex parte magistratus et communitatis pro prasenti restauratione sublimi cum sapientia et raro cum moderamine in effectum perducta, humillimas gratias egisset peculiumque hoc regium ac cuncta ejusdem servientia individua gratiis et validae Suae Illustritatis protectioni demisse commendasset, haec quoque sessio soluta est, atque Sua Illustritas dominus commissarius regius in comitiva omnium ac singulorum sessioni huic intervenientium intraque sincerae cunctorum gratitudinis ac perennis venerationis contestationes ad residentialem domum suam reversus est. Publicatum per Joannem Bedekovich praefatae civitatis Zagrabiensis ordinarium notarium m. p. Locus sigilli civitatis minoris

1831.

Acta
Magistratualis restaurationis in libera et regia civitate Zagrabiensi in anno 1831o servatae

Sessio 1a

Anno 1831o die vero 21 aprilis, velut praestituto restaurationis magistratualis termino Zagrabiae in domo praetorea senatorea ex interiori magistratu dominis Josepho Stajdaher, surrogato judice, Ignatio Kavich surrogato consule, Michaele Kaizer substituto capitaneo, Joanne Mihanovich, Josepho Lukssich, Josepho Kovachich et Ignatio Andrievich senatoribus, ex electa vero comunitate dominis Georgio Kraly fisco, Paulo Zavodzky, Josepho Rauth, Josepho Syprak, Joanne Kukovich, Daniele Babok, Emerico Karvanchich, Nicolao Czernkovich, Georgio Dömöterffy, Joanne Daubach, Emerico Domin et Venceslao Emel juratis gremialibus assessoribus, nec non Joanne Bedekovich ordinario notario in unum confluentibus — itum est fine depromendae debitae venerationis ac ad auspicandam magistratualem restaurationem demissae invitationis ad suam illustritatem dominum liberum baronem Ludovicum Bedekovich de Komor Suae caesareo et regiae apostolicae Majestatis camerarium, inclytae Tabulae regiae judiciariae baronem et inclyti Comitatus Crisiensis supremum comitem, quoad civitatem hanc benigne delegatum restaurantem commissarium regium, ubi posteaquam memoratus dominus surrectus judex, Josephus Stajdaher penes declaratam nomine magistratus et electae civium communitatis intimam animi devotionem tam eundem magistratum, quam electam communitatem altis Illustritatis Suae gratiis comendasset. Eadem Sua Illustritas gratiose accepta hac devoti affectus contestatione innuere dignabatur ante omnia necesse esse, ut cum cuncta humana consilia et destinationes non nisi a nutu Dei optimi maximi optatum eventum sortiantur. Gratia et adjutorium Spiritus sancti votis communibus imploretur, cujusmodi scopo Suam Illustritatem ad hujatem parochialem ecclesiam s. Marci cum spectabili domino Zidarich inclytorum comitatuum Zagrabiensis et Veroczensis Tabulae judiciariae assessore et incyti Comitatus Crisiensis regestratore velut commissionis hujus regiae actuariae concedentem magistratus et electa communitas comitati sunt.

Peractis ibi divinis Sua Illustritas praetitulatus dominus commissarius regius in comitiva praelibati magistratus et electae communitatis ad domum praetoream progressa est ac suscepto praesidio praeprimis praesentavit benignum mandatum restauratorium clause confectum ac civitati huic sonans, deque dato 20i augusti 1830. numero 9618/550 expeditum, quod in continenti una cum benigno gratioso excelsi Consilii regii locumtenentialis Hungarici de dato 21ae augusti, de dato 31o augusti 1830. numero 23283 edito ac ad Suam Illustritatem dimisso alio itidem praeltudati excelsi consilii regii benigno gratioso intimato ad civitatem sub praecitato dato expedito nec non gratioso camerali intimato unius ordinis ad Suam Illustritatem dominum commissarium regium, alterius vero ordinis ad civitatem hanc sub 10i novembris 1830. numero 37077 exarato quibus omnibus in complexu innuitur, Suam Majestatem sacratissimam clementer admittere dignatam esse, ut in civitate hac restauratio magistratualis cum interventu et in persona praetitulatae Suae Illustritatis, qua ad actum hunc delegati commissarii regii secundum praevigentes normales ordines peragatur, huncve in finem eidem Suae Illustritati debita reverentia et pariter praestetur lectum exstitit.

Quibus serie sua ita publicatis ac pro cynosura (!) et observamine sumptis exhibuit dein Sua Illustritas dominus commissarius regius benigno gratiosum excelsi Consilli regii locumtenentialis Hungarici de dato 21o septembris anni prioris numero 24765 in eo ad se exaratum intimatum, et ex incidenti eatenus abhinc factae propositionis a supplendis duabus per mortem ennatis vacantiis senatoralibus abstrahatur, finitaque restauratione super praeattacta oppositione, audita suo modo redintegrata communitate, ulterior coniecta opinione praestetur relatio, quo publicato ac perinde pro requisita directione, assumpto atque sic iis quae vehiculum magistratualis restaurationis auspicatu-

rus concinnae ac tam conspicuae dignitati suae quam subversantibus adjunctis accomodo oratione praecipuum conventus hujus scopum appositaque huic consequendo media ponderosis momentis exposuit.

Hac dictione devoto grati et obsequiosi animi sensu excepta dignabatur Sua Illustritas gratiosa advertere, quod cum a tempore postremo in urbe hac servatae restaurationis magistratualis ex ellecta communitate Stephanus Briglevich, Casparus Sostarich, Stephanus Derchich, Thomas Chuchich et Joannes Frankovich e vivis excesserint, proinde per horum decessum 5 vacantiae in electa communitate ennatae sint, cum porro gremiali electa communitate hactenus ex 24 duntaxat individuis composita tenore benigno gratiosi de dato 3ae septembris 1822. numero 21194 editi intimati ad numerum hunc augmentum cum 6 individuis resolutum sit adeoque hae perinde 6 neoresolute sedes assessorales compleri debeant, cum denique virtute benigno de dato 22ae decembris 1829. numero 32660 emanati intimati officialibus civicis subalternis muniis addictis a consulationibus et electo viratu remotis horum in consequentiam domini Joannes Bedekovich ordinarius notarius, Alojsius Shrabecz vicenotarius et Thadaeus Ferich exactor praehabito electo viratui ea tamen sub cautella, ut ad casum quo facta praeattactis muniis suis renunciatione, hac ratione subversans impedimentum removeri contingeret, in supplendis medio tempore emersuris vacantiis praegesti muneris sui assessoralis condignaratio habeatur, renunciaverint, atque ita per idmodi resignationem, uti et factam ex parte magnifici domini consiliarii regii Georgii Luketich praehabito assessorali munio renunciationem rursus 4 vacantiae ennatae esent, his praedeductis diversis titulis enatis vacantiis as neo resolutis 6 stallis assessoralibus in censum vocatis, universim 15 sedes assessorales redintegrandae veniant, igitur ad effectum harum redintegrationis

Pro 1a vacantia assessorali candidati sunt domini:
Ferdinandus Thomekovich,
Stephanus Poszavecz,
et Georgius Karlo,
ex quibus domino Poszavecz 5, domino autem Karlo 4 votis obtingentibus, sic creatus est assessor dominus Thomekovich cum votorum suffragiis 10 mox solito juramento obstrictus.

Pro 2a vacante sede assessorali proponebantur domini:
Josephus Jellachich,
Paulus Blaskovich,
et Antonius Grabina,
quorum primo domino Jellachich cum votis 15 electo ac actutum juramento obstricto domini Paulus Blaskovich cum 4 et Grabina cum 1 voto emanserunt.

Pro 3tia vacante assessoratus statione e dominis electioni propositis, quippe
Antonio Horvath,
Josepho Briglevich,
et Joanne Briglevich,
secundus dominus Josephus Briglevich vota 4, tertius vero dominus Joannes Briglevich vota 7 obtinentes emanserunt, prodivitque cum votis 9 dominus Antonius Horvath, qui etiam consvetum juramentum in continenti nuncupavit.

Pro 4a assessorali vacantia candidati exstiterunt domini:
Antonius Shufflay,
Ladislaus Susich,
et Petrus Klemenich,
e quibus votis 10 electus et adjuratus est dominus Ladislaus Susich, dominis Antonio Shufflay votis 5, Petro vero Klemenich votis 7 condecoratis existentibus.

Pro 5. vacante stallo assessorali candidationi subjiciebantur domini:
Joannes Kamauf,
Ludovicus Mayer,
et Franciscus Ottinger,
inter quos accedentibus votis 19 renunciatus et juramento obstrictus est dominus Kamauf, Ludovico Mayer cum votis 4, Francisco vero Ottinger sine voto emanentibus.

Pro 6. assessorali vacantia propositi sunt domini:
Ignatius Kersnjavi,
Thomas Kruesz,
et Josephus Szeman,
quorum postremo domino Szeman 12, secundo vero in ordine domino Kruesz itidem 2 vota obvenientibus, primus in ordine dominus Ignatius Kersnjavi votis 20 munus adeptus est solitumque deposuit juramentum.

Pro 7. assessorali vacantia electioni substernebantur domini:
Antonius Luketich,
Franciscus Luchich,
et Daniel Jaksich,
ex quibus dominus Luchich accepto 1, Jakssich vero obtentis 3 votis praeteriti sunt, sedemque capessivit suffragiis 19 dominus Luketich elicito in continuo consueto juramento.

Pro 8. vacante assessorali sede candidationem subiverunt domini:
Josephus Briglevich,
Thomas Prevendar,
et Marcus Vugrinovich,
quos inter dominus Prevendar vota 9, Marcus vero Vugrinovich vota 3 obvenerunt, stallumque consecutus est suffragio votorum 14 dominus Josephus Briglevich, qui praescriptum mox nuncupavit juramentum.

Pro 9. assessorali vacantia electioni submittebantur domini:
Thomas Prevendar,
Joannes Stivalich,
et Aloysius Krafft,
quorum primo domino Thoma Prevendar cum votis 16 electo ac juramento obstricto domini Joannes Stivalich cum 4 et Alojsius Krafft cum votis 7 emanserunt.

Pro 10. sede assessorali vacante candidabantur
Franciscus Suppan,
Joannes Skuly,
et Carolus Papess,

ex quibus Joannes Skuly votum 1, Carolus vero Papess vota 4 obtigerunt, sicque creatus est cum votis 23 Franciscus Suppan qui suetum mox ellicuit juramentum.

E propositis pro 11. assessorali vacantia quippe
Nicolao Nikolich,
Joanne Mallin,
et Josepho Szorg,
Joannes Mallin 9, Josephus vero Szorg 8 votis obtentis emanserunt, sedemque capessivit votis 12 Nikolich nuncupato mox solito juramento.

Pro 12. assessorali sede vacante electioni substernebantur
Georgius Eyther,
Bartholomeus Felbinger,
et Cyrillus Szuknaich,
ex quibus tam Bartholomeo Felbinger, quam Cyrillo Szuknaich, quorum prior 5, posterior vero 3 vota obtinuit, praeteritis Georgius Eyther munus suffragiis 22 consecutus est, eatenusque mox solitum nuncupavit juramentum.

Pro 13. vacantia assessoratus candidationem subiverunt:
Joannes Del Negro,
Valentinus Verner,
et Alexander Lölköss,
quorum secundo acceptis 2, tertio vero nullo voto obtento emanentibus, prodivit in assessorem Joannes Delnegro cum votis 29 a quo in instanti suetum juramentum exceptum exstitit.

Pro 14. vacantia assessorali electioni substernebantur:
Joannes Shaller,
Martinus Verbanich,
et Thomas Vukszan,
inter quos suffragio votorum 25 renunciatus et juramento adstrictus est Martinus Verbanich, Joannes Shaller cum votis 6 et Thoma Vukszan cum voto 1 praeteritis.

Pro 15. et ultima vacanti sede assessorali candidationem ingressi sunt
Paulus Hatz,
Franciscus Kann,
et Joannes Shaller,
e quibus votis 19 electus et adjuratus est Paulus Hatz, Francisco Kann votis 13 et Joanne Shaller voto 1 condecoratis emanentibus.

Redintegrata praevia modalitate electa communitate processum est ad restaurationem fisci et interioris magistratus atque domino Georgio Kraly praegestum munus fisci ex ratione continuo affectae valetudinis suae verbaliter palam resignante sicque candidationem deprecante, pro eodem officio candidabantur domini:
Emericus Karvanchich,
Antonius Luketich,
et Joannes Kamauff,
quorum primo domino Karavanchich cum votis 19 electo ac juramento obstricto, domini Antonius Luketich tum votis 4 et Joannes Kamauff cum votis 8 praeteriti sunt.

Pro officio capitaneali, quod dominus Michael Kaizer per modum

surrogationis gerebat, quodve haec fidelia resignavit, candidati fuere domini:
Ignatius Kavich,
Josephus Kovachich,
et Ignatius Andrievich,
quod praeteritis dominis Josepho Kovachich et Ignatio Andrievich, quorum primus 1, posterior 7 vota obtinuit, domino Ignatio Kavich penes accepta 23 suffragia obtigit, qui eatenus mox solitum juramentum nuncupavit.

Pro munere consulis per dominum Ignatium Kavich provisorio gesto et hac vice resignato candidationi substernebantur domini:
Michael Kaizer,
Josephus Lukssich,
et Ignatius Andrievich,
e quibus domini Kaizer et Lukssich, ille nullo, hic vero 8 duntaxat votis obtentis praeteriti sunt, munusque consecutus est votis 23 dominus Ignatius Andrievich juramento in continenti obstrictus.

Demum pro officio judicis, quod per decessum Paulo Gorup viduatum dominus Josephus Stajdaher modo surrogatorio hucadusque obibat, quodve idem clavibus et sigillo civitatis pro veteri more ad manus Suae Illustritatis domini comissarii regii traditis resignavit, electioni proponebantur domini:
Josephus Stajdaher,
Joannes Mihanovich,
et Josephus Lukssich,
e quibus dominis Joanne Mihanovich et Josepho Lukssich nullum votum obtinentibus, unanimibus votis electus est dominus Josephus Stajdaher, qui nuncupato in continenti solito juramento claves et sigillum civitatis e manibus Suae Illustratis domini commissarii regii recepit.

Atque sic actu magistratualis restaurationis pro exigentia benigni mandati restauratorii pacate ac concorditer consumato ac nonnullorum vacantium subalternorum munerum restauratione in crastinum diem dilata Sua Illustritas dominus comissarius regius sinceram animi sui voluptatem contestabatur super eo, quod electam communitatem et magistratum e viris spectatae probitatis et integritatis distinctiorisque civilis considerationis ac effectu, fiduciaque publici pollentibus componere, hacque ratione sibi animi sui promptitudinem in decus et emolumentum peculii hujus regii intentam testari licuerit, dein electam communitatem nativo Croatico, magistratum autem Latino elegante non minus quam cunctorum corda penetrante sermone prosecuta. Illam quidem eo, ut pro ea, quam muneris ratio, nuncupatique juramenti religio exigit, obligatione decus, incrementum et commodum civitatis omni oportunitate pro viribus provehere omnem vero jacturam et detrimentum sollicite avertere, cumve omne praesidium et firmamentum prosperitatis civitatum in mutua communitatis et magistratus fide et consensione, sinceraque qua communitatem erga legalem suum magistratum fieri decet fiducia atque amore unice vertatur, positis privatis quibuslibet studiis mutua semet amicitia atque fiducia complecti, si quae ad magistratum desideria perferenda aut incommoda avertenda, praejudiciaque resananda haberet, eo necessario cum mo-

deramine ac debito legali magistratui cum respectu proponere velit. Hunc vero, ut locatam in se concivium suorum fiduciam in pretio habendo, ad id, ut pro munere et obligamine suo omni conatu eo ennitatur, quo legum ac altiorum jussuum adaequatum et irremoratum implementum continuo procuretur, singuli civitatis accolae plena tam fortunarum, quam personarum suarum securitate semet gaudere experiantur, promptam justitiae administrationem, communium item onerum justam, viribusque singularum admensam distributionem perspiciant. Verbo ipsis factorum, eventuumque testimoniis convincantur, magistratum non ex mero, nullisque limitibus constricto arbitrio agere, sed sincerum propria uniuscujusque commoda procurandi studium pro scopo sibi defixisse atque ita semet clementia caesareo regia excelsorum item dicasteriorum satisfactione dignum reddat, concivium vero suorum amorem et gratum animum demereatur, gratiose exhortari dignabatur. Quibus orationibus repetitis magistratus et ellectae communitatis acclamationibus, quae gratissimam voluntatem, fiduciamque et protectionem in Sua Illustritate locatam testarentur, exceptis praelaudata Sua Illustritas cum restaurato magistratu et electa communitate pro exauditione decantandi hymni Ambrosiani ad superius memoratam parochialem ecclesiam concessit, abinde vero, finitis divinis, in comitiva magistratus et electae communitatis ad habitationem suam reversa est.

Anno 1831. die vero 22a aprilis Zagrabiae in curia civica sub praesidio illustrissimi domini liberi baronis Ludovici Bedekovich de Komor, Suae caesareo et regiae apostolicae Majestatis camerarii, inclytae Tabulae regiae judiciariae baronis ac inclyti Comitatus Crisiensis supremi comitis qua in civitate hac benigne delegati restaurantis comissarii regii ac cum interventu supratitulati comissionis actuarii domini Joannis Zidarich praesentibus ex interiori magistratu dominis Josepho Stajdaher judice, Ignatio Andrievich consule, Ignatio Kavich capitaneo, Michaele Kaizer, Joanne Mihanovich, Josepho Lukssich et Josepho Kovachich senatoribus et Joanne Bedekovich ordinario notario, ex electa item civium communitate dominis Emerico Karvanchich fisco, Paulo Zavodzky, Josepho Rauth, Josepho Syprak Joanne Kukovich, Daniele Babok, Nicolao Czernkovich, Georgio Dömöterffy, Joanne Daubach, Emerico Domin, Venceslao Emel, Ferdinando Thomekovich, Josepho Jellachich, Antonio Horvath, Ladislao Susich, Joanne Kamauff, Ignatio Krsnyavi, Antonio Luketich, Josepho Briglevich, Thoma Prevendar, Francisco Suppan, Nicolao Nikolich, Georgio Eyther, Joanne Del Negro, Martino Verbanich, Paulo Hatz gremialibus assessoribus servata est restauratoria

Sessio 2da

Completo hesterna die tam interiori magistratu, quam electa civium comunitate supererat adhuc subsequorum vacantium subalternorum muniorum redintegratio: stationes videlicet regestratoris, quam dominus Alexander Skarecz in praesens usque modo duntaxat provisorio supplebat vacante pro hac Sua Illustritas dominus comissarius regius candidare dignabatur dominos:

Alexandrum Skarecz,
Josephum Verbanich,
et Georgium Panian,
quos inter dominus Alexander Skarecz (dominis Josepho Verbanich cum votis 8 et Georgio Panian citra obtentum votum praeteritis) suffragiis 22 munus regestratoris consecutus consuetum eatenus juramentum ellicuit.

Pro officio ordinarii fiscalis per obitum Stephani Briglevich vacante reddito quo nimirum dominus Ludovicus Szinkovich ex magistratuali provisione hucdum fungebatur ellectioni submittebantur domini:
Ludovicus Szinkovich,
Alexander Skarecz,
et Aloysius Krafft,
ex quibus domini Skarecz et Krafft, quorum prior 2, posterior vero nullum votum obtinuit, praeteritis, munus fiscalis cum votis 29 adeptus est dominus Ludovicus Szinkovich solito juramento obtutum obstrictus.

Officio contraagentis quo morte Josephi Kiszeljak vacante effecto, dominus Georgius Briglevich in qualitate substituti hucdum functus erat, posteaquam pro eodem candidati fuissent domini:
Georgius Briglevich,
Stephanus Derchich,
et Carolus Lopuh,
suffragio votorum 25 potitus ac solito juramento adstrictus est dominus Georgius Briglevich, dominis Stephano Derchich cum votis 4 et Carolo Lopuh cum voto 1 emanentibus.

Digressu dein ad fori et macellorum caminorum item inspectorum electionem facto, pro prioribus domini assessores Martinus Verbanich et Paulus Hatz habita tum commodioris et facilioris inspectionis, quam utpote tentum per praedictos dominos assessores in publico tricesimae foro domicilium suapte natura praebet, cum et validioris eorundem aetatis ratione, pro posterioribus autem caminorum videlicet inspectoribus, sumpta cumprimis in considerationem hoc inspectionis in genere requisita artis murariae per dominum assessorem Georgium Either hic loci professae peritiae, idem dominus Eyther et dominus assessor Franciscus Suppan erga providam scopoque consentaneam Suae Illustritatis domini comissarii regii eatenus factam propositionem concordibus votis delecti sunt; actuali quarteriorum militarium magistro Thoma Horvatich partim ideo, quod pro statione hac nemo competeret, partim quod solertia ejusdem et exactitudo in re servitii per magistratum et electam communitatem hac vice palam recognita haberetur, partim denique quod indoles servitii hujus localium adjunctorum peritiorem ac individualem cognitionem diuturniori duntaxat usu et experientia comparabilem exposcentis in modernis praesertim accumulatarum transenarum et inquarterisationum militiarium circumstantiis omnem in fungente individuo mutationem disvasisset per Suam Illustritatem dominum comissarium regium in praegesto servitio ultro gratiose constabilito.

Quod attinet dominum Josephum Rauth munere aeditui localis parochialis ecclesiae, eidemque adfiliatarum capellarum in praesens usque functum: Sua Illustritas tum ideo quod ad munus hoc onere reddendarum rationum, citra junctam eidem salarialem provisionem affectum nemo aspiraret, tum quod memoratus dominus aedituus juxta relationem localis parochi civitatis in actuali opere extructionis capellae s. Spiritus sub suo ductu ac auspiciis citraque quodpiam peculii ecclesiae onus ope duntaxat conflatorum benevolorum oblatorum, coepto ac jam ad finem decurrente constitui ac tam hoc intuitu, quam motivo spectatae suae in questione aedituatus sedulitatis et integritatis per memoratum quoque civitatis parochum penes condignam interpositionem recognitae, communem satisfactionem et existimationem sibi jure emeruisse perhiberetur non obstante eo, quod sensu normalium ordinum ex obtutu actualis muneris sui assessoralis impedimentum ultro gerendi aedituatus necti quiret eundem dominum Josephum Rauth in praegesto munere aeditui sub spe duntaxat rati confirmare dignabatur.

Hac proinde modalitate necessaria, quoad quaevis subalterna munia provisione praeinita, Sua Illustritas dominus comissarius regius gratiose adaperire dignabatur, complures potissimum domesticos civium filios, praescriptis ad id requisitis caeteroquin instructos pro conferendo munere honorarii vicenotarii et honorarii vicefiscalis sibi supplices evasisse, seque seu ideo ut iidem uberiorem campum sese in otiosa publici servitii amplius formandi nanciscantur, seu ex eo, ut paratis hoc adminiculo antecessum necessariis subjectis et individuis, quae essentialem administrationis partem constituunt, manipulatio publica imposterum adjuvetur et facilior reddatur petito eorundem deferre constituisse, qua provida sane et aequanimi de republica et futura forte gremialium civium filiorum cura debita cum gratitudine accepta, horum in sequelam Sua Illustritas dominus comissarius regius, dominos Stephanum Derchich gremialem cancellistam et processuum custodem, causarum item advocatos Ludovicum Salecz, Georgium Panian et Thomam Vukszan in honorarios vicenotarios, dominos vero Aloysium Krafft, Josephum Mikulich et Emericum Pogledich in honorariis vicefiscales, ea his posterioribus per expressum imposita obligatione, ut in incasatione accumulatarum restantiarum promptam auxiliatricem operam suam conferre teneantur, sub spe rati gratiose renunciare dignabatur, qui etiam in continenti solitum officii juramentum nuncuparunt.

Post hoc instantia Josephi Paulinovecz, Mathiae Podbretnjak et Joannis Kobetich ad hujatem parochialem ecclesiam campanatorum mercedem suam in moneta conventionali ad illum statum et mensuram, in qua sub periodo depensorum in N. N. salariorum praefuerat elevare petentium Suae Illustritati porrecta in concursu localis parochi domini Petri Horvatich in pertractationem assumpta compertoque ex instituta concernentium rationum combinatione eo, quod quaestionata merces pro campanatoribus in anno 1798. sisthematice in annuis florenis 55 emensa eisdem actu in sua integrirate in conventionali moneta dependatur, idque benigno regio circa pendenda in conventionali moneta salaria et conventiones anni 1822. edito apprime conforme foret, neque ulla fundata subversaretur ratio, ob quam in obversum praedefixi sisthematis desideratae auctae mercedis locus tribui posset: idcirco petito instantium deferri nequire conclusum est.

Revocatis demum per Suam Illustritatem dominum comissarium regium in memoriam electae communitatis benigno gratiosis excelsi Consilii regii locumtenentialis circa interimaliter reductas duas sedes senatorales, depromendamve eatenus per neoredintegratam electam communitatem ulteriorem declarationem editis ac heri publicatis ordinibus, eadem Sua Illustritas maturam ac exactam objecti hujus per electam communitatem indilatim suscipiendam pertractationem et concertationem resultatumque ejusdem sibi referendum injungere dignabatur. Judex vero civitatis dominus Josephus Stajdaher e sede sua consurgens nomine magistratus et electae communitatis Suae Illustritati domino comissario regio pro impensis in momentoso hocce restaurationis actu providis consiliis, indefessa cura sollicita et opportuna inviatione ac dicatis in commodum et ornamentum peculii hujus regii non minus ac cujusvis in individuo honorem et emolumentum sinceris et aequanimibus studiis brevi ac legali conspicui Suae Illustritatis muneris praerogative rerumque adjunctis adtemperato sermone demississimas grates persolvit et magistratum electamve communitatem in altam ejusdem gratiam et validum patrocinium enixe devovit, una Suae Illustritati humillime supplicando, ut, tametsi habiti per eandem Suam Illustritatem, cum auspicio et fine actus restauratorii fecundiae et gravitate pleni sermones ita profunde memoriae universorum et singulorum insculpti sint, ut suavem eorundem recordationem, nullae unquam temporum vice obliterare queant, quo tamen praevie transacti actus restauratorii, hujusve sub decursu per Suam Illustritatem ubertim manifestatae gratiosae propensionis et aequanimitatis hujusque reciprocae magistratus et electae communitatis intimo devotionis, profundaeque venerationis in actis civitatis hujus publicis perenne supersit monumentum, Sua Illustritas gratiose indulgere dignetur, quatenus praeattactas dictiones in perennem rei memoriam publico civitatis hujus tabellario inferre liceat, cujusmodi demissae petitioni Sua Illustritas dominus commissarius regius pro sua cumulatim testata gratia et benevolentia annuendo expost in comitiva magistratus et electae communitatis ad propria discessit.

Anno 1831. die vero 23. aprilis Zagrabiae in curia civica sub praesidio illustrissimi domini liberi baronis Ludovici Bedekovich de Komor Suae caesareo et regiae apostolicae Majestatis camerarii inclytae Tabulae regiae judiciariae baronis ac inclyti Comitatus Crisiensis supremi comitis qua in civitate hac benigne delegati comissarii restaurantis regii ac cum interventu supratitulati actuarii domini Joannis Zidarich praesentibus; ex interiori magistratu dominis Josepho Stajdaher judice, Ignatio Andrievich consule, Ignatio Kavich capitaneo, Michaele Kaizer, Joanne Mihanovich, Josepho Lukssich et Josepho Kovachich senatoribus ac Joanne Bedekovich ordinario notario, ex electa item civium communitate dominis Emerico Karvanchich fisco, Paulo Zavodzky, Josepho Rauth, Josepho Syprak, Joanne Kukovich, Daniele Babok, Nicolao Czernkovich, Georgio Dömöterffy, Emerico Domin, Ferdinando Thomekovich, Josepho Jellachich, Antonio Horvath, Ladislao Susich, Joanne Kamauf, Ignatio

Krsnjavi, Antonio Luketich, Josepho Briglevich, Francisco Suppan, Nicolao Nikolich, Georgio Eyther, Joanne Del Negro, Martino Verbanich, Paulo Hatz gremialibus assessoribus celebrata est restauratoria

Sessio 3a

Quam illustris dominus comissarius regius cum eo aperire dignabatur, quippe ex parte complurium electae communitatis membrorum illud desiderium ad se perlatum haberi, ut cum munus perceptoris, camerarii et pupillorum, piarumque summarum curatoris hucdum penes civitatem hanc in una eademque persona coadunatum fuisset, hanc vero concentrationem multifarie, in ratione debitae pupillorum educationis in omnigenae peculii pupillaris securitatis fundati respectus disvaderent, his e considerationibus manipulatione rei pupillaris penitus segregata, finem in hunc de distincto pupillorum curatore constituendo provisio ineatur; quapropter eadem Sua Illustritas super objecto hoc uberiorem electae civium communitatis et magistratus sensum et mentem exquisivit; libratisque omni sub obtutu subversantibus circumstantiis ac spectato eo, quod numerus gremialium pupillorum ad 140 assurgat, proinde perceptor et camerarius civitatis hujus partibus utriusque hujus muneris satis distentus, vigili oculo et sollicitudine educationi pupillorum vix ac nevix superesse valeat, habita item ejus consideratione, quod similis complicatae complurium inde sua ab invicem discrepantiam cassarum manipulationis in uno, eodemque individuo concentratio, ineluctabiles perplexitates facile generare, ex adverso in tali heteroque eneorum peculiorum coadunata manipulatione requisita in re rationarii claritas et evidentia non semper obtineri possit, in eam ductu horum concordibus votis itum est opinionem, ut in distincta a perceptore et camerario persona pupillorum curator constituatur. Ad cujusmodi opinionem Sua Illustritate domino comissario regio suffragio suo prono animo accedente innuebat, Sua Illustritas hac in re illam adhuc superesse quaestionem, qualenam salarium annuum pro idmodi pupillorum curatore emetiendum et ex quo fundo pendendum veniat. Habitaque gravis profecto omni sub respectu, praesertim vero relate ad correlatam responsionem muneri huic adhaerentis oneris reflexione salarium annuum in florenis 200 moneta conventionali defigi ac tale ex cassa cameratica, eoque influentibus taxis fundualibus dependi posse existimabatur, quo unanimiter probato, Sua Illustritas declaravit, nihil jam reliquum fore, quam ut super provida haec de pupillari cura et sollicitudine, eatenusque in praeviis facta provisione ad excelsum dirigens in Regno Dicasterium conformis fine impertiendae eatenus benigno gratiosae ratificationis exaretur remonstratio, cujusmodi gratiosae inviationis implemento ad proxime servandam sessionem magistratualem relegato ac perlectione praesentis protocolli actorum restaurationis hujus magistratualis instituta

Sua Illustritas dominus comissarius regius provincia restaurandi magistratus altissima providentia sibi delata taliter plene defuncta, refeliciter transacto actu restauratorio magistratui et electae communitati congratulari sibi vero gaudere gratiose affirmabat ac paucis et nervose commemoratis iis qui sapienti et facunda oratione sua primae sessionis restauratione die habita complexa fuerat, magistratui et electae

communitati intra faustas acclamationes valedixit, judex vero civitatis dominus Josephus Stajdaher revocans demisse eidem Suae Illustritati in memoriam sensa illa, quae de indefessa ejus in decus et aemolumentum civitatis hujus impensa cura, testato item sincero, aequanimique cuivis in individuo opitulandi studio se habere praecedenti sessione nomine magistratus et electae communitatis declaraverat, revocans inquam in memoriam quanto gratissimi animi studio, quam novo vinculo eidem Suae Illustritati magistratus et electa communitas obstricta, quomodo ei toto animo dedita sit, quam tamve in ejus protectione locet fiduciam. Ab eadem Sua Illustritate domino comissario regio simul exoravit, ut gratia et protectione sua magistratum et electam communitatem ultro fovere et prosequi dignetur, atque ita tam sessioni huic, quam moderno actui restauratorio fine imposito, magistratus et electa communitas Suam Illustritatem dominum comissarium regium ad habitationem suam concedentem comitati, abinde ab propria recesserunt. Publicatum per Joannem Bedekovich civitatis Zagrabiensis ordinarium notarium m. p. locus sigilli civitatis minoris.

Collatum per Joannem Bedekovich

1834.

Anno 1834o die vero 1a septembris, velut praestituto magistratualis restaurationis termino, Zagrabiae in domo praetoreo senatorea ex interiori magistratu dominis Josepho Stajdacher judice, Ignatio Andrievich consule, Ignatio Kavich capitaneo, Michaele Kaizer, Joanne Mihanovich, Josepho Luksich, Josepho Kovachich, Aloysio Shrabecz et Joanne Kamauf senatoribus, Joanne Bedekovich ordinario notario, ex electa vero communitate dominis Emerico Karvanchich fisco, Josepho Svprak, Joanne Kukovich, Barholomeo Mattachich, Nicolao Chernkovich, Georgio Dömöterffy, Joanne Daubach, Venceslao Emel, Emerico Domin, Ferdinando Thomekovich, Josepho Jellachich, Nicolao Nikolich, Antonio Horvath, Ladislao Susich, Ignatio Krsnavy, Thoma Prevendar, Josepho Briglevich, Antonio Luketich, Joanne Delnegro, Francisco Suppan, Georgio Either, Martino Verbanich et Paulo Hatz assessoribus in unum confluentibus, quoniam citra omnipotentis Dei auxilium quolibet humanae destinationes et opera infirma forent, dominus civitatis judex magistratum et electam communitatem ad invocandum Spiritus sancti gratiam ad localem parochialem ecclesiam s. Marci perhumane invitavit: abinde, post peracta divina magistratu et electa communitate ad domum praetoream revertente, sedesque suas capessente, praeprimis benignum mandatum restauratorium civitati huic sonans, deque dato 5ae junii anni curentis numero 7362/362 expeditum, dein benigno gratiosum excelsi Consilii regii locumtenetialis Hungarici de dato 15ae julii anni currentis numero 20408 editum, nec non gratiosum excelsae Camerae regiae Hungarico-aulicae de dato 23ae julii anni currentis numero 25513 ad civitatem hanc exaratum intimatum, quibus in complexu innuitur, Suam Majestatem sacratissimam clementer resolvere dignatam esse, ut in civitate hac restauratio magistratualis hoc anno absque interventu

commissarii regii secundum praevigentes normales ordines peragatur, lecta exstiterunt.

Quibus serie sua ita publicatis et pro cynosura et observamine sumptis atque sic iis, quae vehiculum magistratualis restaurationis constituunt praecognitis, dominus civitatis judex pauci et nervosi tam praecipuum hodierni conventus scopum, quam media ad hunc assequendum conducentia deposuit, quorum in consequentiam digressu ad auspicandum ipsum magistratualis restaurationis actum facto compertoque ex tabellarii deductione status personalis civitatis hujus occasione postremae in urbe hac servatae restaurationis adornata, eo, quod per interventum obitum assessorum gremialium Pauli Zavodszky, Josephi Rauth et Danielis Babok, domini item Joannis Kamauf ad munus senatorale promotionem quatuor vacantiis in electa civium communitate enatis, taliter 4 sedes assessorales redintegrandae veniant igitur ad effectum harum redintegrationis:

Pro prima vacantia assessorali e dominis electioni propositis quippe
Josepho Krieger,
Antonio Junkovich et
Josepho Augustin,
primus dominus Josephus Krieger vota 11, tertius vero dominus Josephus Augustin votum nullum obtinentes emanserunt, prodivitque cum votis 12 dominus Antonius Junkovich, qui etiam solitum juramentum in continenti nuncupavit.

Pro 2a vacante assessorali sede electioni submittebantur domini:
Josephus Sufflay,
Franciscus Prezl et
Petrus Ochich,
inter quos accedentibus votis 11 renunciatus et in continenti juramento adstrictus est dominus Josephus Sufflay, domini Francisco Prezl cum votis 9, Petro vero Ochich cum votis 4 emanentibus.

Pro 3tia vacante assesorali statione proponebantur domini:
Aloysius Krafft,
Petrus Klemenich et
Thomas Kruesz,
ex quibus domino Klemenich 6, domino autem Kruesz 2 votis obtinentibus, sic creatus est assessor dominus Aloysius Krafft cum votorum suffragiis 17 mox consueto juramento obstrictus.

Pro 4a assessorali vacantia candidationem subiverunt domini:
Josephus Szorg,
Alexander Lölkess et
Joannes Leitner,
quorum primo Josepho Szorg cum votis 21 electo ac juramento obstricto, domini Alexander Lölkess cum votis 2 et Joannes Leitner cum votis 3 praeteriti sunt.

Redintegrata praevia modalitate electa civium communitate processum est ad restaurationem fisci, atque domino Emerico Karvanchich praegestum fisci munus condecenter resignante, pro eodem fisci officio candidationi substernebantur domini:

Emericus Karvanchich,
Aloysius Krafft et
Antonius Junkovich,
e quibus domini Krafft et Junkovich, ille 7, hic vero 1 duntaxat voto obtento praeteriti sunt, munusque consecutus est votis 16 dominus Emericus Karvanchich juramento in continenti adstrictus.

Pro officio capitaneali, quod hucdum dominus Ignatius Kavich gerebat, quodve haec fidelia resignavit, candidati exstiterunt domini
Ignatius Kavich
Josephus Lukshich et
Aloysius Shrabecz
quorum secundo nullo voto obtento, tertio vero obtentis votis 12 emanentibus, prodivit in capitaneum dominus Ignatius Kavich cum votis 15, a quo in instanti suetum juramentum exceptum exstitit.

Pro munere consulis per dominum Ignatium Andrievich praegesto et hac vice resignato candidationi submittebantur domini:
Ignatius Andrievich.
Josephus Lukshich et
Joannes Kamauf,
quos inter dominus Lukshich vota 3, dominus vero Kamauf vota 9 obvenerunt, stallumque consulare consecutus est suffragio votorum 15 dominus Ignatius Andrievich, qui praescriptum mox elicuit juramentum.

Demum pro officio judicis, quod hucdum dominus Josephus Stajdacher obibat, quodve idem clavibus et sigillo civitatis, penes depromptam pro locata hactenus in se fiducia gratiarum actionem pro veteri more restitutis resignavit, electioni proponebantur domini:
Josephus Stajdacher,
Joannes Mihanovich et
Josephus Lukshich,
e quibus dominis Joanne Mihanovich et Josepho Lukshich nullum votum obtinentibus, unanimibus votis electus est dominus Josephus Stajdacher, qui nuncupato in continenti solito juramento, claves et sigillum civitatis recepit.

Praevia igitur ratione actu magistratualis restaurationis pro exigentia benigni mandati restauratorii pacate ac concorditer consumato nonnullorumque vacantium subalternorum muniorum restauratione in crastinam diem dilata, magistratus et electa communitas pro exauditione decantandi hymni Ambrosiani ad superius memoratam ecclesiam parochialem concessit, abinde vero finitis divinis, ad propria reversa est.

Sessio 2da

Anno 1834o die vero 2a septembris Zagrabiae in curia civica praesentibus ex interiori magistratu dominis Josepho Stajdacher judice, Ignatio Andrievich consule, Ignatio Kavich capitaneo, Michaele Kaizer, Josepho Lukshich, Josepho Kovachich, Aloysio Shrabecz et Joanne Kamauf senatoribus, Joanne Bedekovich ordinario notario, ex electa vero communitate dominis Emerico Karvanchich fisco, Josepho Syprak, Joanne Kukovich, Bartholomaeo Mattachich, Nicolao Czernkovich, Georgio

Dömöterffy, Joanne Daubach, Venceslao Emel, Emerico Domin, Ferdinando Thomekovich, Antonio Horvath, Ladislao Susich, Ignatio Krsnavy, Thoma Prevendar, Josepho Briglevich, Antonio Luketich, Joanne Delnegro, Francisco Suppan, Georgio Either, Martino Verbanich, Paulo Hatz, Antonio Junkovich, Josepho Sufflay, Aloysio Krafft et Josepho Szorg assesoribus, servata est continuative sessio restauratoria:

Completo hesterna die tam interiori magistratu quam electa civium communitate, supererat subsequorum vacantium subalternorum muniorum redintegratio: statione videlicet contra agentis, quam dominus Stephanus Derchich post obitum contraagentis Georgii Briglevich in praesens usque modo duntaxat provisorio supplebat, vacante, pro hac candidati exstiterunt domini:

Stephanus Derchich,
Franciscus Bann et
Aloysius Fruk,

quos inter dominus Stephanus Derchich (dominis Francisco Bann et Aloysio Fruk citra obtentum votum praeteritis) concordibus suffragiis munus contraagentis adeptus consuetum eatenus juramentum nuncupavit.

Pro officio pupillorum curatoris, quo nimirum dominus Carolus Lopuh hucdum modo duntaxat interimali fungebatur, electioni submittebantur domini:

Carolus Lopuh,
Franciscus Bann et
Aloysius Fruk,

quo votorum suffragiis 18 potitus ac solito juramento adstrictus est dominus Carolus Lopuh, dominis Francisco Bann cum votis 6 et Aloysio Fruk cum voto 1 emanentibus.

Post hoc digressu ad fori macellorum, caminorum item inspectorum electionem facto ac domino assessore Paulo Hatz praegestum fori inspectoris munus resignante, in locum ejus dominus Franciscus Bann, qui munus hoc hactenus jam annis 10 abibat, quodve complures dominos assessores depraecati sunt, concordi voto renunciatus exstitit: pro caminorum inspectoribus, qua videlicet munia pro consuetudine ab immemoriali praevigente neoelecti assessores obire tenentur, dominis suppneocreatis assessoribus et quidem respectu interioris civitatis dominis Josepho Sufflay et Antonio Junkovich, respectu vero suburbiorum dominis Aloysio Krafft et Josepho Szorg denominatis, domino vero Martino Verbanich in praegesto fori inspectoratus officio ultro consona voce confirmato: actuali quarteriorum militarium magistro Thoma Horvatich, qui utpote nullum pro servitio hoc competitorem haberet, partim ideo, quod solertia et exactitudo ejusdem in re servitii per magistratum et electam comunitatem hac vice probata haberetur, partim vero, quod indoles servitii hujus periodicam in fungente individuo alterationem disvaderet, per magistratum et electam communitatem in praegesto servitio ultro constabilito, pariformiter sacristis, choralistis et campanatoribus localis parochialis ecclesiae s. Marci in mutua domini civitatis parochi Petri Horvatich scopo hoc sessioni huic intervenientis, consesione in servitiis suis ultronee relictis.

Hac proinde modalitate debita, quoad quaevis subalterna munia provisione praeinita pertractationem dein subiverunt binae instantiae dominorum advocatorum et gremialium civium filiorum, Aloysii quippe Lukinacz et Joannis Borkovich, quorum prior honorarii vicefiscalis, posterior vero honorarii vicenotarii munus sibi conferri petit: et quia ex honorariis vicenotariis et vicefiscalibus, occasione postremae restaurationis, accedente altiori ratificatione, renunciatis, plerique ex ratione adeptae in distinctis orbitis applicationis munere hoc amplius fungi nequirent, proinde et honorarii vicenotarii et fiscalis neonominandi oportunus usus haberi posset, idcirco tum e consideratione praeviorum, cum et reflexione ex illa, ut recurrentes uberiorem campum sese in sphaera servitii publici formandi nanciscantur, partisque adminiculo hoc in antecessum necessariis subjectis et individuis, quae essentialem administrationis partem constituunt, manipulatio publica, quae caeteroquin aucta hic loci populatione notabile incrementum nacta est, imposterum adjuvetur et facilior reddatur, magistratus et electa communitas petitum per antelatos recurrentes interpositum comite favorabili opinione secundare atque altioribus excelsis dicasteriis pro impertinendis desideratis muniis demisse proponere non dubitavit.

Atque ita magistratu et electa communitate restaurandi provincia sibi altissima providentia delata plene defunctis, dominus civitatis judex de sede sua consurgens de feliciter transacto actu restauratorio electae communitati congratulari, sibi vero et magistratui gaudere affirmabat, sincerisque devotorum animorum contestationibus mutuo reciprocatis, magistratus et electa communitas, actu restaurationis taliter plene consumato, ad sua discesserunt. Publicatum per Joannem Bedekovich civitatis Zagrabiensis ordinarium notarium m.p.

INDICES

Numeri paginas denotant.
Brojevi označuju stranice.

INDEX PERSONARUM

A

Adamovich Joannes Capistranus 228, 241, 253, 261, 268
Ajter Joannes 266 v. Either
Almas(s)y vidua 203, 211, 221
Andrassevich Micheal 18
Andreas cothurnarius 104
Andrievich Ignatius 393, 394, 396, 397, 399, 403, 404, 405, 406, 411, 412, 415, 417, 419
Antolich Michael 319, 320, 331, 333
Antholkovich Joannes 394, 400, 401
Ap(p)oka Petrus 132, 133, 134, 136, 139, 140, 142, 144, 148, 153, 156, 162, 164, 165, 168, 172, 173, 177, 180, 187, 188, 190, 194, 202, 205, 207, 210, 211, 224.
Arbanasz Benedictus dictus Benak 82, 86, 125, 127, 128, 130, 135, 139, 140, 142, 144, 148, 149, 150, 151, 153, 156, 157, 158, 159, 162, 164, 169, 172, 178, 180, 187, 191, 194, 200, 202, 207, 210, 216, 222, 225, 229, 232, 236
Asperger Joannes 43, 44, 53, 221
Asperger Michael 43, 44, 121
Augustich dominus 304, 305
Augustin Josephus 416
ab Au(e)rspergh Antonius 75, 90, 98, 110, 121
Aver Franciscus 4

B

Babich Mathaeus 338, 339
Babochai aliter Cheh Nicolaus 20, 34, 39, 45, 46, 49, 71, 73, 84, 87, 88, 89, 96, 98, 103, 105, 112, 124, 202, 205, 206, 207, 210, 212, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 233, 235, 238, 241, 245, 248, 249, 250, 253, 256, 259, 260, 264, 266, 267, 271, 273, 274, 275, 277, 282, 286, 288, 290, 292, 294, 296, 299, 301, 310, 311, 314, 315, 317, 321, 329, 332, 333, 337, 340, 344, 346, 347, 348, 353, 369, 378, 381, 386, 388; v. Cheh
Babochai aliter Cheh Stephanus 49, 70, 71, 73, 75, 82, 84, 87, 90, 93, 96, 99, 110, 119, 122, 124, 126, 128; v. Cheh
Babok Daniel 360, 365, 367, 373, 389, 397, 399, 401, 404, 406, 412, 415, 418
Babok Michael 25, 26
Baccini (Bachiny) Joannes Baptista 238, 239, 243, 245, 248, 249, 251, 254, 257, 260, 262, 265, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 281
Bachani (Bathian, Battian) Theodor comes 129, 138, 143
Balassa Franciscus comes 277
Ballogh Adamus 10, 13, 20, 21, 23, 24, 26, 28, 32, 34, 36, 39, 41, 42, 44, 46, 51, 55, 56, 57, 58, 61, 63, 65, 70, 74, 82, 84, 85, 89, 93, 94, 100
Ban (Baan, Bann) Franciscus 400, 402, 420
Baptista Christophorus 6, 10, 11, 12, 14, 16, 17, 20, 21, 29, 30, 32, 33, 34, 37, 38, 39, 41, 46, 48, 51, 52, 53
Baranay v. Baronay
Barich Josephus 281, 283, 284, 285, 288, 294
Barichevich Gabriel 64, 234
Barle (Barile, Warle) Joannes 7, 8, 9, 11, 14, 17, 33, 42, 47, 49, 54, 57, 63, 67, 68
Baronay (Baranay) Martinus 281, 282, 283, 284, 285, 288, 291, 292, 296, 300, 311, 312, 313
Batthotter Vilibaldus 233, 246, 258
Battinich Joannes 203, 204
Battinich Mathias 221, 272
Battinich Rosalia 232
Batinich locuntenens 211, 233
Basuli Petrus 128, 137, 151
Bedekovich Joannes 394, 396, 399, 404, 6, 9, 10, 23, 26, 27, 28, 29, 30, 32, 33, 34, 39, 41, 43, 48, 49, 54
Bedekovich Joannes 394, 396, 399, 404, 405, 406, 408, 412, 415, 417, 419, 421
Bedekovich (de Komor) Ludovicus 389, 391, 398, 404, 407, 412, 415
Behtan Josephus 7, 10, 13, 17, 20, 21, 29, 34, 37, 39, 41, 42, 46, 53
Bellachich Georgius 234
Bellich Balthasar 53, 64, 69, 88
Bel(l)ich Fel(l)icianus 5, 8, 9, 12, 14, 17, 22, 30, 32, 36, 37, 38, 42, 43, 44, 50, 51, 52, 54, 56, 57, 58, 59, 62, 64 66, 67, 68, 72, 75, 83, 86, 88, 90, 95, 97, 99, 103, 104, 106, 112
Belich Franciscus 48, 52, 88
Bellich Josephus 35, 38, 40, 45, 49, 50, 52, 55, 56, 58, 59, 62, 63, 64, 67, 68, 72, 75, 83, 86, 90, 95, 99, 106, 109, 110, 118, 122, 127, 129
Bellossevich Georgius Josephus 346, 348, 358, 382, 390
Benak Josephus 5, 12, 19
Benich Nicolaus 17
Benkovich capitaneus 210
Benkovich Anna 26
Benkovich Antonius 39

Benia Ignatius 18
Benya Petrus 4
Berczkovich 246
Berkle Josephus 237
Berzay Ignatius 403
Blasekovich Andreas 18
Blasekovich Ladislaus 349, 366
Blasekovich Michael 66, 72, 74, 75, 80, 83, 85, 87, 88, 96, 98, 110, 113, 116, 117, 119, 121, 127, 128, 130, 134, 140, 157, 165, 166, 168, 169, 175, 176, 177, 181, 187, 188, 191, 194, 195, 200, 202, 208, 210, 212, 213, 315, 216, 222, 224, 225, 229, 232, 234, 242, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 253, 257, 259, 260, 261, 264, 267, 268, 271, 272, 273
Blasekovich Petrus 86, 95, 100, 106, 109, 111, 114, 117, 118, 123, 124, 127, 129, 131, 132, 134, 135, 138, 140, 142, 144, 148, 151, 153, 156, 159, 161, 164, 167, 169, 172, 173, 180, 191, 194, 195, 197, 200, 202, 207, 210, 211, 216, 220, 222, 225, 229, 232, 236, 265, 266, 267, 269, 272, 274, 276, 277, 281
Blaskovich Paulus 408
Bless (Bleess) Michael 237, 239, 245, 249, 251, 254, 257, 260, 262, 265, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 283, 287, 288, 292, 296, 300, 304, 311, 315, 317, 329, 331
Bogovich Jacobus 61
Bogovich Paulus 12, 19, 28, 31, 35, 40, 43, 45, 48, 49, 50, 52, 55, 60
Borkovich Joannes 421
Bernemisza Christophorus 131, 173, 210, 211, 221, 222, 223, 246
Bornemisza Mathias 304
Bradicza Joannes 313, 315, 317, 321, 329, 333, 337, 339, 340, 344, 351, 360, 366, 368, 369, 373, 378, 381, 383, 386, 388
Brezovachki Emericus 195, 204, 205, 206 208, 210, 212, 214, 216, 220, 222, 225, 229, 232, 234, 236, 237
Brezovachky Joannes 316, 319, 321, 322, 333, 337, 338
Brezovachki Michael (Josephus) 55, 71, 76, 83, 85, 86, 87, 88, 91, 96, 99, 103, 107, 111, 118, 123, 125, 126, 129, 130, 134, 138, 140, 141, 143, 147, 148, 149, 150, 152, 155, 156, 158, 161, 163, 166, 172, 176, 177, 179, 186, 188, 190, 194, 202, 204, 205, 206, 207, 210, 212, 215, 220, 222, 246
Briglevich Georgius 362, 371, 372, 373, 413
Briglevich Joannes 408
Briglevich Josephus 408, 409, 412, 416, 417, 420
Brigl(i)evich Stephanus 238, 239, 243, 245, 248, 249, 251, 254, 256, 257, 260, 262, 265, 266, 267, 268, 271, 273, 274, 276, 277, 283, 287, 288, 292, 296, 300, 301, 311, 315, 317, 321, 329, 333, 337, 344, 346, 347, 354, 357, 359, 363, 373, 374, 377, 378, 381, 383, 384, 386, 388, 389, 390, 391, 399, 400, 404, 405, 408, 413
Bruntzer Josephus 221
Bubanovich Joannes 348
Buchar Antonius 234
Budinschak Joannes 104
Bukovich Casparus 376
Bursich Petrus 203, 211, 221
Bussich Balthasar 236, 239, 242, 245, 247, 248, 249, 250, 251, 254, 257, 262, 265, 269, 271, 276, 277, 280
Bussich Sigismundus 21, 44
Busan consiliarius 70
Busan Joannes, vicebanus Regni 114, 195
Busan Josephus 156, 257
Byff Aloisius 360
Byff Sigismundus 233, 280, 281, 310, 311, 313, 315, 317, 329, 331, 332, 333, 337, 339, 340, 341, 344, 347, 353, 354, 360, 362, 364, 368, 370, 381, 383, 386, 388, 389, 397, 399, 404, 405

C (Cz)

Czaitler Joannes 4
Czappan Antonius 394
Czappan Joannes 332, 334, 336, 341, 342, 343, 350, 353, 354, 365, 366, 367, 368, 369, 373, 378, 381, 383, 386, 388
Czar Joannes 28, 32
Czekovich Petrus 114, 258
Czelinich Josephus 272
Czernkovich Nicolaus 361, 393, 394, 399, 405, 406, 412, 415, 417, 419
Czerouszagh Franciscus 69
Czeszarecz Petrus 334
Czesztar Georgius 343
Czipolati, Czopolati v. Zapolati
Czuliffay Josephus 237, 239, 242, 245, 249, 251, 254, 257, 260, 262, 265, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 281, 283, 284, 287, 288, 292, 296, 297, 300, 311, 317, 320
Czvetkovich Franciscus 349, 355
Czvetkovich Mathias 203, 258, 272, 310 311, 355, 384

Č (Ch)

Chabrian (Chebrian) Stephanus 70, 71, 72, 73, 75, 83, 84, 88, 91, 95, 99, 106, 111, 117, 118, 123, 127, 129, 130, 135, 138, 140, 144, 148, 152, 156, 161, 164, 166, 167, 169, 172, 177, 180, 187, 190, 194, 199, 202, 205, 206, 207, 210, 216, 222, 224
Chachkovich Barbara 173, 195
Chachkovich Joannes 344, 351, 254, 357, 360, 361, 363, 370, 375 ,378, 381, 383, 385, 391
Chare Joannes 14
Chegetek Anna 221
Chegetek Gasparus 156, 221
Chegetek Stanislaus 349, 366, 369, 373 381, 386, 389, 399
Chegetek Stephanus 156, 165, 166, 194, 195, 204, 221, 224, 225, 229, 232, 234 239, 242, 245, 246, 249, 251, 254, 257, 260, 262, 265, 269, 271, 272, 273, 274, 275, 277, 283, 285, 287, 288, 291, 292, 296, 298, 300, 301, 304, 311, 314, 315, 317, 320, 321, 324, 325, 329, 330, 332
Chegetek Thomas 221
Cheh Joannes 82, 83, 86, 91, 95, 96, 100, 104, 105, 106, 111, 118, 119, 123, 124, 129, 130, 133, 134, 136, 138, 140, 144, 148, 153, 156, 161, 164, 169, 172, 175, 180, 187, 191, 194, 196, 197, 199, 202, 207, 210, 212, 214, 216, 222, 224, 225, 228, 232, 233, 237, 250
Cheh aliter Babochai Nicolaus 6, 10, 12, 13, 17, 20, 21, 28, 29, 32, 37, 41, 55, 61, 66, 74; v. Babochai
Cheh aliter Babochai Nicolaus 131, 165, 168, 170, 176, 177, 178, 181, 187, 188, 189, 191, 194, 195, 196, 197, 217, 234; v. Babochai
Cheh aliter Babochai Stephanus 45, 49, 50, 54, 55, 60, 61, 65, 66, 68, 106, 107, 116, 195, 221; v. Babochai
Chernich Catharina 172
Chernich Josephus 281, 294, 298, 300, 301, 311, 315, 317, 319, 321, 329, 337, 339, 344, 360, 378, 381, 384, 386, 388
Chernich Nicolaus 114
Chernko Joannes 11
Chikulini Joannes Franciscus comes 4
Chriszt Carolus 234
Chuchich Thomas 361, 372, 373, 376, 378, 381, 386, 388, 389, 399, 404, 408
Chunchich Georgius 5, 9, 12, 19, 28, 32, 35, 40, 45, 49, 50, 55
Chunchich Nicolaus 132, 133, 157, 232
Chunko Josephus 233
Chunko Stanislaus 31
Churlekovich Mathias 238, 272, 274

D

Darich 124
Daubach Carolus 372
Daubach Joannes 395, 399, 402, 406, 412, 417, 420
Deffoniani filii 4
Deg(v)oy (de Segauz) Deodatus 156, 173, 195, 203, 211, 212, 221, 223, 225, 233, 236, 237, 238, 239, 240, 242, 245, 248, 249, 251, 254, 257, 258, 260, 262, 265, 272
Delach Andreas 5, 119
Delach Georgius 14, 47, 52, 64, 69, 88, 128
Delnegro (Del Negro) Joannes 397, 410, 412, 416, 417, 420
Delnegro (Dellnegro) Nicolaus 246, 258
Demetrovich Georgius 395, 397, 399, 402, 403, 404, 405; v. Dömöterffy
Derchich Stephanus 339, 343, 344, 360, 378, 381, 389, 394, 396, 397, 399, 404, 405, 408, 413, 414, 420
Dergh dominus 5
Dervodelich 203
Deszputh Gregorius 203, 211
Det/t/oni Osvaldus 16, 44
Diakovich Rosalia 156
Dianich Stephanus 8, 9, 11, 22, 27, 30, 32, 36, 38, 43, 44, 46, 50, 51, 52, 54, 57, 58, 62, 63, 67, 71, 72, 76
Dikovich Julius 280, 283, 284, 285, 288, 291, 292, 296, 298, 300, 311, 315, 317, 320, 321, 329, 337, 344, 347, 358, 363, 386, 388
Dobrilovich Georgius 64, 69, 136, 142, 151, 211
Dolachki Nicolaus 121
Dolovecz Franciscus 140
Dolovschak Antonius 272
Domin Andreas 272
Domin Emericus 396, 397, 399, 402, 403, 404, 406, 412, 415, 417, 420
Domin Thomas 203
Domianich Ignatius 39
Domjanich Mathias 18
Domjanich/iana domus/ 203
Domiankovich Michael 108, 206
Dömöterffy Georgius 406, 412, 415, 417, 420; v. Demetrovich
Dragovanich Georgius 27, 31, 35, 40, 45, 49, 50
Dragovich Josephus 27
Draskoczy Josephus 204, 206, 208, 211, 212, 213, 216, 222, 225, 229, 232, 234, 239, 242, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 254, 257, 258, 259, 260, 261, 265, 267, 268, 271, 272, 273, 274, 276, 277, 282, 284, 287, 288, 290, 294, 311
Draskovich Anna Maria comitissa 258
Draskovich Franciscus comes 247
Draskovich Joannes comes 169, 190
Draskovich Josephus comes 75, 89, 105 109, 144, 153, 162
Drenchevich Margaretha 377, 378
Dunkel Blasius 362, 371, 372

E

Ebbl Franciscus 237
Ebner Joannes 311, 397
Either (Eyther) Georgius 410, 412, 413, 416, 417, 420

Emel Veneceslaus 397, 399, 402, 406, 412 417, 420
Erdödy Christophorus comes 152, 161, 162, 180, 190, 199, 208, 216
Erdödy Georgius comes 27, 123, 139, 144
Erdödy Joannes comes 153, 162, 180, 190, 199
Erdödy Joannes Christophorus 169
Erdödy Josephus 362
Erdödy Ladislaus comes 239, 242, 254, 261, 268, 276, 287
Erdödyani-(Ludovico) haeredes 75, 90, 98, 110, 121, 229, 230, 242, 254, 262, 269
Erdödyana familia 138, 139, 143, 153, 169

F (Ph)

Fabianchich Simon 310, 311
Fabianecz Franciscus 7, 9, 11, 14, 17, 19, 20, 21, 27, 29, 30, 32, 35, 37, 38, 42, 44, 46, 47, 49, 51, 54, 55, 62, 67
Fabianecz Georgius 48, 160
Fabich Michael 310
Fanijek Mathias 210
Felbinger Bartholomeus 410
Fel/l/lak Georgius 151, 157, 159, 160, 162, 164, 166, 167, 169, 172, 174, 175, 177, 178, 181, 182, 184, 188, 189, 191, 194, 197, 200, 202, 204, 205, 206, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 221, 222, 225, 228, 232, 234, 238, 241, 245, 248, 249, 250, 251, 253, 256, 258, 260, 261, 264, 268, 271, 275, 277
Feliakiana domina 304
Ferdinar Joannes 233
Fer/r/ich Thadeus 360, 365, 394, 399, 401, 403, 408
Filipp Franciscus 376
Philipovich Antonius 349, 365
Flichek Petrus 53
Földessiana vidua 351
Franchek Franciscus 346, 347, 353, 354, 358, 362, 363, 377, 384
Frankovich Joannes 160, 168, 175, 176, 194, 195, 198, 200, 202, 204, 205, 208, 210, 212, 213, 215, 216, 220, 222, 225, 226, 229, 232, 233, 234, 239, 242, 245, 248, 249, 251, 253, 261, 263, 264, 265, 267, 268, 269, 271, 274, 276, 277, 282, 285, 287, 288, 291, 292, 294, 320, 321, 322, 329, 333, 337, 344, 360, 367, 378, 381, 384, 385, 386, 388, 389, 394, 395, 396, 399, 404, 408
Fratrich 11
Fröschl Carolus 211, 212, 214, 216, 222, 224, 225, 226, 228, 232, 233, 234, 238, 241, 245, 248, 249, 250, 253, 256, 260, 261, 264, 268, 271, 274, 275, 277
Fruk 336
Fruk Aloysius 420
Fuchek 234
Fuchek Georgius 115, 118, 119, 123, 128, 129
Fuchek Josephus 310
Fugijak Georgius 160
Fugyak Laurentius 5

G

Gabrich Joannes 151
Gabrieli Joannes 64, 88, 97, 108, 119
Gajer Josephus 131, 132, 133, 135, 136, 139, 140, 142, 144, 148, 149, 150, 153, 156, 157, 159, 161, 164
Gallich Georgius 128, 133, 136, 142, 151, 160, 166, 167, 168, 170, 172, 177, 179, 181, 187, 188, 191, 194, 197, 200, 202, 205, 206, 208, 210, 212, 215, 216, 217, 220, 222, 225, 226, 229, 232, 233, 234, 239, 240, 242, 245, 249, 251, 253, 257, 260, 261, 264, 267, 268, 271, 274, 275, 277, 280
Gallovich Georgius 222
Gallyuft Josephus 222
Galliuf Paulus 32
Gallyutf Stephanus 250, 251, 255, 257, 259, 260, 262, 269, 271, 273
Gallyutfiana domina 195
Gasparinchich Georgius 221
Gasparinchich (aliter Torecz) Joannes 45, 49, 50, 51, 52, 54, 58, 59, 63, 67, 68, 73, 75, 84, 87, 90, 96, 99, 103, 106, 107, 110, 122, 124
Gerbanio Carolus 22
Gerbania (Gerbanyo) Franciscus Xaverius 16, 22, 70, 73, 75, 82
Gerbavecz Barbara 156
Gerbavecz Catharina 156
Gerbavecz Stephanus 56
Gerbenich (Gerbinich) Nicolaus 294, 298, 319, 320
Gergecz Josephus 131
Gergurich Georgius 114
Gerkavecz Petrus 125, 130, 135, 136, 139, 140, 142, 144, 148, 150, 153, 156, 159, 162, 164, 169, 172, 178, 180, 188, 191, 194, 197, 200, 202
Gerlechich Joannes 18
Gerssetich Joannes 26
Gerschich Joannes 56
Giraudon Mathias 283
Giumlia Petrus 131
Glavanovich Dorothea 203
Gorup (Gorrupp, Goruph) Joannes 14, 72, 73, 76, 83, 86, 87, 88, 91, 95, 100, 103, 105, 112, 115, 118, 123, 127, 128, 129, 130, 132, 138, 140, 143, 148, 152, 156, 161, 164, 168, 172, 177, 180, 186, 188, 190, 194, 197, 202, 205, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 222, 228, 232, 233, 234, 235, 238, 247, 249, 250, 253, 255, 256, 260, 261, 264, 266
Gor(r)up Paulus 174, 175, 176, 177, 179, 181, 182, 185, 186, 187, 189, 191, 194, 200, 202, 206, 208, 210, 212, 214, 215, 216, 220, 222, 225, 226, 229, 232, 233, 234, 238, 239, 241, 245, 248, 249, 252, 259, 260, 262, 264, 266, 267, 268, 270, 271, 274, 275, 277, 279, 282, 283, 287, 288, 290, 291, 292, 294, 296, 300, 301, 304, 305, 311, 315, 317, 321, 328, 329, 331, 332, 333, 335, 337, 340, 344, 346, 347, 368, 369, 373, 378, 381, 383, 386, 388, 389, 398, 399, 404, 405, 406, 411
Gotthal 35
Grabina Antonius 408
Gradechki Emericus 27, 31, 35, 36, 38, 45, 46, 47, 50, 52, 54, 58, 59, 60
Grayer Laurentius 376
Grebenich Andreas 258, 274
Gregorich (Gregurich) Joannes 69, 71, 72, 73, 76, 82, 83, 86, 91, 93, 94, 95, 96, 98, 110, 117, 121, 126, 128
Gregurecz Joannes 17
Gregurich Josephus 203
Grisich 246
Grudnik Maximiliana 54
Grusz Matthias 246, 258
Gudich Stephanus 5, 9, 11, 15, 19
Gudich (iano-Jursichiana domus) 165
Guvnarich Nicolaus 64, 69
Guzanich Petrus 8, 56, 69, 73, 76, 83, 87, 88, 91, 96, 99, 106, 107, 109, 111, 118, 123, 128, 129, 130, 135, 138, 140, 142, 144, 148, 152, 156, 159, 161, 164, 167, 169, 172, 177, 178, 180, 187, 188, 189, 191, 194, 197, 198, 199, 202, 205, 206, 207, 210, 211, 214
a Gyulay Ignatius comes 350, 370

H

Habsich Catharina 35
Habsich Georgius 35
Hack Franciscus 370, 376
Hadrovich Antonius 174, 179, 187, 189, 191, 194, 200, 202, 205, 206, 208, 210, 216, 222, 226, 229, 234, 236, 237
Hadrovich Franciscus 27, 31, 32, 36, 37, 38, 42, 45, 46, 47, 50, 52, 54, 55, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 65, 66, 67, 71, 75, 83, 85, 88, 89, 94, 95, 98, 104, 106, 109, 115, 117, 121, 124, 128, 181, 232
Hajnal (Heinal) Paulus 277, 279, 280, 281, 282, 284, 286
Hainovich Joannes 17, 18
Hajnovich Paulus 290
Hainrich Christianus 53
Haramia Andreas 114
Haraminchich Emericus 339
Harapinovich Petrus 105, 107, 108, 109, 111, 118, 123, 128, 129, 130, 135, 139, 140, 144, 148, 153, 156
Hatz Paulus 410, 412, 413, 416, 417, 420
Hen(n)er Andreas 12, 19, 28, 31
Hentel Simon 65
Heroich Mathias 362
Hinoe Simon 69
Hohneber Clara 54
Hohneber (Hohnebner, Hochnebner) Josephus (senior) 6, 7, 10, 13, 20, 31, 34, 35, 37, 39, 40, 41, 45, 49, 50, 52, 53
Hohneber (Hohnemer, Hochnemer) Josephus (junior) 53, 54, 58, 59, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 71, 75, 84, 85, 86, 88, 90, 94, 95, 96, 99, 101, 104, 106, 107, 109, 110, 114, 115, 116, 117, 119, 120, 121, 128, 130, 134, 137, 140, 141, 143, 145, 148, 150, 152, 155, 158, 161, 164, 166, 168, 172, 173, 177, 179, 186, 188, 190, 194, 197, 202, 203, 205, 210, 212, 214, 215, 220, 221, 222, 223, 233, 246
Hortensein Joannes 17
Horvath Antonius 408, 409, 412, 415, 417, 420
Horvath Georgius 356
Horvathiana Anna Maria 44
Horvatich Joannes 338, 339, 340, 341, 345, 346, 347, 356, 357, 359, 365, 385
Horvatich Petrus 403, 414, 420
Horvatich Thomas 401, 413, 420
Horvatinchich Matthias 64
Hosz (Hoosz) Franciscus Thobias 8, 9, 10, 11, 14, 15, 16, 17, 21, 22, 29, 30, 33, 34, 36, 39, 40, 43
Hozjak Petrus 383
Hruskovich Andreae pupilli 131
Hutter Nicolaus 311, 320, 321, 322, 329, 333, 337, 344, 367, 370, 378, 381, 386, 388
Huziak (Hozjak) Nicolaus 71, 88, 97, 107, 108, 109, 111, 118, 123, 127, 129, 130, 135, 139, 140, 142, 144, 147, 148, 150, 151, 153, 155, 156, 159, 162, 163, 164, 167, 169, 172, 177, 178, 180, 188, 189, 191, 194, 197, 200, 202, 205, 207, 210, 211, 213, 214, 215, 216, 222, 223, 225, 226, 229, 232, 233, 234, 236, 239, 240, 242, 245, 249, 251, 253, 257, 260, 261, 264, 267, 268, 271, 274, 275, 277, 282, 284, 287, 288, 291, 292, 296, 300, 311, 312, 313
Huzyak Thomas 71

I

Igerchich Anna 258
Igerchich Georgius 82, 95, 125, 128, 129, 130, 132, 138, 140, 141, 143, 148, 152, 156, 161, 164, 168, 172, 177, 179, 186, 188, 190, 194, 196, 197, 202, 205, 206, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 246, 247, 249, 250, 253, 255, 256,

258, 259, 261, 264, 266, 267, 271, 272, 274, 275, 277, 282, 286, 288, 290, 292, 295, 296, 299, 300, 301, 310, 311, 317, 329, 332, 333, 337, 339
Igerchich Paulus 7, 9, 11, 13, 36, 38, 42, 44, 46, 47, 49, 50, 54, 65, 75, 84, 85, 86, 92
Illiassich 5
Illiassich Adamus (Nicolaus) 5, 12, 16, 19, 20, 22, 26, 31, 34, 35
Illiassich Catharina 102
Illiassich Sigismundus 94, 102, 114
Ivanchich Georgius 156, 173
Ivankovich Paulus 234
Ivanossich Casparus 360, 365, 393, 394, 396

J

Jagich 68
Jakopovich Ladislaus 349
Jakssich Daniel 409
Jalxich Petrus 4
Jankovich Josephus 362
Jankovichiana Antonio vidua 207, 215, 253
Jarnevich Ladislaus 334
Jellachich Georgius 5, 12, 19
Jellachich Josephus 12, 19, 28, 31, 35, 40, 45, 49, 50
Jellachich Josephus 408, 412, 415, 417
Jellachich Nicolaus 211, 250
Jellachich de Buzin Vincentius 343
Jellenchich Josephus 311
Jobbagy Adamus 233
Jozipovich Georgius 257
Jo(s)zipovich Joannes 187, 188, 189, 191, 194, 197, 203, 211, 221, 224
Jozipovich vidua 272
Junkovich Antonius 418, 419, 420
Junkovich Petrus 341, 342, 343, 371, 373, 385, 400
Juraich Georgius 11, 16, 19, 27, 41
Juraich Matthias 59, 65, 72, 73, 75, 82, 84, 86, 91, 93, 95, 96, 99, 107, 111, 116, 117, 121, 126, 129, 130, 131, 134, 138, 140, 141, 143, 148, 150, 152, 154, 156, 158, 161, 164, 203, 211, 221, 233
Jurkovich Barbara 24
Jursich Joannes 6, 9, 10, 12, 13, 14, 15, 16, 18, 19, 20, 22, 23, 26, 27
Jurssich(iano Gudichiana domus) 194
Jusztich Petrus 403

K

Kaizer Michael 281, 284, 298, 300, 301, 311, 315, 317, 319, 321, 327, 333, 337, 339, 340, 342, 344, 360, 368, 372, 373, 381, 386, 388, 389, 394, 395, 399, 404, 406, 410, 411, 412, 415, 417, 419
Kalmann(iana) domus 35
Kalloczi Paulus 45, 49, 50
Kamauff Ernestus 319, 320, 321, 322, 329, 331, 332, 333, 337, 339, 405
Kamauf Joannes 409, 410, 412, 415, 417, 418, 419
Kamerlinsky 233
Kaminali Antonius 14
Kann Franciscus 410
Kantil(l)y Franciscus 195, 196, 197, 198, 200, 202, 205, 206, 208, 210, 212, 216, 217, 220, 222, 225, 226, 229, 232, 233, 234, 239, 242, 245, 249, 251, 254, 257, 260, 261, 265, 268, 271, 274, 276, 277, 283, 287, 288, 294
Kapaon Fridrika 258
Kariolich Vincentius 339
Karlo Georgius 401, 408
Karnichnik Franciscus 361
Karvanchich Emericus 362, 371, 372, 393, 395, 396, 399, 400, 401, 402, 405, 406, 410, 412, 415, 417, 418, 419
Karvanchich Josephus 305, 378, 384
Karvanchich parochus 334
Kasnyar Ignatius 257
Katkich Nicolaus 124, 156
Katkich vidua 221
Kavich Ignatius 349, 365, 372, 381, 384, 394, 395, 397, 398, 399, 401, 403, 404, 405, 406, 411, 412, 415, 417, 419
Keglevich (iana Josepho bona) 243, 254, 262, 269, 276, 287
Kerchelich Balthasar 85
Kerchelich Christophorus 59, 60, 61, 64, 65, 68, 71, 72, 75, 82
Kerchelich Emericus 224, 236, 237, 238, 239, 240, 243, 245, 249, 254, 257, 262, 265, 266
Kerchelich Joannes 349
Kerchelich, parochus Kravarszkensis 195
Kersnjavi v. Krsnyavi
Kipchich Petrus 355
Kirali (Kyralli) Ladislaus 9, 10, 11, 13, 20, 28, 29, 32, 35, 36, 37, 39, 41, 42, 51, 55, 56, 57, 66, 72, 74, 83, 84, 86, 87, 88, 89, 98, 107, 109, 117, 121, 124, 128
Kiszelyak Josephus 401, 413
Kitthonich aliter Szitar Georgius 17, 44
Klaffter Anna 60, 65
Klaffunich 4
Klasznich Thomas 35, 69
Klemenich Petrus, 338, 339, 361, 365, 409, 418
Kleschich 234
Kleschich Marcus 379
Kletuss(ianus) subditus 211
Knesevich Andreas 316
Knezevich Georgius 364
Knezevich Gregorius 339, 343
Kobbesich Joannes 403
Kobetich Joannes 414
Kobetich Michael 156
Koczman Franciscus 362
Koche (Kotche, Kotse, Kotsche) Carolus 259, 273, 274, 276, 277, 283, 285, 287, 288, 290, 291, 292, 296, 298, 300, 302, 304, 311, 315, 317, 321, 329, 333, 337, 343, 364
Koller Joannes 4, 6, 9, 10, 11, 12, 13, 15, 17, 19, 20, 29, 31, 34, 37, 39, 41, 42, 47, 51, 55, 58, 62, 66, 67
Kolman Joannes Vitus 59
Kolosvary Stephanus 272
Komaromy Josephus 331, 333, 334, 335, 337, 364
Komaromy Sigismundus 210, 232, 234, 243, 244, 247, 248, 249, 255, 256, 277
Koren Barbara 35
Koross Emericus 44
Köröskeny Ludovicus 173
Koosz Josephus 234
Koosz (Kooss) Mathias (Mathaeus) 204, 224, 225, 226, 230, 232, 234, 237, 239, 242, 245, 247, 248, 249, 250, 254, 257, 258, 260, 262, 265, 269, 271, 274, 276, 277, 280
Koschiak (Koschak) Thomas 337, 339, 361, 395
Kossutich Franciscus 360, 383
Kossutich Mathias 206, 215, 224, 225, 226, 230, 232, 233, 234, 239, 242, 245, 249, 251, 254, 257, 260, 262, 265, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 283, 285, 287, 288, 291, 292, 296, 300, 302, 311, 312
Kostreba v. Kustreba
Kot(s)che v. Koche
Kovachich Joannes 131
Kovachich Josephus 350, 371, 373, 374, 386, 389, 393, 394, 396, 398, 399, 400, 403, 404, 405, 406, 411, 412, 415, 417, 419
Kovachich Michael 137, 160
Kozjak Anna 114, 203
Krafft Aloysius 409, 413, 414, 418, 419, 420
Krajachich Benedictus 5, 9, 10, 11, 12, 13, 17, 20, 26, 31, 36, 37, 39, 43, 44, 48, 50, 54, 55, 56, 58, 61, 64, 65, 66, 68, 75, 83, 84, 85, 89, 93, 96, 98, 103, 105, 107, 109, 113, 116, 210, 223
Krajachich Josepha 131
Krajachich Michael 165, 166, 172, 176, 177, 179, 180, 187, 188, 190, 194, 195, 196, 198, 200, 202, 205, 206, 208, 210, 211, 212, 214, 216, 221, 222, 224, 226, 229, 232, 234, 237, 238, 241, 245, 248, 249, 252, 256, 257, 259, 260, 261, 264, 266, 267, 268, 271, 273, 275, 277, 280
Krajachich Petrus 9, 11, 13, 14, 19, 26, 32, 34, 37, 39, 41, 42, 43, 44, 54
Krajachichiana vidua 60, 172, 222
Krajachichiana Benedicto vidua 246
Kralich Antonius 115, 173
Kraly Georgius 319, 320, 321, 322, 324, 331, 332, 337, 338, 340, 343, 344, 346, 354, 355, 356, 357, 359, 363, 365, 383, 390, 393, 396, 397, 399, 404, 405, 406, 410
Kraly Josephus 198, 294, 296, 300, 301, 302, 311, 315, 317, 321, 329, 339, 347
Kranchina Chachkovich Barbara 195
Kranchiana Georgius 233
Krassich dominus 195
Krieger Josephus 418
Krisan Andreas 4, 11
Krisan Stephanus 11
Krsnyavi (Kersnjavi) Ignatius 409, 412, 416, 417, 420
Kruesz Thomas 409, 418
Krusper Paulus 119
Kuhar Josephus 222
Kukecz Stephanus 38, 43
Kukovich Emericus 350
Kukovich Joannes 339, 341, 342, 343, 344, 350, 367, 368, 370, 373, 376, 377, 378, 381, 383, 385, 386, 388, 389, 392, 394, 398, 399, 401, 403, 406, 412, 415, 417, 419
Kukovich Josephus 311
a Kulmer liber baro 272, 311
Kulmer Juliana baronissa 54
Kuril(l)David 45, 49, 50, 66, 114
Kus(z)treba (Kostreba) Simon 221, 224, 225, 226, 230, 232, 233, 234, 239, 242, 245, 249, 251, 254, 257, 260, 262, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 281, 283, 285, 287, 288, 290, 292, 294, 296, 298, 300, 301, 304, 311, 315, 317, 321, 329, 331
Kussevich 350
Kuzman Andreas 70

L

Labas(s) Ladislaus 132, 134, 135, 139, 140, 142, 144, 148, 153, 154, 156, 162, 166, 169, 172, 177, 180, 186, 188, 190, 194, 197, 202, 204, 205, 207, 210, 212, 215, 222
Ladessich (Ladissich) Josephus 121, 125, 127, 130, 135, 139, 140, 142, 144, 148, 149, 150, 153, 156, 157, 159, 162, 164, 167, 168, 169, 172, 173, 178, 180, 188, 189, 191, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 210, 211, 212, 215, 216, 220, 221, 222, 225, 227, 229, 232, 233, 234, 236, 237, 239, 242, 245, 249, 251, 253, 257, 258, 260, 261, 264, 266, 267, 268, 271, 274, 275, 277, 280
Lamerth Antonius 376
Leczenpergeriana domina 304
Ledinszki Jacobus 64
Ledinszki Joannes 324, 361
Leitner Joannes 418
Lenhort(h) (Lenhord, Lenhart) Matthias 32, 35, 40, 42, 43, 45, 47, 50, 52,

54, 57, 58, 62, 67, 68, 72, 75, 82, 83, 84, 86, 90, 95, 96, 99, 103, 104, 112
Lentulay Antonius 348, 351
Levachich Carolus Georgius 35, 40, 45, 46, 48, 49, 51, 54, 55, 56, 57, 60, 61, 65, 66, 71, 72, 76, 131
Liszjak Fridericus 339
Lits Martinus 14
Loffich Mathias 131
Lölköss Alexander 410, 418
Lopuh Carolus 413, 420
Lopuh Paulus 361
Lovrenchich Anna 258
Luchich Franciscus 409
Lukavszky Donatus 149, 151, 156, 159, 162, 164, 166, 169, 172, 176, 181, 188, 191, 194, 200, 202, 208, 210, 211, 213 215, 216, 222, 223, 225, 229, 232, 233, 236, 246
Lukavszky Josepha 131
Lukavszki Ladislaus 32, 35, 40, 41, 42, 44, 45, 46, 47, 51, 55, 56, 61, 63, 65, 66, 68
Luketich Antonius 59, 65
Luketich Antonius, 409, 410, 412, 415, 417, 420
Luketich Georgius 246, 265, 267, 269, 271, 273, 274, 276, 277, 283, 287, 288, 292, 296, 300, 304, 311, 315, 317, 321, 329, 333, 335, 337, 341, 344, 363, 370, 389, 399, 408
Luketich Matthias 70
Lukinacz Aloysius 421
Lukinich aliter Pavun Josephus 131, 132, 133, 136, 138, 143, 152, 161, 168
Lukinich Gregorius 39
Luksich Josephus, 393, 395, 396, 397, 398, 399, 404, 405, 406, 411, 412, 415, 417, 419

M

Maczan Franciscus 175, 195, 197, 198 200, 202, 203, 204, 205, 206, 208, 210, 212, 214, 215, 216, 220, 222, 224, 225, 226, 228, 230, 232, 234, 238, 241, 245, 248, 249, 250, 253, 256, 259, 260, 261, 264, 266, 267, 268, 271, 273, 274, 275, 277, 282, 284, 286, 288, 290, 292, 294, 296, 299, 300, 301, 310, 311, 314, 315, 317, 320, 329, 330
Maczan Josephus 45, 49, 50, 55, 56, 57, 58, 59, 62, 63, 66, 67, 68, 72, 73, 75, 83, 87, 88, 90, 95, 99, 105, 106, 109, 110, 117, 118, 122, 147
Magalenich Balthasar 9, 11, 15, 19, 31, 34, 36, 39, 40
Magdalenich baro 288
Magdich Josephus 5, 35
Magdichiana domina 65, 85, 94, 104, 115
Majestas regia 5, 8, 16, 23, 24, 26, 31, 40, 45, 56, 57, 60, 62, 70, 74, 76, 78, 79, 82, 84, 85, 86, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 99, 100, 101, 103, 104, 105, 106, 107, 109, 110, 112, 113, 114, 115, 116, 120, 121, 122, 124, 130, 131, 136, 137, 138, 140, 143, 144, 145, 146, 148, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 160, 162, 163, 165, 170, 172, 173, 174, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 192, 194, 195, 200, 201, 202, 203, 208, 209, 210, 211, 213, 217, 218, 219, 220, 223, 227, 230, 231, 234, 235, 236, 243, 244, 247, 249, 255, 257, 258, 259, 262, 263, 265, 266, 269, 277, 278, 279, 284, 286, 288, 289, 293, 294, 295, 296, 297, 304, 306, 307, 308, 309, 310, 312, 316, 318, 323, 338, 341, 345, 387, 389, 391, 405, 407, 417
Mayer Ludovicus 409
40, 45, 49, 50
Makovecz Franciscus 10, 19, 28, 32, 35,
Mal(l)arich Joannes 265, 266, 272, 273
Maliak Franciscus 44
Mallin Joannes 410
Mallisher Antonius 349, 365, 372, 373, 376, 378, 386, 388
Mandich Antonius 222
Maria Theresia 24, 25, 26
Marich Ludovicus 336
Markovich Joannes 14
Markovich Mat(t)hias 5, 9, 11, 15, 19, 27, 31
Martek Michael 221
Martinchevich Anna 16
Martinchich Anna 22
Martinchich Helena 35
Martinich Josephus 351
Martinich(iana) fassio 211
Mattachich Bartholomeus 350, 365, 368, 373, 374, 378, 381, 383, 386, 388, 389, 399, 417, 419
Mattakovich(iana) fassio 54
Mathias rex 352
Mat(t)ich El(l)ias 194, 195, 221, 223, 233, 246, 272
Matichek Joannes 59
Matlekovich Nicolaus 72
Maurachich Michael 44
Mes/s/n/i/ar Martinus 33, 39, 43, 47, 52, 69, 88, 96, 108, 119, 128, 137, 151
Mihalinchich Matthias 8, 9, 11, 36, 38, 44, 49, 54, 57, 63
Mihanovich Joannes 393, 395, 398, 399, 403, 404, 405, 406, 411, 412, 415, 417, 419
Mihanovich Mathias 290, 291, 292, 296, 300, 302, 311, 315, 317, 329, 332, 333, 337, 340, 344, 367, 368, 370, 372, 373, 384, 388
Mihanovich Thomas 281, 283, 284, 285, 288
Mihinich Josephus 64
Mihokovich medicus 383
Mikinovich Josephus 222
Mikloussich Joannes 223, 232
Miks(s)ich (Mixich) Michael 82, 86, 87, 91, 95, 96, 100, 103, 106, 107, 111, 123, 124, 127, 129, 130, 134, 136, 138, 140, 141, 142, 144, 148, 150, 151, 153, 156
Mikulich Andreas 401
Mikulich Ignatius 133, 134, 139, 140, 141, 144, 148, 150, 151, 156, 163, 170, 171
Mikulich Joannes 9, 11, 13, 17, 21, 29, 34, 36, 37, 42, 44, 46, 50, 51, 53, 54, 57, 60, 62, 63, 65
Mikulich Josephus 414
Mikulich Sigismundus 17
Millos dominus 304, 305
Mlinarich Stephanus 236, 237, 239, 240, 243, 245, 254, 257, 260, 262, 265, 269, 271 272, 274, 276, 277, 281, 283, 287, 288, 290, 291, 292, 294, 296, 299, 300, 301, 310, 311, 314, 315, 317, 320, 321, 324, 329, 332, 333, 337, 340, 341, 344, 346, 347, 386
Modich Petrus 258
Mogorich Emericus 131, 173
Mulih Joannes 291
Mulih Mathias 8, 22, 28, 30, 33

N

de Nadasdy Franciscus comes 79
Najer (ina domus) 65
Nemachich Joannes 115, 117, 128, 129, 130, 135, 136, 139, 140, 142, 144, 146, 148, 150, 151, 153, 156, 159, 160, 162, 164, 168, 169, 172, 178, 180, 187, 189, 191, 194
Nikolich Joannes 395
Nikolich Nicolaus 410, 412, 416, 417
Noch Alexius 59
Novoszel Antonius 237, 239, 243, 245, 248, 249, 251, 254, 257, 260, 261, 264, 265, 266, 267, 269, 271, 276, 277, 283, 287, 288, 292, 296, 300, 311, 317, 319
Novoszell Lucas, 12, 15, 20, 28, 29, 32, 34, 36, 37, 39, 40, 41, 43, 44, 50
Nunkovich Ignatius 238, 265, 266, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 283, 284, 287, 288, 291, 292, 296, 297, 298

O

Obermayer Josephus 361, 368
Ochich Petrus 418
Orach Georgius 334
Orlik (Orlek) Samuel 45, 49, 50, 104, 105, 106, 108, 111, 118, 123, 129, 130, 132, 139, 140, 144, 148, 149, 150, 153, 156, 162, 164, 169, 172, 174
Orssich Adamus comes 334, 374
Orssich Christophorus comes 248
Ottinger Franciscus 409
Ozlek(iana) domus 194

P

Palchich Andreas 5, 9
Palffy Nicolaus comes 25, 26
Palle Michael 236, 237
Pandachka Lucia 43
Panian Georgius 413, 414
Pantelovich Petrus 4
Papess Carolus 409, 410
Pasztory Emericus 173
Patachich Franciscus 173
Patachich Stephanus baro 54
Patthak Emericus 340
Paulessich Simon 221
Paulinovecz Josephus 414
Pavun Josephus 125, 140, 148, 156, 158, 164, 166, 172, 174, 176, 182, 184; v. Lukinich aliter Pavun
Pavun Mathias 12, 19, 28
Peharnik Joannes 54
Peharnik(iana domus) 131, 194
Pejachevich Antonius comes 325
Pergamin Constantia 221
Pergamin Elisabetha 221
Perger Antonius Ignatius 17
Pergroffer (Pergraffer) Ignatius 95, 105, 108, 117, 118, 125, 127, 128, 129, 130, 132, 134, 136, 138, 140, 142, 143, 147, 148, 150, 151, 152, 156, 160, 161, 164, 166, 168, 172, 176, 177, 180, 186, 188, 190, 194, 196, 197
Perkiana vidua Barbara 35
Petkovich Emericus 17, 18
Petkovich Georgius 246, 258
Petrajevich Nicolaus 14
Petravich Josephus 114
Petrich Joannes 238
Petrovich Catharina 221
Petrovich Franciscus 157, 160, 162, 164
Petrovich Margaretha 211, 221
Petrovich Mariana 203
Petrovich Thomas 284, 290, 313
Petrussich Ignatius 8
a Phöffershoven Josephus baro 145, 147
Pihler Joannes 14
Pirling(h) Augustinus 105, 196, 204, 205, 206, 208, 210, 212, 214, 215, 216, 222, 223, 225, 230, 232, 233, 234, 239, 242, 245, 249 251, 254, 257, 260, 261, 265
Pirling Georgius 223
Piszachich Balthasar 396
Piszachich Emericus 237
Plantich Michael 203
Plepelich Anna 258
Pless dominus 194
Plovanich Mathias 17, 40, 45, 49, 50, 55

Pluszkal Leopoldus 339, 349, 365
Podbretnjak Mathias 414
Pogledich 194
Pogledich Emericus 414
Pohr Georgius 234
Polcz Carolus 156
Poldrugach Paulus 311
Ponekovich (Punekovich) Josephus 19, 27, 28, 32, 36, 37, 38, 40, 43, 45, 46, 47, 50, 52, 54, 58, 59, 61, 63, 67, 68, 71, 72, 73, 75, 83, 84, 86, 95, 96, 98, 107, 110, 114, 115
Pool (Poöl, Poll, Pooll) Georgius 5, 10, 19, 28, 29, 30, 33, 36, 38, 42, 43, 45, 47, 48, 49
Popovich Georgius 288, 294
Popovich Joannes 281, 283, 284, 288
Porednich Georgius 17
Poszavecz Stephanus 397, 408
Pozvinszky (Pozuinszki) Adamus 6, 7, 9, 10, 11, 13, 15, 19, 30, 31, 36, 37, 39, 40, 42
Praunsperger Antonius 340, 349, 367
Pra/u/nsperger Petrus 272, 273, 274, 276, 277, 283, 285, 288, 292, 300, 311, 312, 313
Preis Anna Maria 257
Prevendar Thomas 383, 409, 412, 417, 420
Prezl Franciscus 418
Prigorecz Nicolaus 4, 7, 8, 9, 11, 14, 16, 17, 18, 22, 36, 38, 43, 44, 46, 47, 48
Protulepecz Antonius 173, 194
Protulepecz Christina 165, 173
Protulepecz Joannes 115
Ptichek Petrus 69, 88, 97, 108, 119
Punekovich v. Ponekovich
Purgarich Andreas 22, 30, 33, 39, 43, 47
Purganichiani pupilli 60
Puskarich Balthasar 8, 22, 30, 33, 39, 43, 47, 52, 59, 64
Putz Antonius 221
Putz Stephanus 138

R

Radich Andreas 28, 32, 35, 40, 45, 49, 50
Radochai Matthias 35, 174, 176, 187, 221
Radosztich Ignatius 70, 82
Raffay Josephus 9, 11, 12, 19, 20, 23, 28, 30, 32, 39, 44
Raift Ignatius Josephus 64
Rajakovich Paulus 341
Rainer Antonius 19, 28, 32, 40, 43, 45
Raittar (Raithar, Raitter, Reitter) Antonius 125, 133, 157, 158, 160, 162, 164, 166, 167, 169, 171, 172, 177, 178, 181, 187, 189, 191, 194, 197, 198, 200, 202, 205, 206, 208, 210, 212, 214, 216, 222, 224, 225, 229, 232, 233, 234, 238, 241, 245, 249, 250, 253, 256, 257, 261, 264, 266, 267, 268, 271, 272, 274, 275, 277, 280, 311
Raizner Bernardus 349, 367
Raizner (Reizner) Joannes (Nepomucenus) 389, 391, 399, 404, 405
Ratkovich Gasparus 17
a Rauch baro 311
Rauch Joannes baro 94, 102
Rauch Paulus baro 258, 272
Rauth Josephus 313, 320, 330, 331, 334, 337, 344, 367, 373, 378, 381, 384, 386, 388, 389, 397, 399, 404, 405, 406, 412, 414, 415, 418
Reitter Antonius v. Raittar
Reitter Josephus 361, 368
Reizner v. Raizner
Remso Joannes 60
Robich Margaretha 378
Rosich Andreas 59
Rudich Petrus 7, 9, 10, 11, 14, 17, 21, 36, 44, 47, 49, 52, 54, 58, 63, 65

S (Sz, Z)

Szacherich Josephus 279, 280, 281, 283, 285, 287, 288, 291, 292, 296, 298, 299, 300, 302, 310, 311, 314, 315, 317, 320, 321, 324, 329, 332, 333, 339, 340
Szaiboldin Constantia 257
Szaich dominus 39
Szalle Anna 173
Szale Andreas 9, 10, 12
Szale Constantia 233
Szal/l/e Ladislaus 6, 8, 10, 11, 12, 15, 16, 19, 23, 24, 25, 26, 29, 32, 34, 37, 39, 41, 42, 46, 51, 53, 56, 57, 59, 60, 61, 64, 65, 66, 70, 73, 74, 76, 84, 87, 88, 89, 96, 97, 107, 109, 117, 119, 121, 124, 126, 127, 128
Szal/l/e Stephanus 40, 43, 45, 49, 50, 55, 65, 71, 72, 76, 84, 85, 86, 88, 91, 94, 95, 96, 100, 104, 106, 111, 115, 116, 118, 119, 123, 124, 125, 129, 130, 131, 132, 133, 136, 138, 140, 141, 143, 147, 148, 149, 152, 155, 156, 158, 161, 164, 168, 172, 176, 177, 179, 186, 188, 190, 194, 195, 196, 197, 202, 204, 205, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 234, 235, 238, 241, 245, 248, 249, 250, 253
Saloczy Franciscus 4
Szekula Matthias 48
Szeman Josephus 409
Szenko Stephanus 273
a Sermaghe comes 139, 144, 153
a Sermage comitissa 209, 258
Szermag/iana bona/ 288
Szever Josephus 88, 97, 108, 119, 137
Szever Martinus 17
Sevsel Joannes 7
Zibenik (Zibeneg) Ferdinandus 61, 68
Zibenik Josephus 64
Zibenik (Zibenegh, Szibenegh, Sibeneg) Petrus 4, 12, 19, 40, 45, 49, 50, 55, 63
Szinkovich Ludovicus 400, 413
Szinger Michael 16, 22
Szischan Stephanus, filius Nicolai 35
Szitarek (Szitarik) Adamus 32, 35, 40, 45, 49, 50, 52, 54, 57, 58, 62, 65, 75, 86, 98, 106, 109, 110, 114, 116
Szitarek/iana domus/ 146
Skalia (Scaglia, Skalya) Georgius 39, 55, 61, 66, 68, 70, 72, 73, 83, 87, 88, 90, 95, 99, 105, 106, 109, 110, 119, 121, 126, 128, 130, 133, 134, 138, 140, 141, 143, 148, 152, 156, 161, 164, 168, 172, 176, 177, 179, 186, 188, 190, 194, 196, 197, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 210, 211, 212, 214, 215, 221, 222, 225, 228, 232, 233, 234, 238, 241, 245, 248, 249, 250, 253, 256, 261, 264, 266, 272
Skuly Joannes 409, 410
Szmendrovich Joannes 298
Szmendrovich Josephus 280
Szmetisko Georgius 69
Szmolko Paulus 8, 9, 11, 14, 17, 22, 30, 34, 36, 44, 48, 49, 61
Szokachich Jacobus 11
Szolak Mathaeus 233
Szorg Josephus 410, 418, 420
Sottner Joannes 109
Sottner (Schottner, Schattner, Sattner) Michael 5, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 17, 21, 22, 30, 32, 33, 36, 37, 38, 42, 44, 47, 50, 51, 52, 54, 57, 58, 63, 66, 67, 72, 73, 75, 84, 88, 90, 98, 110, 121, 124
Sztanessich Mathias 335
Sztanich Franciscus Xaverius 49, 50, 52, 54, 59, 63, 64, 66, 68
S/z/tepanich Adamus 19, 221, 258
Sztepanich Matthaeus (Mathias) 173, 197, 203
Stepanich/iana fassio/ 44
Sztipan Marcus 16, 22
Stivalich Joannes 409
Stivalich Michael 330, 332, 333, 337, 338, 360, 365, 393, 394, 396
Sztojanich Georgius 211
Sztoianich Thomas 4, 5, 8, 9, 12, 14, 17, 19, 22, 28, 30, 31, 33, 35, 40, 43, 45, 47, 50, 54, 57, 58, 63, 67, 68, 73, 75, 83, 86, 88, 90, 95, 106, 109, 110, 118, 122
Sztroszer Michael 14
S/z/trossich (Sztruchich) Matthias 6, 10, 20, 21, 34, 39, 41, 44, 46, 47, 51, 55, 71, 74, 84, 85, 89, 97, 109, 121, 124, 131
Sztrossich Michael 17, 29
Sztruchich (Sztrossich) Adamus 131, 133, 136, 138, 140, 143, 148, 152, 156, 161, 166, 168, 172, 176, 177, 180, 186, 188, 194, 196, 197, 202, 205, 206, 214, 220, 222
Sztruchich Adamus Michael 164, 190, 207, 210, 215
S/z/truchich (Strossich) Franciscus Thadaeus 27, 31, 35, 36, 38, 42, 45, 46, 48, 50, 54, 56, 57, 59, 62, 63, 66, 70, 71, 75
Sztruchich Matthias v. Sztrossich
Sztruchich Michael Thadaeus 82, 83, 84, 86, 87, 88, 89, 90, 96, 97, 99, 107, 110, 122, 124, 127, 212, 213
Szuchich Petrus 38, 69
Szudar Joannes 18
Szudetich Nicolaus 72, 104, 107
Szuhar Michael 16, 69
Szuknaich Cyrillus 410
Svastovichiani haeredes 195
Svastovichiano-Jellachichiani successores 173
Szuirchich Balthasar 40

Š (S, Sh, Sch)

Shaller Joannes 410
Sandor Catharina 272
Santich Georgius 72, 73, 76, 83, 87, 88, 91, 95, 96, 100, 103, 105, 107, 112, 117, 118, 123, 129, 130, 133, 136, 138, 140, 142, 144, 145, 147, 148, 150, 151, 153, 155, 156, 157, 159, 162, 163, 164, 167, 168, 169, 171, 172, 178, 180, 189, 191, 194, 197, 198, 200, 202, 205, 206, 207, 210, 213, 214, 215, 216, 222, 225, 226, 229, 232, 233, 234, 236, 239, 245, 250
Shegini/ana vinea/ 311
Sepuss Andreas 14
Siprak Josephus 223, 232, 331, 333, 334, 337, 344, 347, 353, 354, 362, 364, 367, 372, 377, 384, 386, 388, 389, 399, 406, 412, 415, 417, 419
Siprak Matthias 125, 150
Siprak Thomas 228, 258
Shippussich Josephus 331, 332
Schirnbrond (Schirenprondt, Schirenbrandt) Franciscus 302, 304, 311, 315, 317, 321, 329, 333, 337, 339, 361, 366, 378
Schire/e/nprond/t/ (Schirenbront) Josephus 285, 291, 294, 296, 300, 344
Skatfich Matthias 60
Skarecz Alexander 412, 413
Skarecz Franciscus 340, 343, 344, 350, 360, 373, 378, 381, 383, 384, 386
Skarla Antonius 16, 22, 27
Skarpa Josephus 64
Skeberl Joannes 343
Skerlecz Anna 19
Skerlecz Christina 165, 173
Skerlecz Joannes Baptista 55, 61, 65, 70, 71, 73, 75, 88, 91, 95, 99, 101, 103, 106, 107, 111, 113, 116, 117, 118, 123, 125, 129, 130, 133, 134, 140, 141, 143, 146, 148, 150, 152, 156, 158, 161, 164, 167, 168, 172, 173, 177, 179, 186, 188, 190, 194, 197, 202, 205, 206, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 222

Skerlecz Josephus 211
Skoffich Matthias 173, 195
Shmit Adami relicta 147
Smit/t/h (Schmid) Daniel 82, 83, 84, 87, 88, 91, 100, 106, 109, 111, 113, 116, 117, 121, 122
Schmid/t/ (Smith, Smidt, Schmitth) Franciscus 4, 6, 7, 8, 9, 10, 13, 17, 20, 21 23, 29, 30, 32, 34, 37, 39, 41, 42, 51, 55 56, 57, 61, 66
Shnapp Fridericus 376
Soffich Matthias 132, 134, 135, 136, 139, 140, 141, 145, 148, 150, 151, 153, 156, 158, 159, 162, 163, 164, 171, 183, 186, 192, 193
Schönbach Joannes 234
Sostarich Casparus 313, 314, 315, 317, 329, 337, 344, 367, 370, 386, 388, 389, 399, 404, 405, 408
Sostarich Nicolaus 211, 212, 223, 224, 225, 226, 230, 232, 233, 234, 237, 238, 239, 241, 245, 248, 249, 250, 253, 256, 259, 260, 261, 264, 266, 267, 268, 271 273, 274, 275, 277, 280, 281, 282, 283, 286, 288, 290, 292, 295, 296, 298, 300, 301, 310, 311, 314, 315, 317, 320, 321, 329
Schottner, Schattner v. Sottner
Spissich Andreas 210
Spissich Ignatius 237, 239, 240, 243, 245, 248, 249, 254, 260, 262, 265, 267, 269, 271, 274, 276, 277, 283, 284, 285, 287, 288, 291, 292, 296, 300, 302, 311, 315, 317, 329, 333, 337, 364
Spissich de Jap/p/ra Josephus 125, 127, 130, 132, 133, 134, 135, 138, 139, 143, 151, 152, 156, 161, 164, 169, 171, 173, 179, 180, 185, 190, 193, 195, 196, 199, 202, 207, 209, 211, 213, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 233, 234, 238, 241, 245, 246, 248, 249, 250, 253, 256, 259, 260, 261, 264, 266, 267, 268, 271, 273, 274, 275, 277, 282, 286, 288, 290, 292, 294, 296, 300, 301, 311, 315, 317, 321, 329, 332, 333, 335, 341, 365
Spissich Paulus 294, 296, 298, 300, 304, 310, 311, 314, 315, 316, 317, 319, 320
Spissich Petrus 173, 195
Spol/i/arich Josephus 10, 12, 19, 49, 50, 55
Spulko Matthias 52, 59, 64, 65, 69, 73, 75, 83, 87, 91, 95, 96, 106, 107, 109, 111, 118, 123, 128, 129, 130, 131, 135, 138, 140, 141, 144, 148, 149, 150, 151, 152, 156, 157, 159, 161, 164, 167, 169, 172, 177, 178, 180, 187, 188, 189, 190, 194, 197, 198, 199, 202, 205, 211, 221, 233, 272
Shrabecz Aloysius, 362, 371, 389, 393, 396, 399, 400, 404, 405, 408, 417, 419
Staidoher (Stajduhar) Balthasar 97. 108, 118
Staidacher Josephus 332, 333, 337, 342, 344, 346, 366, 378, 380, 381, 382, 383, 386, 389, 394, 398, 399, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 411, 412, 415, 417, 419
Stajduhar (Stauduar) Petrus 339, 361
Standl 195
Stephanich Adamus 39
Steffanich (Stephanich) Georgius 59, 64, 69, 88, 97, 108, 137
Steinperger Joannes 360
Stengl Thomas 257
Stiller Josephus 105, 106, 108, 109, 111, 115
Shufflay Antonius 361, 397, 409
Shufflay Josephus 395, 418, 420
Susak Antonius 35, 39, 44
Susich Ladislaus 409, 412, 415, 417, 420
Sussich Michael 223
Sussich Nicolaus 64
Svabel/i/ Joannes 104, 105, 106, 108, 111, 114, 118, 123, 124, 128, 129, 130, 135, 139, 140, 142, 144, 148, 149, 152, 156, 157, 159, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 172, 173, 177, 178, 180, 187
Svabeliana vidua 203
Sviglin Josephus 272

T

Taisparger Josephus 222
Thauzy (Thausz, Thauszi) Paulus 132, 149, 157, 160, 164, 169, 172, 174, 175, 176, 177, 181, 182, 184, 188, 189, 191, 194, 196, 197, 198, 200, 202, 204, 205, 206, 208, 210, 214, 216, 222, 226, 229, 232, 234, 236, 237, 259
Ternchevich aliter Sekula Mathias 18
Terputecz Josephus 294
Tiszak 384
Tisztapataky Franciscus 224, 225, 226, 230, 232, 234, 237
Tisztapattaky 211
Tisztapatakiana domina 172, 173, 195
Todor Paulus 379
Thomaszovich Michael 6, 7, 9, 11, 21, 29, 36, 44, 49, 54, 63, 68
Thomassich Helena 16, 22
Thomassich Joannes 238
Thomassich Josephus 401
Thomekovich Ferdinandus 396, 408, 412, 415, 417, 420
T/h/omich Petrus 315, 316, 317, 319, 329, 333, 337, 341, 364, 372
Torecz aliter Gasparinchich Joannes v Gasparinchich
Turchich Josephus 8
Turek Paulus 8, 9, 11, 14, 17, 34, 35

U

Urssich Matthias 258
Uzolin/iana vinea/ 173

V (W)

Vaganich Joannes 334
Valenczi (Vallenczy) Josephus 45, 49, 50, 55, 61, 65, 66, 67, 68, 71, 72, 73, 75, 83, 84, 85, 87, 91, 95, 99, 106, 109, 111, 114, 117, 119, 123
Valentekovich Anna 44
Valery Franciscus 187, 211, 212, 213, 215, 219, 220, 222, 225, 227, 229, 231, 232, 233, 234, 238, 242, 245, 249, 253, 257, 259
Vallichich Nicolaus 360
Vargovichiana 31
Warle Joannes 33, 36, 38, 44, 51, 59; v. Barle
Welforth (Weffordt) Josephus 165, 166, 167, 168, 170, 172, 177, 178, 179, 181, 187, 189, 191, 194, 198
Verbanich Josephus 413
Verbanich Martinus 395, 410, 412, 413, 416, 417, 420
Verbega (Werbega) Ignatius 195, 198, 200, 202, 205, 206, 208, 210, 216, 222, 224, 225, 228, 232, 233, 234, 238, 241, 245, 247, 248, 249, 250, 253, 256, 259, 260, 261, 264, 267, 268, 271, 275, 277, 282, 286, 288, 292, 296, 297, 298
Verchkovich Mathias 288, 290, 291, 292, 296, 297, 300, 311, 317, 319
Verhovacz Maximilianus 370
Verner Valentinus 361, 410
Veszeli Marcus 271
Videkovich Martinus 14
Vidovich Petrus 234
Villarich Matthias 68
Vite/s/z Franciscus 7, 9, 11, 33, 36, 38, 39, 43, 47, 49, 54, 67
Vitesz Josephus Antonius 18
Vitrich Xaverius 19
Vittunzky Josephus 400, 401
Vittunszky Michael 258, 272, 294, 296, 300, 301, 304, 310, 311, 315, 317, 319, 329, 337, 339, 340, 345, 353, 354, 355, 356, 358, 359, 362, 363, 364, 377, 384, 390
Vizjak Michael 376
Vodopijechiana Anna Maria 44
Vodopivecz Joannes 7
Vojkffy comes 195
a Vojkffy Christophorus comes 114
Vojkffi Sigismundus comes 120, 156
Vojkovich/ianus fundus/ 310
Voyzkecz 349
Volgemuth Ernestus 43
Vranich Matthias 70, 221
Vuger Josephus 149
Vuger Thomas 115, 116, 117, 118, 123
Vuger/iana domus) 194, 221
Vugrinovich Marcus 361, 372, 402, 409
Vuk aliter Depoczi Joannes 104
Vukinay Laurentius 133, 136, 139, 140, 142, 144, 148, 151, 153, 156, 195
Vukmanich Nicolaus 204
Vukszan (Vuxan) Thomas 361, 365, 410, 414
Vuzdar Paulus 173
Vuzdar (Vuzdarecz, Vuzdarich) Thomas 7, 8, 9, 11, 14, 17, 22, 27, 30, 33, 36, 44, 50, 54

Z

Zaiter (Zeitler) 246, 258
Zan/n/a 85, 94, 104, 115
Zapolaty (Zapalathy, Czopolati, Czipolati) Michael 129, 130, 134, 139, 140, 141, 144, 148, 149
Zapoladtiani (Czapoladiani, Zappolady) haeredes, pupilli 222, 223, 247
Zareczky Andreas 203, 211, 221
Zareczki (Zarechki) Stephanus 40, 45, 49, 50, 55, 56, 57, 58, 59, 62, 63, 64, 66, 67, 68, 71, 73, 75, 76, 83, 84, 86, 88, 89, 95, 98, 106, 109, 117, 121, 126, 128, 130, 133, 140, 141, 143, 148, 149, 152, 156, 157, 161, 164, 166
Zaverski Helena 4
Zaverski Josephus 44, 124, 129, 136, 148
Zaversky Josephus (senior) 130, 134, 139, 140
Zaversky Josephus (junior) 140, 142, 145, 151, 153, 156, 162, 164, 166, 169, 172, 174, 175, 176, 177, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 188, 190, 194
Zavodzky (Zavodszki, Zavodczki) Paulus 330, 331, 332, 333, 337, 340, 344, 355, 366, 378, 381, 384, 386, 388, 389, 397, 399, 406, 412, 415, 418
Zdenchay Adamus 14
Zdenczay Nicolaus 349, 367, 373, 378, 381, 388, 389, 399
Zdessich Michael 31
Zebich capitaneus 195
Zebich Antonius 272
Zernchich Joannes 349, 366
Zidarich Joannes 407, 412, 415
Zirer (Zerer) Vincentius 160, 168, 178, 189, 206, 215, 227
Zorich 203, 211, 221
Zrinyan Georgius 233, 234, 246, 268, 272

Ž (S)

Salecz Joannes 124
Salecz Ludovicus 414
Saloczy Georgius 203
Serjavich Josephus 288, 290, 291, 294, 296, 297, 300, 311, 315, 317, 320
Sivchich Joannes 351
Suppan Franciscus 409, 410, 412, 413, 416, 417, 420

INDEX RERUM

A

acta antiquissima civitatis 375
administrator Cameralis 119
administrator tricesimae Berdoviczensis 111, 123, 129, 138, 144
advocatus (fiscalis) causarum (fori utriusque) 59, 74, 75, 76, 89, 90, 91, 97, 98, 99, 100, 109, 110, 119, 121, 122, 128, 129, 137, 138, 143, 144, 145, 152, 153, 161, 162, 168, 169, 179, 180, 181, 190, 191, 199, 200, 207, 208, 215, 216, 228, 229, 230, 241, 242, 243, 253, 254, 261, 262, 268, 269, 275, 276, 286, 287, 388, 311, 338, 341, 360, 362, 363, 364, 365, 371, 393, 394, 396, 399, 414, 421
advocatus pauperum penes Tabullam judiciariam 269, 276
aedificiola lignea 304
aedilia materialia 381
aedituus capellae s. Georgii 253, 261, 269, 276, 285, 287, 291, 372
aedituus capellae s. Joannis Nepomuceni 58, 63, 68, 73, 76, 83, 87, 91, 95, 99, 106, 111, 118, 123, 128, 129, 135, 139, 142, 144, 150, 159, 167, 170, 178, 181, 189, 191, 198, 206, 208, 214, 216, 226, 229, 243, 254, 261, 285, 291
aedituus ecclesiae parochialis s. Marci 8, 14, 17, 21, 30, 33, 38, 43, 47, 52, 58, 63, 67, 73, 75, 83, 87, 90, 91, 95, 99, 100, 106, 110, 111, 118, 123, 127, 130, 135, 139, 142, 144, 150, 153, 159, 162, 167, 169, 178, 181, 189, 192, 197, 198, 199, 200, 208, 214, 216, 226, 229, 242, 253, 254, 261, 268, 275, 284, 287, 372, 401, 402, 414
aedituus capellae s. Margarethae 8, 14, 17, 22, 30, 33, 38, 43, 47, 52, 58, 63, 68, 73, 75, 83, 87, 90, 95, 99, 106, 110, 118, 123, 128, 129, 135, 139, 142, 144, 152, 159, 161, 167, 169, 178, 180, 189, 191, 198, 199, 206, 207, 239, 242, 253, 261, 267, 268, 269
aedituus capellae Patientis Christi 52, 58, 63, 68, 73, 75, 83, 87, 90, 95, 99, 106, 110, 118, 123, 128, 129, 135, 139, 142, 144, 150, 152, 159, 161, 167, 169, 178, 180, 189, 191, 198, 199, 206, 207, 214, 216, 229, 239, 242, 253, 261, 267, 268, 275, 285, 287, 291, 322
aedituus capellae s. Rochi 8, 14, 17, 22, 30, 33, 38, 43, 47, 52, 59, 64, 68, 73, 75, 83, 87, 91, 95, 99, 106, 111, 118, 123 128, 129, 135, 142, 144, 151, 153, 159, 167, 178, 180, 189, 190, 198, 199, 206, 208, 216, 229, 233, 242, 253, 261, 268, 275, 285, 287, 291, 372
aedituus capellae (ecclesiae) s. Spiritus 8, 14, 17, 18, 22, 33, 43, 47, 52, 59, 64, 68, 73, 75, 83, 87, 91, 96, 100, 106, 111 118, 123, 128, 130, 135, 138, 142, 144, 151, 153, 159, 161, 167, 169, 178, 181, 189, 191, 198, 200, 206, 207, 214, 216, 226, 242, 254, 261, 276, 285, 288, 292, 372
aedituus capellae s. Ursulae 8, 14, 17, 21, 30, 33, 38, 43, 47, 52, 58, 63, 67
aedituus capellae s. Xaverii 206, 208, 214, 216, 230, 239, 242, 253, 261, 285, 287, 291, 372, 402
aedituus xenodochii 291; v. praefectus xenodochii
aerarium civitatis 21
Agnia 200
allodium 4, 195, 211, 233, 302, 305
allodium civitatis 156, 195
Also Lomnicza 180, 191, 200
ammissio bonorum 1
animalia 7, 33, 384
apothecarius 123, 129, 170, 181, 191
ap/p/reciator (rerum venalium et victualium, fori) 7, 10, 14, 15, 17, 21, 30, 33, 38, 42, 47, 52, 58, 63, 68, 73, 75, 76, 83, 89, 90, 91, 96, 98, 99, 100, 107, 109, 111, 118, 120, 121, 122, 123, 128, 129, 135, 137, 138, 139, 142, 144, 151, 159
archivarius Regni 349, 366
archiv/i/um civitatis 94, 104, 114, 141, 147, 286, 336, 342, 373, 374, 375, 382, 390
arcularius 64, 65, 131, 173, 258, 323
arenda census a vinis rusticanis 18
arenda educilli (educillorum) vini 18, 23, 69, 323, 324, 326
arenda quinariorum 64, 69
arenda (exarendatio) tellonii civitatis 38, 42, 47, 53, 59, 64, 69
arendator braxae civicae 361
arendator tellonii civitatis 7, 13, 17, 21, 30, 32, 37
arenda vinorum rusticanorum 22
arestum 316, 335
argentifaber 75, 129, 130, 138, 139, 143, 144, 152, 153, 161, 162, 168, 169, 180, 191, 200
armarium 354
arx Zagrabiensis 216
asseres 2
assessor, assessorale officium, assessoralis sedes, assessoratus o. s.; v. communitas
assignationum liber 380, 381
auditor juris patrii 200, 208
auriga 302
Austria 23, 24, 25 275
»auszugales« mercatorum 147

B

Bachanalistica feria (dies) 15, 90
Baja, bona archiepiscopi Colocensis 114
Banco Deputatio ministerialis in Croatia 89, 98, 109
Bankovich (foenile, possessio) 246, 311
Banus (Gyulay) 350, 370, 403, 404
barbitonsor 228
Bavarus 208, 216, 230, 242, 254, 261
Belgradiensis episcopus 138
belli circumstantiae 227
Benetachka platea 304, 305
Berdo bona 115
Berdoviczensis tricesimae administrator (exactor) 111, 123, 129, 138, 144, 153, 161
bibliopegus 75, 98, 110
birsagium 3, 33, 47
Bohemia 24, 25
Bohemus 276, 287
bona Baja archiepiscopi Colocensis 114, 116
bona Berdo 115
bona Cameralia Rhemetensia 287
bona Croatica Georgii Erdödy 27, 139, 144
bona episcopatus Zagrabiensis 143, 152
bona Greben haeredum Ludovico-Erdödyanorum 75, 90
bona (Josepho-) Keglevichiana 243, 254, 262, 269, 276, 287
bona pupilaria 3
bona secularia 1
bona Szermagiana 288
bonum civile 1, 3
braxa civitatis 34, 37, 42, 46, 51, 147, 361
braxatoria domus 33
braxator 29
Buda 164

C

cadus (pro asservatione aquae) 304, 305
caepa rubra 89, 98, 109, 110, 122, 137
calamus civitatis (officium notarii) 30; v. notarius
Camera aulica regia Hungarica Posoniensis 27, 48, 59, 60, 70, 74, 76, 78, 79, 82, 84, 87, 92, 93, 94, 96, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 107, 110, 112, 113, 114, 115, 116, 119, 121, 124, 125, 130, 131, 134, 136, 137, 138, 140, 141, 143, 146, 147, 148, 149, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 160, 163, 165, 170, 171, 172, 174, 179, 183, 184, 185, 186, 187, 192, 193, 194, 195, 201, 202, 203, 207, 208, 210, 211, 213, 217, 218, 220, 223, 227, 228, 231, 232, 233, 234, 235, 239, 240, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 255, 256, 257, 258, 263, 265, 270, 271, 288, 289, 293, 296, 297, 306, 307, 308, 312, 316, 317, 319, 324, 325, 329, 330, 335, 336, 337, 338, 342, 344, 345, 353, 371, 374, 377, 380, 386, 387, 390, 391, 392, 405, 417
camerarius civitatis (camerariatus officium) 52, 58, 62, 67, 71, 76, 77, 79, 91, 93, 100, 101, 104, 107, 111, 113, 114, 118, 123, 129, 134, 145, 146, 150, 153, 157, 158, 162, 163, 164, 170, 180, 183, 186, 191, 192, 193, 197, 200, 208, 209, 216, 217, 226, 229, 230, 231, 233, 234, 242, 244, 253, 255, 256, 262, 263, 269, 270, 276, 279, 284, 288, 291, 292, 302, 303, 317, 325, 335, 416
camerarius regius 389, 391, 392, 399, 404, 407, 412
caminorum inspector v. inspector
caminorum visitator, visitatio v. visitator
caminus 274, 285, 292, 301, 304, 315, 322, 334, 343, 372, 402
campana assessoralis in turri ecclesiae s. Marci 252
campana (major) ecclesiae parochialis s. Marci 6, 12, 36, 41, 56, 61, 66, 74, 87, 96, 107, 117, 177, 179, 212, 215, 225, 238, 250, 266, 273, 282, 292, 295, 299, 314, 321, 333, 341, 344, 369, 378
campana minor ecclesiae s. Marci 379
campana in turri Zdvercze 252
campanator capellae s. Georgii 285
campanator capellae s. Joannis Nepomuceni 160
campanator ecclesiae parochialis s. Marci 8, 14, 17, 22, 30, 33, 39, 43, 47, 52, 59, 64, 69, 88, 97, 108, 119, 128, 137, 142, 151, 160, 168, 190, 198, 206, 228, 251, 252, 260, 267, 274, 301, 315, 322, 334, 343, 378, 379, 403, 414, 420
campanator capellae s. Margarethae 8, 14, 17, 22, 30, 33, 39, 43, 48, 52, 59, 64, 69, 88, 97, 108, 119, 137, 198
campanator capellae Patientis Christi 64, 69, 88, 97, 108, 119, 137, 206
campanator capellae s. Rochi 285
campanator capellae s. Ursulae 14, 69, 88, 97, 108, 119, 137, 160
Campi Turopolia fiscalis 130
campus civitatis 33
canale 272

cancellista civitatis 80, 175, 176, 181, 182, 184, 200, 208, 216, 243, 254, 262, 328, 336, 341, 347, 371, 383, 405, 414
cancellista Tabulae (Regni) judiciariae 208, 216, 229, 236
candela 279
canonicus Zagrabiensis 39, 85, 115, 222, 272
capella s. Joannis Nepomuceni 58
capella s. Rochi 233
capella s. Spiritus 16, 90, 98, 304, 414
capella s. Xaveri 304
capitaneus banderialis 138
capitaneus civitatis (capitaneale officium, capitaneatus) 2, 6, 10, 11, 13, 17, 18, 20, 21, 22, 23, 27, 28, 32, 34, 35, 37, 39, 41, 42, 45, 51, 56, 61, 64, 65, 71, 72, 75, 83, 84, 86, 88, 89, 90, 95, 98, 99, 106, 109, 111, 117, 121, 122, 126, 128, 130, 133, 137, 140, 141, 143, 148, 149, 152, 156, 157, 161, 164, 166, 168, 176, 177, 180, 186, 188, 190, 196, 199, 202, 204, 205, 207, 210, 212, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 234, 236, 238, 245, 247, 248, 250, 253, 256, 259, 260, 261, 264, 266, 267, 268, 271, 273, 274, 275, 277, 282, 286, 288, 290, 294, 296, 298, 300, 301, 302, 305, 310, 311, 314, 315, 317, 320, 323, 329, 331, 332, 336, 337, 339, 340, 343, 344, 346, 353, 354, 356, 362, 363, 364, 368, 373, 375, 376, 377, 378, 381, 382, 383, 384, 386, 388, 389, 392, 397, 398, 401, 403, 404, 405, 406, 410, 412, 415, 417, 419
capitaneus cochortis civilis 361
capitaneus insurectionalis 365
capitaneus ordinis equestris in Confinio banali 233
Capitularis pistrix 21
Capitularis jurisdictio 38,, 247
Capitularis pistrix 21
Capituli Zagrabiensis incola (Capitularis civis) 2, 124, 258
Capitulum Chasmense 242, 254, 262, 269
Capitulum Zagrabiense 33, 90, 98, 208, 221, 269, 272, 276, 323
Capituli Zagrabiensis comes curialis 221, 349, 367
Capitularis jurisdictio 234
captivitas Borussica 106
captivus 316
capucinorum claustrum 335
carcer 316
Carlostadiensis 111
Carniolia 234, 253, 261, 268, 275, 286
Carniolus 75, 90, 98, 110, 200, 216, 228, 241
caro 7, 14, 120, 274
caro bubulina 15
caro vitulina 15
caseus 90, 99, 111, 122
cassarum (civitatis) contraagens 400, 401
castellanus (castellanatus) civitatis 2, 8, 14, 30, 33, 39, 43, 48, 52, 59, 64, 69, 88, 97, 107, 108, 121, 126, 128, 136, 142, 151, 160, 168, 175, 176, 182, 184, 185, 198, 206, 215, 228, 258, 267, 274, 301, 315, 322, 334, 343, 354, 361
castrum Medvedvar 4
caucon 89, 98, 109, 110, 122, 137
cautio 401
ceha (caeha) 3, 11, 376
ceha (caeha) argentifabrorum et fabrorum serrariorum et ferrariorum 222
ceha pellionum et sutorum 203
ceharum (coeharum) superiores magistri 375
cellarium capellae s. Spiritus 90, 98, 110, 122
cellarium civitatis 90, 98, 110, 122, 138
census s. Martini 147
census a vasis vinorum rusticanorum 22
cervisia 34
cespes commune pro pascuo deserviens 305
Czirkvenik fluvius 2
citatio verbalis 80
cives in Mandusevecz habitantes 3
cives a portis claves habituri 3
civilis status 14
civis o. s.
civis novus, neoassumptus, in numerum civium assumptus, in statum civilem assumptus, in concivilitatem assumptus, civilitas, concivilitas 14, 22, 53, 59, 64, 69, 70, 88, 97,108, 119, 137, 152, 184, 185, 186, 201, 208, 217, 218, 219, 220, 230, 231, 233, 234, 237, 243, 251, 255, 256, 260, 263, 264, 267, 270, 274, 289, 293, 298, 301, 303, 306, 308, 316, 318, 323, 330, 334, 338, 343, 348, 351, 355
claustrum capucinorum 335
claves a conserva sigilli majoris (a privilegiis et sigillo majori) 53, 59, 65 341, 369, 398
coemeterium s. Georgii 384
coemeterium s. Rochi 384
cohors civilis 361
collector lusus lottae (lotto) 268, 275
collis Dvercze 327
colonellus equestris 120
colonus civitatis, 35, 77, 78, 79, 114
colonus magnatum, nobilium et religiosarum personarum 1, 2
comes supremus Comitatus Zagrabiensis 350
comes terrestris nobilium campi Turopolia 323
Comitatus Crisiensis supremus comes 407
Comitatus Crisiensis judex nobilium 75
Comitatus Crisiensis (vice) fiscalis 242, 254, 262, 269, 275
Comitatus Crisiensis (cassae) perceptor 123, 128, 129, 138, 144, 153
Comitatus Crisiensis (vice) notarius 191, 208, 210, 216, 229, 236, 255, 262, 269
Comitatus Crisiensis Tabulae judiciariae assessor 389
Comitatus Szeverinensis notarius 236
Comitatus Varasdinensis judex nobilium 139, 144
Comitatus Zagrabiensis 326, 375, 376, 377, 384
Comitatus Zagrabiensis (vice) fiscalis (advocatus) 75, 100, 111, 123, 145, 149, 153, 162, 169, 180, 184, 190, 191, 200, 216, 236, 276, 349
Comitatus Zagrabiensis geometra 243, 254, 262, 269, 276
Comitatus Zagrabiensis (vice) judex nobilium 75, 76, 90, 91, 99, 100, 110, 111, 119, 123, 128, 129, 138, 143, 144, 152, 153, 156, 161, 168, 169, 170, 173, 174, 179, 180, 181, 182, 184, 190, 191, 196, 199, 200, 207, 208, 215, 216, 223, 229, 235, 236, 237, 241, 246, 247, 253, 261, 268, 269, 272, 275, 276, 288, 297, 349, 355, 393
Comitatus Zagrabiensis supremus comes 370
Comitatus Zagrabiensis Tabula (Sedes) Judiciaria 181, 190, 191, 200, 207, 208, 215, 216, 229, 230, 241, 242, 253, 254, 255, 262, 267, 268
Comitatus Zagrabiensis vicecomes 139, 169, 180, 191, 200, 207, 216, 229, 236, 244, 246, 382
commissarius regius 70, 74, 76, 91, 100, 102, 112, 145, 154, 163, 170, 175, 181, 191, 200, 208, 217, 230, 232, 234, 235, 236, 237, 239, 240, 241, 243, 244, 245, 247, 255, 256, 260, 263, 267, 269, 274, 278, 279, 280, 282, 283, 286, 288, 289, 293, 297, 301, 308, 312, 317, 318, 323, 330, 338, 341, 344, 345, 346, 347, 343, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 381, 382, 383, 384, 386, 388, 389, 390, 391, 392, 394, 395, 396, 398, 399, 400, 401, 402, 404, 405, 406, 407, 411, 412, 413, 415, 416, 417, 418
commissio aeconomica 240, 254
commissio Jas(z)iana 89, 97
commissio pupillaris 254; v. deputatio
communitas (jurata) civitatis o. s.; v. assessores
concivilitas v. civis novus
concivilitatis jus 219, 220
conclave secretum 55
Confinia Regni 47
Confilia Regni Croatiae banalia 114, 115, 120, 152, 161, 257
congregatio generalis Regni (Regnorum, statuum et ordinum) 3, 77, 143, 154
congregatio sacratissimi Rosarii seu B. V. M. 48
conserva (conservatorium) sigilli majoris in sacristia ecclesiae s. Marci 53, 59, 65, 84, 94, 104, 114, 220
Consilium in Regnis Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regium 219
Consilium Croaticum 352
Consilium regium locumtenentionale Hungaricum 265, 269, 270, 272, 277, 278, 279, 280, 284, 304, 323, 330, 335, 337, 345, 354, 356, 357, 358, 359, 363, 364, 366, 377, 386, 388, 392, 407, 415, 317
constitutionale sistema 392
consitutiones civitatis 11, 15, 19, 26, 28, 31, 34, 39, 43, 48, 54, 71, 88, 97, 109, 318, 352, 388; v. statuta
consul (consulatus) civitatis 62, 77, 79, 115, 117, 121, 126, 128, 130, 134, 138, 140, 141, 143, 148, 149, 152, 156, 158, 161, 164, 166, 168, 172, 176, 177, 180, 186, 188, 190, 194, 196, 199, 212, 204, 205, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 233, 234, 236, 238, 241, 245, 248, 250, 253, 256, 259, 260, 261, 264, 266, 267, 271, 273, 274, 275, 277, 282, 284, 286, 288, 290, 292, 294, 296, 298, 300, 301, 310, 311, 314, 315, 316, 317, 320, 321, 323, 324, 327, 332, 335, 337, 340, 341, 344, 346, 356, 368, 369, 373, 378, 381, 383, 385, 386, 388, 389, 392, 398, 402, 403, 404, 405, 406, 411, 412, 415, 417, 419; v. decanus
contabandum (contabanda, contrabandis) 7, 15, 17, 69, 324
contractus sponsaliticus 211, 221
contradictio 5, 18, 19, 22, 27, 31, 35, 39, 40, 43, 44, 48, 60, 65, 71, 80, 82, 85, 94, 102, 104, 114, 115, 119, 124, 131, 156, 157, 172, 173, 194, 195, 203, 210, 211, 220, 221, 223, 232, 233, 246, 247, 258, 272, 310, 311, 318, 327
contradictor 35, 60, 114, 157
contributionale quantum 316, 325, 326
contubernium 403
conventus monialium Zagrabiensis 230, 233, 242
corista v. choralista
corpus nudum 24
cotes 89, 98, 109, 122
cothurnarius 75, 90, 99, 104, 110, 122, 170, 181, 191, 200, 208, 216, 229, 242, 253, 261, 268, 275
crimen falsi 264, 271
Crisiensis civitatis vicenotarius 400

Croata 74, 76, 89, 90, 97, 98, 99, 100, 109, 110, 121, 123, 128, 129, 130, 137, 138, 139, 143, 144, 145, 152, 153, 161, 168, 170, 179, 180, 181, 190, 191, 199, 200, 207, 208, 215, 216, 228, 229, 230, 233, 241, 242, 243, 253, 254, 255, 260, 261, 262, 267, 268, 269, 275, 276, 286, 287, 288, 323, 343
Croatia (Regnum) 24, 25, 75, 89, 98, 109, 154, 362
culina 274, 285, 301, 304, 315, 322, 334, 343, 372, 402
culter 89, 98, 109, 122, 137
cuprarius 91
curator piarum summarum 245, 254, 262, 269, 272, 276, 283, 288, 291, 315, 317, 319, 416
curator(atus) pupillorum 221, 223, 230, 239, 241, 243, 244, 246, 254, 262, 269, 272, 276, 283, 288, 291, 292, 317, 319, 400, 416, 420
curia civica 376, 378, 381, 383, 385, 388, 389, 398, 412, 415, 419; v. domus praetorea senatorea
currus publicus funebralis 384
custodes camporum, silvarum et promonthoriorum 81
cutis seu pellis Cordubensis 89, 98, 110, 122, 137

Č (Ch)

Chernomerecz fundi 384

D

Dalmatia 24, 25
debitor 26
decanus (decanatus, decanale officium) seu magister civium civitatis 9, 13, 21, 29, 32, 37, 40, 41, 42, 46, 51, 57, 58, 62, 67, 72, 73, 75, 77, 78, 79, 83, 87, 91, 92, 96, 99, 100, 101, 107, 110, 115, 117, 149, 153, 157, 162, 167, 170, 177, 181, 188, 191, 197, 200, 208, 213, 216, 226, 239, 242, 251, 254, 260, 262, 267, 268, 274, 276, 284, 291; v. consul
decimae campi 89, 98, 109, 121, 137
decimae frumenti Hraschensium 89, 98, 109, 121, 137
decurio 302, 316, 380
dehonestatio gravis 36
denarius Croaticus 15
depositorium lignorum 383
deputatio aeconomica 243
deputatio pupillaris 240
director quarteriorum militarium 362, 382
director superior scholarum 336
diversitor 334
diversorium 252, 302, 303, 355
dominium Horvaczka 392
dominium Jaszka (Jaszkense) 229, 239
dominium Millana 392
dominium Perlaszianum Ozaly 75, 91, 99, 121, 323
domus (civilis) 2, 4, 16, 22, 23, 31, 34, 35, 36, 54, 60, 65, 71, 120, 131, 156, 171, 173, 179, 203, 221, 246, 258, 274, 297, 302, 325, 327, 334, 335, 354
domus braxatoria 33
domus civica 403; v. domus praetorea senatorea, curia civica
domus lignea 272, 306
domus in Mandussevecz 65
domus murata (Illiassich) 94, 102
domus murata in Illicza 351
domus nobilium 306
domus praetorea senatorea, civica 1, 8, 10, 15, 19, 20, 23, 26, 28, 30, 31, 32, 33, 34, 36, 39, 43, 48, 53, 57, 60, 63, 64, 69, 72, 74, 81, 82, 84, 85, 88, 93, 94, 96, 100, 103, 107, 109, 112, 113, 114, 117, 119, 121, 124, 126, 130, 136, 139, 140, 141, 145, 148, 150, 155, 156, 157, 160, 164, 165, 167, 172, 176, 179, 182, 185, 194, 202, 205, 206, 210, 212, 214, 220, 222, 223, 234, 235, 238, 241, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 256, 257, 260, 264, 266, 271, 273, 274, 277, 279, 282, 284, 286, 288, 292, 293, 296, 301, 310, 311, 312, 314, 316, 317, 318, 321, 327, 333, 334, 338, 341, 344, 354, 355, 361, 363, 370, 391, 404, 406, 407, 417
domus profugi debitoris 27
domus suburbana 257
Dusicza foenile 383
Dvercze (collis) 329, 335

E

ecclesia 2
ecclesia parochialis s. Marci 6, 8, 12, 16, 17, 20, 21, 27, 28, 32, 36, 41, 45, 49, 55, 58, 61, 64, 65, 66, 69, 71, 74, 77, 82, 84, 87, 94, 96, 100, 101, 103, 104, 107, 112, 113, 114, 117, 124, 126, 128, 130, 134, 136, 138, 140, 141, 143, 145, 148, 150, 154, 155, 156, 158, 160, 165, 167, 172, 176, 177, 180, 187, 188, 192, 193, 196, 197, 202, 205, 210, 212, 223, 225, 235, 238, 246, 250, 252, 257, 259, 265, 266, 271, 273, 276, 277, 282, 292, 293, 295, 296, 299, 312, 314, 321, 327, 333, 337, 341, 344, 391, 398, 403, 412, 417, 419
ecclesiastica persona (ecclesiasticus) 7, 252
educillium civitatis (educillatio vini, educilli jus) 23, 69, 251, 301, 302, 303, 323, 324, 326
elenchus actorum archivi civitatis 374, 382
emigratio civium 234, 298, 352
emptio 34
Episcopus (Episcopatus) Zagrabiensis 199, 207, 222, 242, 254, 255, 262, 269, 276, 370
Episcopalis jurisdictio 38, 247
epocillatio vinorum 279
errectio fossatorum 18
exactor(atus) civitatis 300, 315, 380, 381, 401, 408
exactor tricesimae Berdoviczensis 153, 161
exactor tricesimae civitatis (Zagrabiensis) 91, 99, 111, 123, 153, 161, 169, 180, 191, 199, 207
exarendatio quinariorum 302
excessus (Ladislai Szalle) 24, 25
executor justitiae 44
extructio Savanis Pontis sublicii 270

F

faber (ferrarius) 75, 90, 99, 110, 122, 246
faber serarius 27, 258, 354
farina 377
fassio (fassionales litterae, fassionum publicatio) 2, 4, 11, 16, 18, 19, 22, 26, 27, 31, 34, 35, 39, 40, 43, 44, 48, 53, 54, 60, 65, 68, 71, 81, 82, 84, 85, 94, 103, 104, 114, 124, 131, 140, 148, 156, 165, 172, 173, 187, 194, 195, 202, 203, 210, 211, 220, 221, 222, 223, 232, 233, 246, 247, 257, 258, 271, 272, 310, 311, 318, 327, 351, 355
fenestra (faenestra) 203, 211, 221, 233, 258, 272, 310, 311
feria Bachanalistica 15, 145, 146
ferrum 147, 377
festa Paschalia 15
festum (sacra dies) s. Blasii 1, 10, 15, 19, 22, 23, 26, 31, 33, 34, 39, 43, 48, 53, 60, 65, 70, 74, 76, 78, 84, 85, 91, 101, 103, 113, 130, 140, 145, 146, 148, 154, 155, 162, 164, 170, 172, 181, 182, 183, 185, 187, 192, 193, 194, 200, 208, 217, 220, 222, 230, 256, 262, 263, 265, 271, 289, 296, 310, 318, 331, 337, 353
festum s. Georgii 18, 303
festum s. Martini 18
festum s. Michaelis 303
filia in capillis constituta 303
filius infra perfectam aetatem constitutus 303
fiscalis Cameralis dominiorum Croaticorum Millana et Horvaczka 392
fiscus (fiscalis, procurator) civitatis 1, 2, 3, 4, 6, 10, 11, 13, 15, 16, 17, 19, 20, 27, 28, 31, 32, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 44, 45, 46, 48, 51, 53, 54, 60, 61, 62, 65, 66, 72, 75, 82, 84, 85, 86, 114, 124, 131, 138, 139, 140, 144, 148, 149, 151, 152, 156, 157, 161, 162, 164, 165, 166, 169, 170, 172, 173, 176, 179, 181, 188, 190, 191, 194, 195, 196, 198, 200, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 211, 212, 215, 216, 220, 222, 223, 225, 227, 229, 232, 233, 239, 242, 243, 245, 247, 250, 251, 253, 254, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 264, 266, 267, 268, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 282, 284, 287, 290, 292, 296, 299, 300, 301, 304, 306, 308, 311, 314, 315, 316, 317, 320, 321, 322, 324, 325, 326, 332, 335, 340, 342, 346, 347, 354, 357, 360, 368, 369, 373, 374, 378, 381, 384, 386, 388, 390, 397, 403, 404, 405, 406, 410, 412, 413, 415, 418, 419
fleco 14, 15
fluvius Czirkveniak, Medvednicza, Medveschak 2, 38, 42, 59
foenile 1, 2, 3, 19, 114, 223, 233
foenile in Bankovich 246
foenile Dusicza 383
faenile Szrednjak 257
foenum (faenum) 46, 304, 305, 325
fori inspector 111, 122, 123, 138, 139, 144, 151, 153, 162, 168, 169, 178, 181, 189, 191, 198, 200, 206, 208, 214, 226, 229, 242, 253, 268, 275, 288, 292, 300, 315, 321, 372, 382, 402
fornax latericia civitatis in Tratine 120, 251
fornix interior domus praetoreae (fornix civitatensis) 246, 257, 271, 375
forum civitatis 7, 14, 15, 21, 89, 90, 98, 99, 100, 107, 109, 111, 122, 137, 305, 370, 376, 377
forum Harmicza 329
forum Mandussevecz 33, 89, 110, 122, 137
forum tricesimae 413
fossa 33
Fraterschicza praebenda (beneficium) 203
frumentum 6, 34, 89, 90, 98, 99, 109, 111, 121, 137, 160, 168, 335
frumentum decimale Hraschiense 64
fulista 52, 59
fundi Chernomerecz 385
fundualis taxa 251, 388
fundus (civilis) 39, 43, 44, 81, 147, 165, 172, 183, 186, 194, 203, 210, 219, 220, 221, 223, 233, 246, 251, 257, 258, 271, 272, 310, 311, 318, 325, 329
fundus extra portam Monialium 195
fundus infra portam lapideam 131
funebralis currus publicus 384

G

geometra 323, 327
geometra Comitatus Zagrabiensis 243, 254, 262, 269, 276
Germanus 75, 90, 99, 162, 323
Goriczensis 170, 181, 191
Grachan mons 327
Greben bona Erdödyana 75, 90

H

Harmicza forum 327
choralista (corista, chorista) 8, 14, 17, 22, 30, 33, 38, 43, 52, 59, 64, 69, 88, 96, 97, 108, 118, 136, 142, 151, 160, 179, 402, 420
horologiarius 64
horologium civitatis 64
hor(r)eum 39, 257, 325
horti caehales 222
horti sutorum 65
hortulum 31
hortus 4, 35, 68, 114, 124, 131, 147, 156, 203, 221, 232, 257, 310
Horvaczka dominium 392
hospitale 2; v. xenodochium
hospitalis praefectus 6; v. praefectus xenodochii
Hraschiense decimale frumentum 64
Hungaria (Regnum) 24, 25, 116, 219, 220
Hungarus 74, 76, 89, 97, 98, 100, 109, 110, 111, 121, 123, 128, 129, 139, 143, 144, 152, 153, 161, 162, 168, 179, 180, 190, 199, 207, 208, 215, 216, 228, 229, 234, 241, 242, 243, 253, 254, 261, 262, 263, 269, 275, 276, 287, 288, 323
(Hungarus) Insulanus Chaktornyensis 111, 123, 129
Hungarus ex (Insula) Muraköz 75, 91, 99, 111, 123
chyrothecarius 53
chyrurgiae magister 349
chyrurgus 156, 246, 258, 269, 276, 287, 288, 361, 372, 402

I

ignis eruptio 108, 274, 334
ignis periculum 372, 402
Illica (platea) 246, 258, 272, 325, 326, 327
Illyrium Gallicum 349
il(l)iteratus 74, 75, 89, 90, 91, 97, 99, 100, 110, 111, 121, 122, 123, 129, 130, 138, 139, 143, 144, 152, 153, 161, 162, 168, 169, 170, 180, 181, 190, 191, 199, 200, 207, 215, 216, 228, 229, 230, 235, 242, 253, 254, 261, 262, 268, 169, 275, 276, 287, 313
immunitas civilis 219
incassator (vectigalis) ad pontem sublicium Savanum 316, 322, 323, 361
incendii periculum 301, 304, 305, 315, 322, 325, 326, 343
incendium in ecclesia 97
incendium Varasdinense 217, 218
incola (areae) Capituli Zagrabiensis (Capitularis) 2, 203, 272
infamia 24, 353, 354, 362, 377, 384
inquilini ad sanctum Spiritum 303
inquilinus 69, 302, 303, 305, 325, 326
inquisitio 80
inspectio (inspectoratus) braxatorii 29, 51
inspectio structurae aedificiorum 326
inspector braxae (domus braxatoriae) 34, 37, 42, 46
inspector caminorum 136, 142, 151, 153, 160, 162, 168, 170, 178, 181, 188, 191, 192, 198, 200, 206, 208, 214, 215, 216, 217, 226, 227, 230, 240, 242, 243, 251, 254, 260, 261, 262, 267, 268, 269, 274, 276, 285, 287, 288, 292, 301, 305, 315, 322, 334, 343, 372, 373, 408, 413, 420; v. visitator
inspector contributionalis quanti 269
inspector culturae serici 310
inspector(atus) fori 75, 76, 138, 240, 251, 260, 261, 267, 274, 285, 333, 343, 413, 420; v. appretiator, fori inspector
inspector macellorum 413, 420
inspector mororum 173
inspector ad pontem sublicium 276
inspector scholarum nationalium 337, 361
inspector silvarum 267, 268, 274, 276, 285, 287
instantia ad regiam Majestatem 5
instrumentum incendiarium 304, 305
Insulanus 138, 139, 143, 144, 152, 161, 168, 179, 180, 190, 199, 207, 215
intabulatio debitorum 81
intestina 7, 15
Italia 379
Italus 90, 98, 110, 122, 129, 139, 144, 170, 181, 191, 243, 254, 262, 269

J

jaculatoria meta 325
janitor domus praetoreae 316
Jas(z)iana commissio 89, 97
Jaszka dominium (Jaszkensia bona) 239, 242, 254, 261, 268, 276, 287
s. Joannis districtus 297
judex (judicatus) civitatis, 1, 3, 6, 9, 10, 12,13, 14, 15, 16, 17, 20, 21, 22, 23, 25, 26, 28, 29, 31, 32, 35, 36, 37, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 48, 49, 53, 54, 56, 60, 61, 65, 66, 70, 71, 73, 74, 76, 77, 80, 84, 87, 88, 89, 92, 93, 94, 96, 97, 98, 101, 104, 105, 107, 109, 112, 114, 117, 119, 120, 121, 124, 126, 128, 130, 134, 136, 137, 140, 141, 143, 145, 148, 150, 152, 154, 155, 156, 158, 160, 161, 163, 164, 167, 168, 170, 172, 177, 179, 182, 184, 185, 186, 188, 190, 192, 194, 197, 198, 199, 202, 204, 205, 206, 207, 210, 212, 214, 215, 220, 222, 225, 228, 232, 233, 234, 235, 236, 238, 245, 248, 249, 250, 251, 253, 256, 259, 260, 264, 266, 267, 271, 273, 274, 275, 276, 277, 282, 285, 286, 289, 290, 291, 292, 294, 296, 298, 300, 301, 303, 310, 311, 314, 317, 321, 332, 333, 334, 337, 338, 341, 344, 345, 346, 347, 348, 353, 355, 369, 373, 375, 378, 381, 383, 386, 389, 392, 398, 404, 405, 411, 412, 415, 417, 418, 419, 421
judex nobilium Comitatus Crisiensis 70, 75, 90
judex nobilium Comitatus Varasdiensis 139, 144
judex nobilium Comitatus Zagrabiensis 11, 26, 44, 70, 75, 82, 99, 110, 119, 128, 129, 134, 138, 144, 153, 156, 161, 162, 164, 169, 173, 174, 181, 182, 184, 191, 196, 200, 208, 216, 229, 269, 272, 288, 349, 366
judicium magistratuale 7
judicium subalternum Zagrabiense 287
juramenti formula 402, 404
juramentum o. s.
jurisdictiones vicinae Capitularis et Episcopalis 38, 173
jus Regni 25
justitiae executor 44

K (C)

Carlostadiensis civitas 297, 298
Kemsich vinea 131
Kerestinecz dominium Erdödyanum 75, 99, 111, 123, 129, 138, 139, 144, 152, 161
Kozjakovicza terra 203

L

labores publici 77
laborator 3, 284, 302, 326, 327
laidinantus (leutenantius, lieutunantius, leuthinans) in Confiniis Regni Croatiae banalibus 47, 60, 114, 156
laminarius 323
lampas infra portam lapideam 336
lampreta 90, 99, 111, 122
laniena 7
lanio 7, 14, 15, 120, 274, 303, 343, 370
lapides pro stratura civitatis necessarii 147, 327
laterifex 270
lebetarius 100, 111, 122
lex Regni 24
liber cui juramenta inscripta sunt 33
licitatio arendae educilli 324
licitatio tellonii civitatis 7, 13, 53
licitatio terrae 18
ligna 46, 120
ligna focalia 376, 377, 379, 382, 383
limitatio pretiorum 375, 376
limitatio taxarum judicialium 80, 90, 99, 110, 122, 138, 143, 152
lista censoria 279
litterae natales 81
litterae testimoniales 5
lit(t)eratus 74, 76, 89, 90, 91, 98, 99, 100, 109, 110, 111, 114, 121, 122, 123, 128, 129, 137, 138, 139, 143, 144, 145, 152, 153, 160, 161, 162, 168, 169, 179, 180, 190, 191, 199, 200, 207, 208, 215, 216, 228, 229, 230, 233, 241, 243, 253, 254, 261, 262, 268, 269, 275, 276, 286, 287, 288, 313, 323
litus fluvii (Medveščak) 3
lorarius 234
lusus lottae (lotto) 268, 275

M

macellum 15, 89, 90, 98, 99, 109, 111, 122, 137, 274, 307, 309, 402
magister civium 62, 67, 75, 77, 83, 91, 92, 100; v. decanus, consul
magister chyrurgiae et rei veterinariae ac obstetriceae 349
magister montium 81
magister murariorum 75, 90, 99, 316
magister postae (postalis officii) Zagrabiensis (loci) 75, 90, 128, 143, 152, 161, 168, 179, 190, 199, 208, 215, 216, 229, 241, 253, 261, 268, 275
magister quarteriorum (militarium) 83, 85, 86, 91, 128, 129, 136, 139, 142, 144, 151, 153, 160, 168, 178, 189, 198, 215, 227, 251, 260, 267, 274, 301, 315, 322, 334, 343, 401, 413, 420
magister vigiliarum 138, 143, 168, 180, 190, 199, 207, 215
magistratuale judicium 7
magistratus o. s.
magnates 1
malversatio 359
mandatum regium restauratorium 23, 24, 25, 26, 48, 58, 62, 76, 82, 84, 85, 91, 92, 94, 100, 104, 112 113, 115, 120, 125, 131, 140, 145, 148, 153, 157, 162, 163, 165, 170, 171, 173, 181, 184, 187, 192, 195, 200, 201, 203, 208, 211, 217, 218, 220, 223, 230, 231, 232, 243, 247, 249, 250, 255, 258, 263, 265, 269, 277, 278, 279, 288, 289, 294, 296, 297, 306, 308, 312, 318, 329, 337, 338, 341, 345, 356, 369, 377, 387, 391, 392, 407, 411, 417, 419

Mandus(s)evecz forum 3, 33, 65, 89, 122, 137
medicamentum 175, 182, 184
medicus (in Regno) 129, 139, 144, 148, 349, 365, 383
medicus artis oculisticae 349
Medvednicza, Medveschak fluvius 38, 59
Medvedvar castrum 4
mensura Posoniensis police dicta 89
mercator 110, 111, 123, 128, 138, 152, 161, 162, 169, 181, 216, 229, 230, 242, 254, 261, 285, 311, 361, 395, 397
mercator Italus 90, 98, 110, 122, 137, 143, 147, 153, 191, 200, 208, 216, 246, 258
merces 8
miles 227
Mitlana dominium 392
molitor 303
mons Grachan 327
Moravia 234, 323
mororum inspector 173
mororum practicans 195, 362
mulcta 121
mundities civitatis 3
muraria ars 413
muratorum magister 75, 90, 99, 316
Muraköz 75
muri civitatis 3
mustum 89, 98, 109, 121, 137

N

Neosolium 323
nobiles campi Turopolia 262
nobilis, nobilitas 1, 7, 74, 75, 76, 89, 90, 97, 98, 99, 100, 105, 109, 110, 111, 121, 122, 128, 129, 130, 137, 138, 139, 143, 144, 145, 152, 153, 161, 162, 168, 169, 170, 178, 179, 180, 181, 190, 191, 198, 199, 200, 207, 208, 211, 215, 216, 228, 229, 230, 241, 242, 243, 253, 254, 255, 257, 258, 260, 261, 262, 267, 268, 269, 275, 276, 286, 287, 288, 316, 317, 323, 343, 354, 355, 384
nobilitas in gremio civitatis possessionata 304, 325, 326
nodifex (nodularius) 14, 64, 74, 75, 76, 89, 91, 97, 99, 100, 111, 123, 129, 130, 138, 139, 143, 144, 152, 153, 161, 162, 168, 169, 180, 191, 199, 200, 207, 216, 229, 242, 253, 258, 261, 268, 272, 275, 287, 310, 311, 323, 355, 395
notarius (notariatus, notariale officium) civitatis o. s.
notarius Comitatus Crisiensis 236
notarius Comitatus Posegiensis 26, 31
notarius Comitatus Szeverinensis 236
notarius (notariale officium) Tabulae judiciariae Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae 27, 45, 77
nundinae (in foro domestico) 7, 89, 93, 109, 110, 122, 137
nundinae s. Margarethae 302, 303, 305
nundinae s. Stephani regis 302, 303, 305

O

occlusio canalium 3
officialis civitatis 33, 34, 64
operarius 307, 309
opifex 81
organista 8, 14, 17, 22, 30, 33, 38, 52, 59, 64, 69, 88, 96, 108, 118, 129, 136, 138, 142, 143, 151, 152, 160, 161, 168, 179, 180, 190, 403
Ozalj dominium 75, 91, 99, 121, 323

P

pagus civitatis 18
pandur 252, 354
panis 7, 21, 376, 377, 378
panivendula 120, 377
pannus rusticanus 377
parada Paschalis 90, 98, 110, 122, 138
parada Pentecostalis 90, 98, 110, 122, 138
parochus civitatis (localis, ecclesiae s. Marci, loci) 11, 16, 19, 27, 41, 71, 74, 87, 108, 118, 119, 173, 197, 203, 292, 295, 322, 334, 378, 379, 380, 384, 403, 414, 420
parochus Kravarszkensis 195
parochus Mahichnensis 203, 221
parochus Ludinensis 203, 211, 221
parochus Sesztinensis 35, 39
parochus Vrabchensis 17
Paschalia festa 15
Paschalis parada v. parada
pascetum commune civitatis Tratine dictum 355
pascuatio animalium sub muris et moeniis civitatis 33
patres Societatis Jesu 35
pauperes 80, 352
pecora damna inferentia 33
pecunia parata 7
pecus 3
pellio 48, 75, 361, 365
pellionum ceha 203
pellis 7
pensio 279
Pentecostalis parada v. parada
perceptor (perceptorale officium, perceptoratus cassae) civitatis 7, 17, 21, 30, 33, 38, 42, 47, 52, 58, 63, 67, 72, 75, 77, 83, 86, 95, 106, 111, 118, 123, 127, 129, 135, 139, 141, 144, 146, 150, 153, 167, 169, 172, 180, 191, 200, 205, 208, 216, 229, 239, 242, 254, 258, 262, 276, 279, 283, 287, 291, 292, 300, 310, 317, 319, 324, 335, 337, 355, 358, 362, 400, 401, 416
perceptor capitalis tricesimae Zagrabiensis 75, 91, 98, 100
perceptor cautsarum 394
perceptor dicae et impositionis Regni 76, 91, 98, 110
Perlaszianum dominium Ozalj 75, 91, 99, 121
Pestiensis 236
pharmacopaeus 217, 228, 241, 253, 261, 268, 275
physicus civitatensis 372, 395
physicus Regni 195, 196, 208, 216, 228, 241, 253, 261, 268, 275, 286, 383
pisces 7, 89, 90, 98, 99, 109, 110, 111, 121, 122, 137, 138, 144, 152, 153, 161, 162
pistor 370, 376
pistrix 21, 120
planum exigendorum arestorum et janitoris quarterii 316
planum fori Harmicza et plateae Illicza lapidibus sternandorum 327
platea Benetachka dicta 304, 305
platea Illicza 325, 326, 327
platea nova versus pontem Savanum efformanda 305
platea publica (civitatis) 252, 272, 316
plenipotentiarius ministerialis Banco deputationis 75, 98, 109
pod orehom (locus) 258
poena civilis 24
politico-fundationalis cassa 393
pomum citrinum 89, 98, 109, 121, 137
pons muratus in via Telloniali 147
pons Savanus sublicius 270, 276, 305, 316, 322, 361
pons Savanus major 322
pons Savanus minor 322
pons Varasdinensis 323
porcus 3
porta lapidea 131, 336
portae civitatis 3
Posoniensis 139, 144, 153, 161
Posonium, civitas Posoniensis 48, 71, 76, 77, 82, 94, 104, 115, 170, 211, 227, 231, 233, 247, 258
possessio 49
possessio Bankovich 311
possessor terreni 33
postae Zagrabiensis (loci) magister 75, 90, 99, 110, 121, 128, 137, 143, 152, 161, 168, 179, 190, 199, 208, 215, 229, 241, 253, 261, 268, 275
praebenda Fraterschicza 203
praebendarius s. Crucis 173
praebendarius (loci) 131, 203
praeemptores hortensilium 376
praefectus bonorum Croaticorum Georgii Erdödy (familiae Erdödyanae) 27, 132, 153
praefectus supremus vigiliarum Campi regiae Majestatis 16, 26, 31
praefectus supremus vigiliarum militiae insurectionalis Croaticae 343
prafeczus vigiliarum in Confiniis Regni Banalibus 152, 161
praefectus (praefectura) xenodochii 10, 13, 17, 21, 29, 33, 37, 42, 47, 51, 57, 62, 67, 72, 75, 83, 86, 90, 95, 99, 106, 110, 111, 118, 122, 123, 127, 129, 135, 138, 141, 144, 150, 152, 153, 159, 161, 162, 167, 169, 177, 178, 180, 189, 190, 191, 197, 198, 200, 205, 206, 207, 213, 214, 216, 226, 230, 239, 254, 262, 268, 276, 284, 287, 317, 319
praeses Camerae Hungaricae 27
praeses Tabulae judiciariae Regni 15, 31, 40
praesul Zagrabiensis 180, 190, 287; v. episcopus
praetorium 403, 404; v. domus praetorea senatorea
prandium praestandum decimatoribus 89, 98, 109, 121, 137
privilegia civitatis 375, 388
processus criminalis 264
professor 361, 365, 368
professor juris 396
professor matheseos 305
professor phisices 397
profugus 26
promonthorium 303
prothocollum aeconomicum 380, 381
prothocollum commissionis aeconomicae 240
prothocollum deputationis pupillaris 240
prothocollum judiciarium 380, 381
prothocollum magistratuale, restauratorium, magistratualium individuorum 235, 240, 271, 373, 378, 386, 388, 416
prothocollum pupilare 380, 381
prothonotarius apostolicus 11, 16, 20, 27
prothonotarius (magister) Regni (Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae) 173, 195, 262, 269, 276, 350
provisor bonorum Greben 75, 90
provisor dominii Erdödyani Kerestinecz 75, 91, 99, 111, 123, 129, 138, 144
pupillaria acta 380
pupilli civium 60, 303, 352, 416

Qu

qu(a)erela (verbalis) 80, 90, 315
quaestor 75, 89, 90, 98, 99, 109, 110, 121, 137, 246, 272, 323
quaestor Graecus 89, 98, 122, 137
quaestor Kalagius 89, 98, 110, 122, 137

rei sericeae practicans 195; v. moro- et candelarum 279
quarteria in allodiis dominorum 302
quarteriorum (militarium) magister 83, 85, 86, 91, 128, 129, 136, 139, 142, 144, 151, 153, 160, 168, 178, 189, 198, 215, 227, 251, 260, 267, 274, 301, 315, 322, 334, 343, 362, 401, 413, 420
quarterisatio militaris 304, 382
quies et securitas nocturna 3
quinariorum arenda (exarendatio) 64, 69, 302

R

repraesentans regius cameralis 210; v. commissarius regius
rationes aedituales 379
rationes arendae educillii vini 325
rationes camerarii (camerariales) civitatis 92, 93, 101, 113, 183, 184, 255, 256, 384, 306, 380
rationes civitatis 28, 97, 109, 118, 137, 143, 145, 151, 163, 168, 179, 183, 190, 192, 193, 199, 201, 209, 215, 217, 230, 231, 240, 241, 243, 255, 256, 263, 264, 270, 274, 279, 293, 295, 301, 306, 307, 308, 312, 316, 317, 319, 328, 337, 333, 345, 360
rationes contradictorum 114
rationes (curatoris) pupillorum et piarum summarum 239, 244, 245, 255, 256, 270, 290, 297, 317
rationes decani 73, 77, 79, 87
rationes exactoris 315
rationes incassatoris pontis Savani 323
rationes inspectoris braxae 34
rationes Latino idiomate confectae 42
rationes perceptorales 317
rationista 348
rector Congregationis sacratissimi Rosarii seu B. V. M. 48
regestrator (regestrans) archivii civitatis 286, 287, 317, 336, 341, 342, 343, 362, 371, 372, 373, 374, 375, 380, 382, 393, 400, 412, 413
regina (Maria Theresia) 24
Regni archivarius 349, 366
Regni Confinia 47
Regni Confinia Banalia 114, 152, 161
Regni congregatio 3, 77, 148, 154
Regni physicus 195, 196, 200, 208, 216, 228, 241, 253, 261, 268, 275, 286, 385
Regni prot(h)onotarius 173, 195, 262, 269, 276, 350
Regni vicebanus 94, 114, 350
Regnum (Regna) Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae 7, 11, 24, 25, 26, 27, 31, 45, 76, 98, 103, 105, 107, 110, 113, 116, 139, 144, 148, 161, 173, 219, 295, 307, 309, 370, 378, 381, 383, 385, 388, 389, 399, 405, 416
quaestus liber salis, tabaccae, buthirum practicans
religionis discrimen 278
religiosae personae (religiosi) 1, 3; v. ecclesiasticae personae
remanentia cassae domesticae 93, 101, 113, 147, 155, 156, 164, 172, 186, 193, 201, 209, 240; v. rationes
rescriptum regiae Hungaricae aulicae Camerae Posoniensis 48, 54, 60, 235, 244, 247, 295
rescriptum regium (Suae Majestatis) 8, 9, 52, 54, 60, 70, 293; v. mandatum
resolutio Suae Majestatis 45
restantia 93, 101, 113, 147, 155, 156, 164, 172, 187, 193, 201, 209, 240, 241, 243, 244, 245, 255, 256
restauratio magistratualis o. s.
Rhemetensia Cameralia bona 287
robot(t)a (colonorum) 1, 78, 79
robottae computus 284
rosarii praeoratio 97, 108, 118
rusticus extraneus 7

S (Sz, Z)

sacramentum 16, 20, 197; v. juramentum
sacrista ecclesiae parochialis s. Marci 69, 94, 97, 104, 108, 119, 128, 136, 137, 142, 151, 160, 168, 179, 190, 198, 206, 267, 274, 301, 315, 322, 334, 378, 379, 403, 420
sacristia s. Marci 13, 53, 59, 65, 108, 114, 403
saevum 7, 15
sal 279
salariorum auctio 217, 218, 268, 284, 306, 309, 335, 380, 403
salarium 2, 7, 8, 13, 26, 29, 34, 43, 47, 48, 52, 56, 59, 63, 76, 77, 78, 89, 90, 91, 96, 97, 98, 99, 100, 108, 109, 110, 111, 118, 120, 121, 122, 123, 126, 128, 129, 130, 132, 137, 138, 139, 143, 144, 145, 152, 153, 155, 161, 162, 166, 168, 169, 170, 179, 180, 181, 190, 191, 192, 198, 199, 200, 205, 206, 207, 208, 215, 216, 217, 227, 228, 229, 230, 241, 242, 243, 249, 253, 254, 260, 261, 262, 267, 268, 269, 275, 276, 279, 284, 285, 286, 287, 288, 306, 307, 308, 309, 310, 335, 342, 358, 371, 373, 378, 379, 383, 384, 387, 388, 402, 405, 414, 416
salarium decanale 41, 83, 87, 92, 101
salarium notariale 23, 26
Zamoboriensis 343
sartor 75, 90, 91, 99, 110, 111, 122, 129, 138, 144 ,152, 161, 169, 180, 190, 191, 198, 199, 206, 207, 215, 242, 254, 262, 272, 287, 361
Savus (flumen) 114
schema seu status personalis magistratualium et communitatis officiorum 74, 89, 97, 109, 121, 128, 137, 143, 152, 161, 163, 168, 171, 179, 184, 190, 199, 207, 215, 228, 241, 252, 260, 267, 275, 286
Sclavonia 24, 25
scholae nationales 336
scholarum nationalium director 395
scholarum nationalium inspector 395
sclopus 325
scriba civitatis 385
secessus 311
Sedes judiciaria Comitatus Zagrabiensis 169, 199, 200, 207, 208, 215 216, 229, 230, 241, 242, 253, 254, 255, 262, 267, 268, 399, 405
Sedes judiciaria regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae 287
Sedes tavernicalis 24, 25, 71, 73, 76, 77, 78, 81, 164, 171, 356
segetes in campo civitatis 33
semella 370, 376
seminarium s. Josephi 246, 258
senator civitatis (senatus, senatoratus, senatoralis sedes) o. s.
senex 3
servitores in domo braxae existentes 34
servus (dominorum) 108, 302
sessionalis locus et hortus 35
sigillum judiciale 80, 81, 341
sigillum (majus) civitatis 4, 11, 13, 16, 34, 39, 43, 48, 53, 60, 65, 71, 73, 82, 84, 94, 103, 104, 114, 124, 131, 140, 148, 156, 165, 172, 187, 194, 203, 210, 220, 223, 232, 246, 249, 257, 265, 271, 318, 369, 398, 411, 419
sigillum minus civitatis 16, 18, 31, 44, 74, 220, 223, 246, 257, 271, 318, 406, 417
sigillum regium 25, 26
silva 124, 271
silva hospitalis 2
silvarum inspector 267
Szmerek tenuta 211
smigmator 370
Societas Jesu 35
sodalis 108
solennitas ad capellas s. Spiritus et s. Xaverii 302, 303
Szomszedvar 334
sororeus 34
Sorssevka terra 232
spacicaminarius civitatis 274, 322, 334, 343, 372, 402
spanus (spanatus) civitatis 6, 13, 17, 21, 29, 32, 37, 42, 46, 51, 57, 62, 67, 73, 75, 83, 87, 91, 96, 99, 107, 111, 118, 123, 129, 135, 139, 142, 144, 151, 153, 159, 162
Spitalcza terra 85
sportula 26
Szrednjak faenile 257
stabulum culinae proximum 304
stabulum ligneum 272
stapula seu depositio mercium 89, 98, 109, 122, 137
statuta civitatis (regia authoritate confirmata) 1, 13, 33, 48, 53, 54, 60, 65, 69, 73, 77, 79, 109, 183, 186, 213, 233, 234, 298, 301, 302, 304, 335, 352
statutum ad cohibendum civium emigrationem conditum 219
stillicidium 211
stollares obventiones 403
stollares taxae 384
stramen 46, 325
stratura civitatis 147, 155, 193, 201
Styrus 75, 90, 99, 111, 123, 129, 138, 143, 152, 161, 168, 180, 181, 190, 191, 199, 200, 208, 216, 229, 241, 253, 261, 268, 275
subditus civitatis 18, 46, 53, 246, 384
subditus Christophori Bornemisza 221
subditus comitis Francisci Chikulini 4
subditus Kletussianus 211
subsidium bellicum 279
substitutio notarii 30
suffossio collis (Dvercze) ad moenia civitatis 326, 327
suinum caput 90, 99, 111, 122
superpondium 7
sutor 233, 336
sutorum ceha 203
sutorum horti 65

T

tabacca 279
Tabula banalis regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae 15, 19, 114, 116, 133, 156, 176, 246, 258, 311, 341, 344, 361, 367, 372, 378, 383, 385, 388, 391
Tabula districtualis regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae 389, 399, 405
Tabula judiciaria Comitatus Zagrabiensis 181, 191, 236, 407
Tabula judiciaria Regni (regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae) 26, 27, 31, 40, 45, 76, 131, 208, 216
Tabula regia judiciaria 415
taxa ad cassam domesticam inferenda 233
taxa decretorum magistratualium 23
taxa a educillatione vinorum 302, 303
taxa fundualis 251, 388, 416
taxa judiciaria 79, 80, 81, 217, 218, 307, 309
taxarum limitatio 80, 90, 99, 110, 122, 138, 143, 152
taxationis clavis 304

tel(l)onium (telonialis proventus) civitatis 7, 13, 17, 21, 33, 38, 42, 47, 52, 59, 64, 81
tentorium 89, 98, 110, 122, 137
tenuta civium (civilia) 11, 53
tenuta Szmerek 211
tenuta et domus ad s. Xaverium existentia 222
terra 1, 2, 3, 4, 65, 71, 156, 172, 173, 195, 221, 272, 384
terra arabilis 11, 26, 104, 114, 222, 223, 254, 258, 354
terra capellae s. Spiritus 16
terra Congregationis sacratissimi Rosarii seu B. V. Matiae 48
terra ecclesiae s. Marci 8
terra hospitalis 2
terra Kozjakovicza dicta 203
terra Sorssevka 232
terra s. Spiritus 18
terra Spitalcza vocata 85
terra Za vertmi chismessiuszkemi nuncupata 85, 94, 114
testamentum 15, 81
textor 4, 234
theatrum publicum 403, 404
tormentum 325
transtrum 2
Tratine (cespes, comune pascetum civitatis) 120, 305, 355
tribunus plebis 86, 88, 90, 94, 95, 100, 104, 106, 110, 114, 116, 119, 120, 122, 125, 129, 130, 133, 138, 140, 144, 148, 149, 152, 156, 157, 179, 183, 185, 188, 210, 211, 221, 222, 233, 236, 237, 259, 273, 294, 296, 310, 311
Tricesima (forum) 291, 413
tricesimae civitatis contrascriba 75, 90, 99, 111
tricesimae Zagrabiensis administrator 139
tricesimae civitatis (Zagrabiensis) exactor 91, 99, 111, 123, 153, 161, 169, 180, 191, 199
tricesimae Zagrabiensis capitalis perceptor 75, 100, 110
tricesimale officium 29, 32, 42, 72, 83, 86, 95, 106, 117, 164
tricesimator (tricesimae Zagrabiensis) 6, 13, 17, 20, 32, 37, 42, 46, 51, 56, 62, 66, 131, 144, 216, 228, 237
trippa 120
Tripartitum 2
triticum 88
tugurium fine emacillandarum carnium extructum 384
turbator quietis publicae 3
Turopolia campus (nobilium) 262, 297, 323
turricolla in Dvercze 335
turris ecclesiae s. Marci 252
turris Zdvercze 252
turris in claustro capucinorum 335
tutor 203
tympanista 48, 52, 59, 64, 69
tympanum 327
typographus 276, 287

U

urbarium omnium bonorum civitatis et proventuum 21

V

Varasdinense incendium 217, 218
Varasdinensis pons 323
Varasdinum (Varasdinensis civitas) 77, 79, 82, 113, 119, 133, 148, 154, 176
vas vinorum rusticanorum 22
vectigalis pontis Savani incassator 316, 322
vector 334
Verhovecz vinea 210, 211, 246
veterinariae ac obstetriceae rei magister 349
vexillifer civitatis 275
via regia ad pontem Savanum (fluvium Savum) ducens 305, 335
via tellonialis 147
vicebanus Regni 94, 114, 350
vicecomes 5, 44
vicecomes Comitatus Posegiensis 50
vicecomes Comitatus Zagrabiensis 39, 139, 180, 191, 200, 207, 216, 229, 346, 348, 382
vicefiscalis civitatis 414, 421
vicejudex noblium Comitatus Zagrabiensis 76, 91, 100, 111, 123, 129, 132, 143, 152, 161, 168, 169, 179, 180, 190, 199, 207, 215, 228, 235, 237, 241, 246, 247, 253, 261, 268, 275, 297, 304, 349, 355, 365, 393, 395
vicenotarius civitatis 286, 287, 288, 291, 310, 313, 317, 335, 336, 341, 342, 343, 350, 362, 365, 367, 370, 371, 372, 386, 390, 393, 396, 399, 402, 404, 405, 408, 414, 421
vicenotarius Crisiensis civitatis 400
vidua 279, 303, 306, 307, 308
Vienna Austriae 23, 25, 26, 48, 70, 76, 78, 82, 91, 92, 94, 100, 101, 104, 112, 113, 115, 125, 187, 211, 223, 230, 231, 247, 258, 265, 269, 278, 308, 312, 313, 350, 402
vigiliae nocturnae 316
vigiliarum magister 138, 143, 168, 180, 190, 199, 207, 215
vigiliarum in Confiniis Regni Banalibus praefectus 152, 161
vigiliarum militiae insurectionalis Croaticae supremus praefectus 343
villicus civitatis 151
vinea 19, 173, 222, 272, 303, 311
vinea Kemsich 131
vinea in promontorio Verhovecz sita 210, 221, 246
vinum 89, 98, 109, 121, 137, 279, 302, 303, 324, 325, 326
vinum ecclesiae 22
vinum ex cellario civitatis 90
vinum rusticanum 22
visitator (visitatio) caminorum 8, 14, 17, 22, 30, 33, 38, 43, 47, 52, 59, 64, 68, 108, 118, 276; v. inspector caminorum
visitator fluvii Medvednicza 38, 43, 47, 52, 59, 68
vitriarius (vitrearius) 323, 343, 361
vitulus mactatus 7

X

xenodochiale aedificium 336
xenodochii praefectus v. praefectus
xenodochium 10, 13, 15, 17, 21, 29, 32, 37, 42, 47, 51, 57, 62, 67, 73, 75, 83, 86, 90, 95, 99, 104, 106, 110, 111, 118, 122, 123, 127, 129, 135, 138, 141, 144, 150, 152, 153, 159, 161, 162, 167, 169, 177, 178, 180, 190, 191, 197, 198, 200, 205, 206, 207, 213, 214, 216, 226, 230, 239, 254, 262, 268, 276, 284, 287, 291, 317, 321

Z

Za vertmi chismessiuszkemi terra (arabilis) 85, 104, 114
Zajezda 173
Zdvercze turris 335

ERRATA CORRIGE!

Strana	redak	mjesto	treba stajati
2	20	abseque	*absque*
5	36	dispensonderum, clamentissimam	— *dispensandorum, clementissimam*
23	36	fedem	*sedem*
28	21	perlegendans	*perlegendas*
29	35	cofirmati	*confirmati*
34	28/29	habitia	*habita*
38	13	quibos	*quibus*
39	9	existente habitae convenienti	— *omnino intra muros et moenia*
57	30	adeque	*adeoque*
59	25 i 26	praetiriti	*praeteriti*
74	9/10	Bobachai	*Babochai*
75	4	plenipotentiarus	*plenipotentiarius*
	19	litteratur	*litteratus*
79	30	Majestatas	*Majestas*
84	9	pralegente	*praelegente*
86	najdonji	juamentum	*juramentum*
94	31	1726.	*1762.*
96	20	neodum	*necdum*
105	24	pramissam	*praemissam*
109	18	Crota	*Croata*
110	19	ficsalis	*fiscalis*
113	31	commedati	*commendati*
117	7	seratorale	*senatorale*
	32/33	civitalis	*civitatis*
121	1 i 2	moraju glasiti: *deffectum excedentes etiam graviori poena mulctentur et puniantur. Cujusmodi mulcta in trifariam dividenda: una videlicet pars appreciatoribus*	
122	3 odozdo	122 treba ispustiti	
127	32	equentur	*sequentur*
132	33	pramissa	*praemissa*
135	27	praettactus	*praeattactus*
139	8	770	*40*
	28	solvendis	*solvendorum*
	7 odozdo	1768.	*1769.*
142	30	Nemanich	*Nemachich*
145	32	etpost	*expost*

Strana	redak	mjesto	treba stajati
145	37 i 38	moraju glasiti: *Quia autem praemissa restaurationis die alia subalterna civilia officia in pleno completari non poterant, in his etiam pro capacitate su-*	
153	iza 42	dodati: *Donatus Lukavszky, nobilis Croata, causarum advocatus et actualis caminorum inspector, cum salario Hungaricalis 1.*	
159	7	prundens	*prudens*
175	36	progresus	*progressus*
176	27	adeque	*adeoque*
184	iza 12	dodati: *Relatio ad excelsam*	*Cameram*
	20	beigne	*benigne*
	21	februari	*februarii*
187	23	decentato	*decantato*
199	12	utrisque	*utriusque*
201	6/7	origins	*originis*
202	9	prislicatum	*publicatum*
204	18	Koosy	*Kooss*
	25	Priorio	*Priori*
	31	fisco domino Josepho Ladessich	— *capitaneo domino Stephano Szale*
206	23	Draskocky	*Draskoczy*
207	23	utrisque	*utriusque*
208	29	utrisque	*utriusque*
211	43	modalitae	*modalitate*
	44	prafeati	*praefati*
218	9	gratiossimi coledissimi	*gratiosissimi colendissimi*
235	24/25	altefate	*altefatae*
238	37—40	moraju glasiti: *juramentum, et abinde intra frequentiorem dominorum senatorum et electae communitatis comitivam, imprimis transenaliter ad domini magnifici regii commissarii aedes, dein vero ad propria recessit. Atque taliter praemissae restaurationis solenitas pro die la terminata est.*	
240	15	neolecto	*neoelecto*
	30	depromanda	*depromenda*
241	41	priarumque	*piarumque*
245	23	Brigyevich	*Briglyevich*
249	30	capiedarum	*capiendarum*
250	31 i 32	moraju glasiti: *dominum judicem in parochiali s. Marci ecclesia coram Venerabili officii sui deposuit juramentum.*	
251	25	convilitatem	*concivilitatem*
255	12	januaru	*januarii*
257	38	apostaticae	*apostolicae*

Strana	redak	mjesto	treba stajati
263	2	perarendam	*peragendam*
266	iza 26	dodati: *Pro officio capitanei*	
270	7	habentur	*habeantur*
	28	respectum	*respectu*
279	23	submitant	*submittant*
285	24	Mathiak	*Mathias*
293	4	pratoream	*praetoream*
294	7	Draskoszy	*Draskoczy*
298	5	identitae	*identitate*
301	36	magistrus	*magistratus*
304	32	asserventur	*asservetur*
324	5 odozdo	jurisdicionibus	*jurisdictionibus*
349	25	numert	*numero*
359	8 odozdo	Magnficentia	*Magnificentia*
360	1 odozdo	interigri	*interiori*
374	17	treba glasiti: *per oblivionem*	*aut inadvertentiam*
	8 odozdo	merdiem	*meridiem*
375	6	apte	*apta*
383	15	ordianrius	*ordinarius*
385	16/17	instantianali	*instantionali*
399	29/30	assesserum	*assessorum*
404	27	habentur	*habeantur*
407	19	incyti	*inclyti*
	29	praeltudati	*praelaudati*
408	13	neoresolute	*neoresolutae*
	14	benigno de	*benigno gratiosi de*
410	3 odozdo	tum	*cum*
411	29	Illustratis	*Illustritatis*
420	31	abibat	*obibat*
421	12	partisque	*paratisque*